24 gl

BERNARDI SIEGFRIED ALBINI

Anatomes & Chirurgiae in Academia Batava quae Leidae est Professoris

HISTORIA MUSCULORUM HOMINIS.

ACADEMIA LEIDENSIS

LEIDAE BATAVORUM,

Apud THEODORUM HAAK & HENRICUM MULHOVIUM.

MDCCXXXIV.

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
8190
№ 165
219686
II
UNIWERSYTECKA

HISTORIAE MUSCULORUM HOMINIS

LIBER PRIMUS

In quo de Musculis in genere agitur.

PROOEMIUM.

Quae digna memoratu de musculis hominis comperire certioribus observationibus potui, ea vobis, Anatomes Amatores & Cultores, in his digesta libris offero. Ad quam rem accuratius tractandam, etsi satis me ejus dignitas stimulaverit, potissimum tamen studio prospiciendi illis, qui operam mihi dabant, primum impulsus sum. Nam cum eis epitomen quandam, quae summas musculorum complecteretur, viderem conducturam, instituì aliquam conficere, eamque paullo accuratiorem, & non ex Myographis colligendam, sed ex ipsis describendam hominum corporibus: in qua concinnanda dum occupatus fui, crevit paullatim aliquot annorum cura in pleniorem, absolutioremque

hanc historiam. Eamque potius, quam epitomen ejus, emitto, quoniam & norma aliqua esse poterit illis, qui me audiunt, & simul eam Anatomices partem multo magis illustrare. Quod vero post tot eximios earundem rerum, quos magnifacio, Scriptores haec mea emittere sustinuerim, id maxime fuit causae, quod nihil & de anatomica musculorum descriptione, & de usibus eorum contineant, nisi quod notaverim observatione saepe iterata. Talia enim ferri non modo solent, sed etiam expeti, quoniam cognosci fabrica corporis nostri observationibus tantummodo potest, iisque vel confirmantur quae antea scripta sunt, vel, si possint, emendantur, augenturque. Scire autem interest, an recte observatum sit. Quapropter non dubito, quin majorem illi, qui Scriptorum pondere judicant, huic historiae fidem adjuncturi sint, ubi cum scriptis graviorum Anatomicorum congruit, eorum roborata auctoritate; quam ubi discrepat ab iis, quorum magnitudo officere ei poterit. His, cum veri & falsi earum rerum nota ex hominum corporibus solummodo habeatur, quomodo fidem faciam, plane non video: vellem eos saltem testes ac spectatores habuisse, quot corporum compositionem hujus historiae, quantum in me esset, perficiendae gratia retexuerim, & quam scrupulose omnia in iis exploraverim, quamque lente probaverim, dubitans semper, & mihi ipse diffidens. Quantum vero consecutus sim, intelligere poterunt, qui cum ipsis rebus diligenter conferre, quae scripsi, dignabuntur. Quod si quid in pertractando interdum offenderim, (fieri enim illud in tanta earum rerum copia, quantacunque adhibita sit cura, potuisse, nemo, puto, qui aliquantum in iis intelligit, mirabitur) eo non obruentur, spero, illa, si quae sint, quae laudanda sunt: & quam justa sit venia, vel ex hoc apparet, quod etiam clari, atque omni laude digni homines, quanquam sum-

summe in eodem genere elaboraverint, fugere tamen nequiverint offensionis reprehensionem. Caeterum, modo ad juvanda studia vestra, Auditores ornatissimi, satis idonea prodiderim, non male me posuisse operam existimabo; maloque desideriis vestris, hos libros nunc proferendo, occurrere, quam spe magis perficiendi premere eos diutius: quos si etiam tardius, quam voluissetis, absolverim, & rerum prope incredibili magnitudini ac difficultati, & aliis, quae suscepi vobis tradere, meisque occupationibus adscribite. Auctorem nullum ulla in re, praeterquam in iis musculorum, quae retinui, nominibus, secutus sum: neque ullius in ipsa descriptione feci mentionem, quoniam neque aliunde quam ex ipsis hominum corporibus, auctoritatem quaerere ei volo, neque tantum mihi est otii, quantum in Scriptoribus expendendis esset consumendum. Totum vero opus in quatuor libros distribui commodissime posse putavi. In primo egi de musculis in genere, in secundo de situ eorum, in tertio singulorum historiam complexus sum, in quarto descripsi eos in classes. Omniaque in iis plane & breviter exponere studui, atque ita disponere, ut afferret lumen ordo. In hoc autem libro, qui est de musculis in genere, dicendum habui, quid musculi sint, quae fabrica eorum, quomodo fabrica illa investiganda sit, quis sit usus partium musculi, quomodo se partibus aliis affigant, quae distinctio eorum, quot numero habeamus & quos, quae ratio nominum eorum, quomodo illi differant inter se, quae actio eorum, quomodo in certas quasdam classes distribui possint, quae sint varietates eorum, quae denique ratio quaerendi eos in corpore mortui. Quomodo vero reliqua instituti in sequentibus libris exequi conatus sim, ex prooemiis, quae ipsis addidi, cognosci poterit.

CA-

Caput Primum.

Quid Musculi sint, & quae fabrica eorum.

Pars magna corporis nostri constat ex musculis, qui motus animalis instrumenta sunt. Motum vero animalem eum dicimus, qui ex contractione quadam partium animalis vivi naturaliter cietur. Earumque partium homini, de quo his libris agimus, duo genera sunt: unum est, quod fibras vocamus: alterum quod musculos. Superioris generis partes fila quaedam tenuia sunt, eademque *mollia*, sequacisque lentitiae, & quoad sensibus possunt à nobis cognosci, simplicia, inter seque in aliis atque aliis partibus diversa; eaque vel partibus quibusdam intexta sunt, vel alia aliis diversimode adjacentia, innexaque, in membranarum speciem dispositа, vel collecta in musculos, parteve musculosas. Musculi autem sunt caro mollis, rubraque, & ex multis partibus, sed inprimis ex fibris, quae musculosae appellantur, constructa: inque universum vel chordarum dici possunt similes quodammodo esse, vel fasciarum. Ac plerique eorum in longitudinem porrecti, ab alia parte corporis, cui à principio affixi, ad aliam pertinent, eique fine suo inhaerent. Pauci quidam, quos sphincteres dicunt, nec principium habere videntur, nec finem; sed quasi orbiculata aut ovata specie circumducti ostiis quibusdam. Sunt alii toti carnei, id est, molles, rariores, rubri. Aliis praeter carnem pars quaedam alia, cui tendineae nomen, pariter è fibris maxime constans; sed durior & densior, & cum insigni splendore albicans. Horum alii in principio nil nisi tendo

do sunt, alii *in* fine, alii utrimque, quidam in medio longitudinis suae. Plerique in principio & in fine tendinosi. Quidam & in medio tendineas portiones carni suae immixtas habent, adjectasve. Omnes ex fibris, ut dictum est, constant; membranulis deinde inter fibras illas intercedentibus, in quibus plerumque pingue haeret; nervis praeterea, arteriisque & venis, quique in his continentur, humoribus: accedit membrana quaedam, qua obducti. Praecipuae autem in his partibus fibrae sunt: musculos enim ipsae proprie faciunt, qui *reliquas earum tantummodo causa accepêre*. Quare oportet ut eas *primum consideremus*. Ex earum *igitur* genere sunt, de quibus supra diximus, aliae carneae, quae carnem musculi, aliae tendineae, quae tendinem faciunt: illae molliores succique pleniores, & rubicundae: hae longe duriores & sicciores, albicantes, splendentes. Tendineae carneis continuatae, sic ut ab ipsis ex carnea natura sua in tendineam abeuntibus, produci videantur, eademque fibra hic carnea sit, ibi tendinea. *Eaedem tenuiores carneis illis à quibus oriuntur, raritate carnea in tendineam densitatem quasi compacta.* Minima autem tendinum ex carne initia, *in* qua primum carneae quaedam fibrae se in tendineas simplices vertunt. His deinde se inter se conjungentibus, portiones tendineae insigniores, rursusque ex harum conjunctione, fibrarumque accessione, insigniores insignioresque oriuntur, donec conspicuum tendinis principium effectum sit, qui quamdiu deinde carni inhaeret, continua portionum similium adjectione crescit. Eodemque modo ex tendinibus caro fit. Nec aliter portiones tendineae,

dineae, quae carni adjectae, aut immixtae, ex carne oriuntur, crescunt, decrescunt, in carnem abeunt. Ut vero ipsi musculi, ita etiam in universum fibrae eorum incedunt. In illis igitur, qui in distincta extrema desinunt, se per longitudinem eorum porrigunt: in sphincteribus ad figurae eorum similitudinem incurvae sunt. Quamquam tamen, si accuratius velimus decursum earum expendere, multis modis deflectant, creberrimeque se subducant, aliaeque se aliis flexuose immisceant, rursusque aliae emergant, multae etiam cum vicinis ita conjungantur, ut difficile dictu sit, utrum confluant in unum, an tantummodo arctissime cohaereant. Verum in tendine aliae juxta alias rectius decurrere solent. Sunt musculi, quorum quaedam fibrae à reliquis multum abludunt, ut videre est in Diaphragmate. Omnes sic inter se connexae, ut carneae in pleriscque musculis carnem efficiant, quae cum omnibus partibus suis continuata esse videatur, revera tamen in fasciculos parvos, sed arcte compactos, & qui rursus ex minoribus constent, distincta sit: in quibusdam manifestius interruptam, & quasi dississam in longitudinem, tanquam si essent plures musculi minores. Minorum quoque aliquot fibrarum fasciculi sunt, quae prima specie simplices apparent fibrae. Fasciculi in aliis laxius cohaerent, in aliis strictius. Tendo plerisque cohaerens, aliquibus ex parte per longitudinem intercisus. Et fibrae tendineae longe strictius connexae inter se, quam carneae. Quod connectit, materies quaedam singularis est, albicans, subtilis, rara, obsequiosa, facillime diducenda, lubrica; quae per omnem musculum perpetuo tractu

tractu pertinet, membranam cellulosam vocant. Eaque cum propius examinatur, ex fibris, membranulisque constare deprehenditur, iisque subtilissimis, simplicibus, flexibilibus, & facillime quidem sequentibus quocumque ducas, confertis praeterea, mirificeque contextis, sic ut media inter sese relinquant, efficiantque spatiola, è quorum aliis in alia transitus pateat. Omnibus haec interjecta fibris, ac pertinaciter adnexa, ambit eas omni ex parte, & à vicinis distinguit, cum iisque connectit. Ubi autem fibrae laxius cohaerent, ut *in carne musculi, ibi & multa intercedit*, maxime in laxioribus, & qua caro in fasciculos distincta; atque eo copiosior, quanto majora inter fasciculos intervalla: ubi strictius, ut in tendinea parte, parca. Est & subtilior, ubi parca: densior, magisque membranae similis, ubi multa. Neque solum in musculis continetur, sed ex iis etiam ubique emergens, complectitur eos membranae, quam inter eorum partes recensuimus, specie, inter seque, & cum vicinis *partibus connectit, pariterque ibi*, atque *in ipsis* musculis, perpetua est, illi praeterea membranae, *qua* cutis ex interiore parte obducta, quaeque ejusdem naturae est, diciturque panniculus adiposus, passim continuata, ubicumque non obstant musculorum vaginae tendineae. Illa autem parte crassior est, & densior, quam qua fibris musculorum intexta est, eoque crassior, quo spatia tum inter ipsos musculos, tum inter eosdem vicinasque partes majora: insignis plerumque circa tendines. Ubi densior, ibi & è membranis insignioribus composita, cellulas satis magnas efficienti-

bus, in quibus quamplurimae esse solent minores, interstinctae membranulis subtilioribus: omnesque contextu fibrarum subtiliore refertae, quem rursus interstinguunt fibrae ejus crassiores. Atque haec materies in illis hominibus, quorum corpus macie torridum est, subtilior apparet, quoniam fere tota collapsa, & tantummodo quasi madefacta humore quodam, eoque tenui, suboleoso, leni, lubricante. In obesis pingui farcita est, distentaque, inprimis ubi multa, & à vicinarum partium pressione liberior; & inaequaliter quidem distenta, ad *ipsius obesitatis* rationem. In *his* itaque fibras, fasciculosque à se invicem diducit, ac musculos facit torosiores: musculos quoque alios ab aliis, & à partibus finitimis magis disjungit, impletque spatia intermedia. Et quandoque adeo distenditur, ut reliqua musculorum quasi suffocet. In tendinibus autem multo pingui non completur, haud dubie propter subtilitatem suam, compressioremque tendinum compactionem, ac fibrarum tendinearum duritiem, ob quam pingui tam facile non cedunt. Nunc arteriae musculorum quemadmodum se habeant, deinceps explicandum est. Quamplurimae, eaeque non admodum magnae, sanguiferae tamen, ad membranam cellulosam, qua illa musculos ambit, accedunt, & partim se mox in musculos immergunt, partim antequam immergant, per membranam mododictam quaquaversum decurrunt, in ramos minores minoresque se diffundentes, qui mirabili se varietate flectunt, passimque coeunt in unum. Ubi se in ipsos musculos immerserunt, inter fibras eorum per eandem membranam pergunt procede-

cedere. Procedunt autem sensim ramosiores, sic ut rami rursus in ramos abeant, eosque subtiliores & angustiores: omnemque musculum creberrimae pervadunt, flexu multiplici, creberrimeque conjunctae. Ramulis denique innumerabilibus, & iis in peranguſtam subtilitatem tenuatis, ut aegerrime cerni conspicillis optimis queant, ad omnes fibras pertinent, per easque discurrunt: postremoque, ubi jam plane evanescunt, se in ipsas fibras videntur demittere. Multae etiam jam in membrana cellulosa videntur evanescere, antequam fibras attingant. Omnibusque membrana illa, quoad per eam incedunt, undique adnexa. Communia haec quidem carni tendinique: sed tendineis fibris se longe pauciores, nec nisi parvae arteriolae immiscent, quae & rarius circum eas textum efficiunt. Adde quod innumerae exiles arteriolae per ipsas arteriarum, itemque venarum & nervorum membranas distribuantur, quemadmodum toto corpore fieri videmus. Par fere venarum ratio est, quae arterias in genere comitantur. Inter eas etiam quas vocant lymphaticas. Jam vero humores utraque haec vasa continent, sed diversos inter se, nec eosdem omnibus ramis suis: Arteriosos arteriae, venae venosos: utraeque sanguinem majoribus ramis suis, minoribus autem exiliores, id est, quorum partes maximae tam parvae sunt, ut penetrare in eas possint. Multae enim sunt, in quas pars rubra sanguinis penetrare nequit, multae in quas neque serum, multae in quas tantum potest humor longe exilior. In venis lymphaticis lympha continetur. Ex quibus praeterea intelligi potest, arterias & venas una

cum humoribus ſuis non exiguam muſculorum partem conſtituere. Aliquid denique nervi conferunt, qui unumquemque muſculum adeunt : alios vero ramis paucioribus , alios pluribus : alios pro magnitudine eorum inſignioribus , alios exilioribus. Frequentiſſime autem ad carneam partem accedunt , rarius ad tendineam. Seſeque ad vaſorum exemplum inter fibras inſinuant , ac dein ramis ſuis membranam celluloſam , quae ipſis quoque undique adhaeret , pererrant. Pariter enim ſe in ſubtiliores ſubtilioreſque ramorum ſerie dividunt , ſed minus tamen ramoſi ſunt , minuſque flexuoſi , & jam cito evaneſcunt ſubtilitate non percipienda oculis. Haec conſtant , hi certi fines , extra quos egredi non libet. Quare quoniam ſatis de his dixiſſe videmur , ad modum , quo inveſtigari poſſint , tranſimus , quem quia ſupra dicta illuſtraturus eſt , & confirmaturus , adjiciemus.

Caput II.

Quomodo fabrica muſculorum inveſtiganda ſit.

Principio recentes muſculi ſaniſſimi corporis diligenter examinandi ſunt , ex quibus & habitus partium omnium , & natura , & compoſitio , & magnitudo formaque ſine depravationis ſuſpicione cognoſcentur. Primum autem macilenti examinandi , quoniam pingue obſcurat omnia , praeſertim membranam celluloſam. Deinde etiam obeſi , ut quae ipſius pinguis natura ſit , intelligatur , & quomodo illud contineatur membrana mododicta : quo ſimul fibrae ex parte melius apparebunt ,

bunt, quoniam aliae ab aliis disjunctae pingui. Post remota membrana ambiente, fibrae à se invicem subtiliter diducendae, paullatimque quoad fieri potest, separandae: sic enim tum fibrae, tum connectentes membranulae, moduſque quo connectunt, cerni clarius poterunt. Ad quod utile quoque est musculum in aquam demersum tamdiu macerare, donec fibrarum coagmentatio levi aquae agitatione partim laxari incipiat, partim dissolvi: cui rei macilenti maxime idonei sunt. Quamquam hoc modo multum etiam immutetur illarum partium, cohaesioniſque earum naturalis conditio: nam praeterquam quod omnia dissolvantur, fibrae quoque, & materies celluloſa aquam imbibunt, eaque emollitae turgeſcunt, prope ut in leucophlegmaticis, & aqua intercute laborantibus; fibrae praeterea carneae dimisso rubore suo palleſcunt. Est contrarius huic ad eadem investiganda modus leviter siccare musculum, similiter partim aliquid demonstrans, partim etiam mutans. Oportet autem & macilentum & pinguem exsiccare, ac deinde ab iis pertenues lamellas acutissimo cultro abscindere, alias ex transverso musculi, alias secundum longitudinem ejus, easque optimo conspicillo considerare, alias quidem leviter prius distracta cohaesione earum, alias postquam humectatione in naturalem statum quantum potest restitutae fuerint: mirumque est, quam eleganter tunc appareant fibrae cum interveniente ambienteque materie celluloſa, aut pingui. Sed cum eadem siccando depraventur, convenit à recenti musculo similes lamellas abscindere, (quamquam difficile factu sit) atque eas cum exsiccatis illis

comparare; tumque ex exsiccatis sumere quae obscura in recentibus, ex his, quae mutata in illis. Convenit quoque ad cognoscendum fibrarum decursum & crassitudinem, structuramque membranae cellulosae inter eas intercedentis, musculum aquae incoquere dum obdurescat, posteaque discerpere, & diversimode discindere. Hoc autem oportebit attendere, fibras cum elixantur pallescere, indurari, & plane comprimi; sic & indurari, ac comprimi materiem cellulosam; reliqua musculi prorsus immutari. Materiem cellulosam *facile diduci posse*, & *ex fibris membranulisque spatiola formantibus constare discimus*, si macerrimi musculi fibras leniter distrahimus. Clarius autem, cum eam inflamus: tunc enim implet eam aër, distenditque membranulas ac fibras ejus, ut in obesis pingue; cum vero ipse pellucens sit, non obstat, quominus eas commode examinare possimus. Aliquando in musculos incidimus emphysemate quodam laborantes, in quibus idem perspicue apparebat, cellulis illis materie aëri simili praeter naturam turgentibus. Nunquam vero structura ejus apparet elegantior, quam cum eam aëre primum distendimus, ac dein exsiccamus; quo tamen multum immutatur natura ejus: neque facile est efficere, nisi in pene & scroto; quae pars membranae cellulosae cum in reliquis similis sit illi musculorum, vix potest dubitari, quin eadem utriusque structura sit. Vasa majora accurata dissectione indagamus: facilius autem, pulchriusque, cum impleta materie quadam idonea. Minorum tanta est tenuitas, ut fugiant aciem, nisi artificiose imple-

pleta fuerint. Implenda materie, quae & subtilis sit, ac facile libereque fluat, ut in minima usque, dum infunditur, penetrare possit, & tamen prae nimia subtilitate è vasis facile non manet sudoris instar, ac sic offuscet vicina: & eadem postea concrescat & obdurescat, continuaque cohaereat, quo vasa aequabiliter distendat, neque cedat, si tractentur, aut si vulnerentur, effluat: & simul coloris saturi sit, ut vasa minora, cum in ea penetravit, cadant in conspectum. Infundenda vi illa, quae requiritur, ut omnia maxima & *minima pervadat, impleat*, distendat, sustineat, neque tamen disrumpat. *Post impletionem progressus* vasorum, fibras leniter & subtiliter diducendo & separando, investigandus est. Ad minimorum autem investigationem fibrae etiam maceratione, ut supra diximus, à se invicem dissolvi possunt, aut spiritu vini fortissimo indurari, ut separari queant commodius. Neutiquam vero exsiccandus musculus, ac deinde vasa ejus impleta conspicillo lustranda, quamquam tunc *pulchrius se in conspectum* dare videantur. Dum enim siccatur *musculus*, omnia quam *maxime contrahuntur*, & quasi compinguntur in unum, ut vasorum decursus finisque recte cognosci nequeant: praeterquam quod exsiccatus incauto facile imponat, quia vasa & plura ad rationem fibrarum, & confertiora exhibet, quam revera sunt: nam fibrae longe exiliores siccando fiunt, quam vasa, quae sustinet materies qua farta sunt; quo fit ut exilescentes simul & coalescentes fibrae vasa, quibus interserta sunt, arctius in unum cogant, & plane suffocent. Impletione autem non modo

do efficimus, ut vaſorum progreſſum ad majorem, quam credi poſſet, ſubtilitatem uſque perſequi, ſed ut ordines etiam eorum, quoad humorum, quos recipere poſſunt, exilitatem, quadam aſſequi poſſimus ſimilitudine. Siquidem praeter rubra vaſa (rubro enim colore materiem, qua vaſa implemus, tingere inprimis ſolemus) alia ſubtiliora detegimus, quae rubra parte, utpote quae *nimis craſſa*, excluſa, ſolam receperint albicantem: & praeter haec etiam ſubtiliora, quae tantummodo ipſius albicantis pars ſubtilior ingreſſa ſit. *Arterias, quia nullibi impeditae, facilius* implemus. Venas, ob valvulas earum, *vix poſſumus*, niſi in arterias materies adigatur, donec in venas penetret: tunc vero difficile venas ab arteriis diſtinguere. Itaque in corde, quod muſculoſum eſt, ſuaque fabrica muſculorum ſimile, venarum repletio inſtituenda, ubi facile ſuccedit. Ad hoc in ſtrangulatorum muſculis illis, qui ſupra locum ſtrangulationis ſunt, venae pulcherrime conſpicuae, quia ſanguine turgidae. Sanguinem, caeteroſque humores multum conferre ad plenitudinem muſculi, illo experimento *ſcitur*, quo tamdiu tepida in arterias ejus, ut è venis effluat, adigitur, ipſeque ſimul extrinſecus manibus leniter & alterne comprimitur, laxaturque, donec humores inquilini eloti eſſe appareant: eo enim multum extenuatur. Sed eadem quoque opera fibrae materieſque cellulosa immutantur, ut cum macerantur aqua. Utinam vero alius quam nuda ſectione, nervos perſequendi modus ſuppeteret, qui cum non multum per muſculum progreſſi ſunt, ſtudium inveſtigantis omne ſubti-

litate

litate sua adhuc eludunt. Pergimus ad usum partium musculi.

CAPUT III.

De usu partium Musculi.

Ea fibrarum carnearum natura est, ut se contrahere, brevioresque facere possint, rursumque remittere. Proprium autem earum officium contractio est: nam cum se remittunt, cessant agere. Fibrae tendineae se *vix quicquam contrahunt*, sed sunt tanquam chordulae *robustiores*, quas fibrae carneae trahunt, tenduntque. Eas vero fabricata natura est, primum ubi musculus vel ab initio, vel in fine firmiter affigendus est partibus durioribus, ad quod duritie sua, & robore aptiores sunt, quam carneae. Itaque videmus plerosque musculos, qua ossibus, vel cartilaginibus, vel duris membranis affixi sunt, tendineos esse, aut tendinosos. Immo fibrae horum pleraeque *quae in initio aut in fine carneae esse videntur, propius examinatae, tendineae inveniuntur.* Cumque ut procedit aetas, ita vim musculi majorem exserere, ob idque tenacius qua oriuntur, quaque se inserunt, adhaerere necesse habeant; ita quoque ab utroque extremo fiunt magis tendinosi. Ob eandem causam eadem ipsis extrema in robustioribus magis esse solent tendinosa. Ubi deinde ab una parte ad aliam deducendi sunt, sic ut vel in principio, vel in fine, vel in *medio* magnum spatium non impleant, & tamen prae gracilitate imbecilles non sint, ibi in tendinem

mutantur, qui carnea parte gracilior, tenuiorve, sed exilitatem suam abunde compensat robore: ut fit in Bicipitis brachii capite longiore, Extensore communi digitorum manus, Biventre maxillae, caeterisque eorundem generum. Similiter ubi se circum ossa inflectunt, iisque frequenter atterunt, quod facile non ferret mollitudo carnis; ut in Peroneis, Tibiali postico: adde quod tendo circum ossa facilius & melius flectatur, ac volvatur, quam caro. Quibus etiam partim de causis Obliquus superior oculi, qua circum cartilaginem annuli sui revolvitur, aliique, qua circum ligamenta quaedam, tendinei facti sunt. Passim praeterea dum à vicinis partibus premuntur, atterunturque, evadunt magis magisque tendinosi: pressione enim & attritu fibrae solidantur, ac compinguntur. Tales & evadunt progrediente aetate, qua partes firmae omnes occalescunt. Et in plerisque plures una ex dictis causis, in multis omnes simul concurrunt. Membranulae cellulosae fibras, vasa, nervos inter se connectunt, & conjungunt in unum. In carne autem ita, ut simul singulae illae partes solae, quantum requiritur, mobiles sint, mutuaque manente cohaesione situm possint mutare suum: quod inprimis ad facilem fibrarum carnearum tum contractionem, tum relaxationem, necessarium est. Propterea subtiles sunt, lentae, obsequiosae, lubricae, pingui plerumque refertae. Nam quia subtiles, fibris impedimento non sunt; quia lentae, facile non dissolvuntur; quia obsequiosae, & ex humore quodam lubricante, aut ex pingui lubricae sunt, facillime cedunt, (nisi pingue nimis increscat,

quo

quo opprimuntur & impediuntur illa, quibus circumfusum) lubricantque fibras ad faciliorem earum mobilitatem, & ne quid ab attritu, dum se movent, damni patiantur. In tendine, ut ille robustior sit, omnia longe strictius compingunt, ubi iccirco parcae, & pingui vix distentae. Quod partibus musculi hae membranae praestant, id toti praestat ipsis continuata, ejusdemque naturae, membrana externa. Cum vicinis enim partibus obsequiosa eum laxitate, facilemque concedente mobilitatem, connectit, ac vasa quae ad eum accedunt, nervosque continet, & sustinet. Per nervos à cerebro, ejusque cauda spinali medulla, accedere videtur caussa proxima contractionis fibrarum, quae qualis sit, & longum esset hic inquirere, & nimium nos ab evidentibus rebus abduceret ad latentissimas, quas, cum nihil quicquam ad eas investigandas adhuc valuerit anatome, hic non attingemus. Adducimur autem ad credendum per nervos eam accedere, quoniam nulla amplius se contrahendi vis musculis supereſt, cum modo nervi ad eos pertinentes plane impediuntur, sive comprimantur, sive vinculo constringantur, sive discindantur, sive alio quocumque modo depraventur: eademque ipsis redditur, simulatque in integrum iidem nervi restituuntur. Et quidem à cerebro accedere, primo quoniam cum nervi quibus diximus modis impediuntur, nihil inde detrimenti patiuntur musculi, qui ab iis ipsis nervis ramos accipiunt inter ortum eorum à cerebro, locumque impeditum: dein quoniam medulla spinali alicubi depravata, aut compressa, aut contusa, aut

discissa, illi musculi contrahere se nequeunt, quorum nervi ab ea infra locum impeditum oriuntur; possunt autem, quorum oriuntur supra eundem: denique quoniam si cerebrum proprie dictum iisdem modis impeditur, omnes musculi, quibus caeteroquin imperare possumus, praeter respirationis spontaneae, vim se contrahendi amittunt; cerebello autem impedito, omnes etiam qui se sponte sua, id est, nullo coactu voluntatis nostrae movent. Quamquam quia vis illa arterias musculorum similiter impediendo, pari quoque modo tollitur, redditurque expediendo eas, arteriis illa aeque ac nervis suppeditari videatur. Sed saepe mecum cogitavi, anne illud, quod arteriis suppeditatur, non tam vi sua efficiat, ut fibrae se contrahant, quam quod aptas eas reddat, ut cieri vi nervorum possint; sive anne magis sit caussa sine qua contractio non sit, quam quae eam ipsa efficiat, eoque tantum nomine tam necessario requiratur: quemadmodum visio fieri non potest, si aut cornea, aut lens crystallina opaca sit; & nemo tamen, qui aliquid in his intelligit, nisi cum retinam imagines rerum pulsant, res illas videre nos putat. Etsi autem aeque videri possit arteriarum officium esse, quam nervorum, efficere ut fibrae musculorum se contrahant, potius tamen nervorum esse, vel ex eo, ut reliqua, quae afferri possent, mittam, satis manifestum esse videtur, quod plerisque musculis ita imperemus, ut ad nutum nostrum contrahant se, relaxentque. Nam quoniam nemini, qui ad haec attendit, dubium esse potest, quin animi sedes inprimis in cerebro sit; & quoniam

nervi

nervi à cerebro, & à spinali medulla cerebri propagine, in musculos omnes ducuntur; satis intelligitur, vim illam imperante animo à cerebro per nervos ad fibras musculorum deferri posse: quod quomodo per arterias fieret, ex iis, quae de functionibus hominis cognita habemus, non ita assequimur. Neque multum ex eo effici posse videtur, quod animale vivo inciso, cum movere se jam cessaverit, musculi pedis aquae in arteriam cruralem impulsione se rursus contrahere visi sint: ea enim tantummodo irritantur fibrae, illo prope modo, quo aqua per venam cavam in cor languens immissa, illud excitat. Cujus autem rei gratia arterias musculis datas esse diceremus? ejusdem, cujus reliquis corporis nostri partibus, nempe humorum ad vitam, nutritionemque sufficiendorum. Quod si quis admittere velit, is non mirabitur ad agendum ineptos eos reddi, ubi reliquis omnibus illaesis, solae arteriae eorum comprimuntur, ligantur, discinduntur: rursusque aptos, ubi eaedem restituuntur in integrum. His enim vita eorum, quae certe ut ad agendum apti sint, requiritur, vel multum imminueretur, vel plane extingueretur, vel redderetur. Sufficiat autem haec aestimanda proposuisse earum rerum intelligentibus. De venis non est dubium, quin humores evehant. Praeterea existimamus ex arteriis modo excerni lubricum subtilemque humorem, modo pingue membranae cellulosae: excreta recipi in venas. Itaque expulsione veterum, & deductione novorum, continuo renovari. Non ferret enim natura eorum, corruptioni ex sese obnoxia, ut quae semel in membranam cel-

lulosam effusa, in ea permanerent. Videmus quoque passim homines macilentissimos pingueſcere magis magisque, rursusque deinde extabeſcere, id est, creſcere pingue, & consumi, ideoque necesse esse, ut & afferatur, & evehatur, quorum illud arteriarum proprium est, hoc venarum. Ad quod confirmandum illud accedit, quod arteriae & venae non modo per membranulas illas cellulosas decurrunt, sed multae etiam minimae in iis evaneſcunt. Quin & si paullo fortius, cum artificioſe tum arterias tum venas macilenti musculi replemus, impellimus materiem, qua eas implemus, in spatiola à pingui caeteroqui occupata effundi eam videmus: ubi tamen dubium est, utrum ex naturalibus viis effluat, an novas sibi paret. Haec sunt, quae ad rem nostram de usu partium musculi pertinere videbantur: non enim historiam physiologicam scribere suscepimus, sed anatomicam.

CAPUT IV.

Quibus partibus corporis nostri, & quomodo se iis Musculi affigant.

Quoniam musculi omnes, praeter unum Sphincterem ani internum, se partibus quibusdam affigunt, eaque res ad constructionem eorum quodammodo pertinere videtur, hic de ea communiter docebimus. Affigunt se vel ossi, vel tendini, vel carni cuidam, vel parti aliae molliori. Quatuor autem sunt modi, quibus affigunt: primus est, cum se ossi affigunt, aut cartilagini: secundus, cum iisdem, sed

sed interventu periostei, aut perichondrii: tertius, cum membranae, aut tendini: quartus, cum carni cuidam, aut parti molliori. Primum enim multi ad ipsa ossa pertingunt, iisque se quasi inserunt, fibras partim ad ea adnectentes, partim in ea infigentes; eaque insertio tenacissima est, & fere tantummodo propria tendinum robustorum, ut Gluteorum, Deltoidum, Pectoralium, Flexorum digitorum: nisi quis malit dicere, cum periosteo eos ita in unum conjungi, & hoc cum osse, ut os ipsum attingere videantur. Sic & quidam se cartilaginibus in valentibus & annosis inserunt, sed minus pertinaciter. Qui sine tendineo exiliore & imbecilliore, aut tendinoso, aut quasi toto carneo ad ossa vel cartilagines adhaerere videntur, fere soli se periosteo aut perichondrio innectunt, eoque tam pertinax non est cohaerentia. Hi tamen, quia proprie ad membranas illas non pertinent, sed ad ipsa ossa, cartilagineve, his adnexi esse dicuntur, & revera sunt, verum connectente periosteo, vel perichondrio: quibus etiam se implicare dici possent, & cum illis ad ossa, cartilagineve pertinere. Membranis tendineo fine se implicant, extenuatique fibras suas ipsis immiscent, ad postremum continuant; ut sclerotícae Recti oculi. Eodem prope modo Lumbricales ab initio continuati tendinibus, à quibus abscedunt. Carneis partibus, ut linguae, carneas fibras immiscent magis magisque, donec in iis quasi evanescant. Sic & alii in partibus mollibus paullatim evanescunt; ut Azygus in uvula. Ad postremos modos duos referri possunt illi, quibus qui alii aliis inseri

seri improprie dicuntur, inter se coeunt, seseque continuant: ad tertium, quo Obliqui externi abdominis; ad quartum, quo Mylohyoidei in junioribus.

CAPUT V.

De distinctione Musculorum.

Proximum est, ut agamus de distinctione musculorum. Multi à vicinis omni ex parte distincti sunt, alii autem non. Omni ex parte distinctos dicimus, qui nec fibris carneis, neque tendineis ullibi cohaerent cum aliis, quamquam membrana cellulosa conjuncti sint. Qui vero aliqua parte cohaerent, etsi revera prorsus distincti non sint, à nobis tamen, quo melius tradi, accipique possint, distinguuntur. Qua de re cum parum conveniat inter optimos Anatomicos, aliique aliter atque alii dividant, necesse est, ut nobismetipsis quemadmodum distinguendum sit, praescribamus. Quoniam vero partitiones illas musculorum facimus, ut ad cognitionem eorum faciliore & commodiore via perveniamus; sequitur, ad facilitatem illam totam earum rationem accommodandam esse. Prout igitur haec postulat, carnem quandam musculosam vel in plures uno dividemus certo modo cohaerentes, vel unum esse dicemus partes habentem diversas. Ut enim difficile, nimis multis ex partibus constantem intelligere, ita supervacua, molestaque est minuta illa praeter necessitatem partitio, cum re ipsa nihil interfit, utrum unum quendam multas dicamus habere partes, an ex unius illius partibus multos faciamus, inter

inter se tamen connexos. Quocirca multi qui musculorum inventione sibi magnopere placent, nihil praeter verborum novitatem inferunt, quam quia magis quam par est, auget musculorum numerum, eoque doctrinam impedit, laudare non possumus: multi contra, quod satis non distinguant, historiam tradunt implicatam. Oportet autem, si partes vel nimis multae, vel admodum variae & diversae cohaereant inter se, vel solummodo parva parte cohaereant, plures uno ex iis efficere: sin paucae, simpliceſve, aut si quae *magnam partem conjunctae sint*, tantummodo unum; quamquam etiam judicio quodam ad bene distinguendum opus sit. Has secuti regulas, Complexum veterum in tres distinximus, Biventrem cervicis, Trachelomastoideum, Complexum: similiterque Tricipitem femoris in Adductores tres, longum, brevem, magnum. At contra tantummodo tres ex septem hisce fecimus, Pterygopharyngeo, Mylopharyngeo, Glossopharyngeo, Chondropharyngeo, Ceratopharyngeo, *Thyreopharyngeo*, *Cricopharyngeo*, *in quos pharyngis constrictores divisere recentiores Anatomici*: ex Pterygopharyngeo, Mylopharyngeo, Glossopharyngeo, Constrictorem superiorem; ex Chondropharyngeo & Ceratopharyngeo, medium; ex Thyreopharyngeo & Cricopharyngeo, inferiorem. Sed his exemplis propositis, nolumus in hac re commorari diutius, quae ex tertio libro facile cognoscetur. Necesse autem erit sequenti capite musculos hominis omnes summatim recensere.

Caput VI.

Quot homo Musculos habeat, & quos.

Vir foeminaque eosdem musculos habent, exceptis paucis quibusdam ad genitalia pertinentibus. Eorum plerique gemini sunt, pauci singulares & unigenae. Singulares omnes communes sunt, in geminis discrepantia. Omnium numerus haud facile iniri potest, quoniam non idem omnibus hominibus. Quare sibi per se quisque, cui volupe, summam, ut faciundum putabit, colligat. Communes gemini sunt,

Abductores breves pollicum manuum.
Abductores digitorum auricularium.
Abductores digitorum minimorum pedum.
Abductores indicum.
Abductores longi pollicum manuum.
Abductores pollicum pedum.
Adductores breves femorum.
Abductores longi femorum.
Adductores magni femorum.
Adductores ossium metacarpi digitorum auricularium.
Adductores pollicum manuum.
Adductores pollicum pedum.
Anconei.
Anteriores auricularum.
Antitragici.
Arytaenoïdei obliqui.
Attollentes auricularum.
Basiogloſſi.
Bicipites brachiorum.
Bicipites crurum.
Biventres cervicis.
Biventres maxillae.
Brachiales interni.
Buccinatores.
Ceratogloſſi.
Cervicales deſcendentes.
Chondrogloſſi.
Circumflexi palati mollis.
Cleidomaſtoidei.
Coccygei.
Complexi.
Compreſſores narium.
Conſtrictores inferiores pharyn-

ryngis.
Conſtrictores iſthmi faucium.
Conſtrictores medii pharyngis.
Conſtrictores ſuperiores pharyngis.
Coracobrachiales.
Coracohyoïdei.
Corrugatores ſuperciliorum.
Cricoarytaenoïdei laterales.
Cricoarytaenoïdei poſtici.
Cricothyreoïdei.
Crurales.
Cucullares.
Curvatores coccygis.
Deltoides.
Depreſſores alarum naſi.
Depreſſores angulorum oris.
Depreſſores labii inferioris.
Extenſores breves digitorum pedum.
Extenſores communes digitorum manuum.
Extenſores longi digitorum pedum.
Extenſores majores pollicum manuum.
Extenſores minores pollicum manuum.
Extenſores proprii digitorum auricularium.
Extenſores proprii pollicum pedum.
Externi malleorum.
Flexores breves digitorum minimorum pedum.
Flexores breves digitorum pedum.
Flexores breves pollicum manuum.
Flexores breves pollicum pedum.
Flexores longi digitorum pedum.
Flexores longi pollicum manuum.
Flexores longi pollicum pedum.
Flexores parvi digitorum auricularium.
Gemelli.
Gemini inferiores.
Gemini ſuperiores.
Genioglosſi.
Geniohyoïdei.
Glutei magni.
Glutei medii.
Glutei minores.
Graciles.
Hyothyreoïdei.
Iliaci interni.
Indicatores.

Infraſpinati.
Intercoſtales externi primi, ſecundi, tertii, quarti, quinti, ſexti, ſeptimi, octavi, noni, decimi, undecimi.
Intercoſtales interni primi, ſecundi, tertii, quarti, quinti, ſexti, ſeptimi, octavi, noni, decimi, undecimi.
Interoſſei poſteriores indicum, digitorum mediorum, annularium.
Interoſſei primi pedum digitorum minorum primorum, ſecundorum, tertiorum, quartorum.
Interoſſei priores indicum, digitorum mediorum, annularium, auricularium.
Interoſſei ſecundi pedum digitorum minorum primorum, ſecundorum, tertiorum.
Interſpinales colli vertebrae primae & ſecundae, ſecundae & tertiae, tertiae & quartae, quartae & quintae, quintae & ſextae.
Interſpinales dorſi aliquot inferiorum vertebrarum.
Interſpinales lumborum.
Intertranſverſarii dorſi aliquot.
Intertranſverſarii lumborum vertebrae primae & ſecundae, ſecundae & tertiae, tertiae & quartae, quartae & quintae, quintae & primae dorſi.
Intertranſverſarii poſteriores colli vertebrae primae & ſecundae, ſecundae & tertiae, tertiae & quartae, quartae & quintae, quintae & ſextae, ſextae & ſeptimae.
Intertranſverſarii priores colli vertebrae primae & ſecundae, ſecundae & tertiae, tertiae & quartae, quartae & quintae, quintae & ſextae, ſextae & ſeptimae.
Latiſſimi colli.
Latiſſimi dorſi.
Laxatores tympanorum.
Levatores angulorum oris.
Levatores ani.
Levatores breviores coſtarum primarum, ſecundarum, tertiarum, quartarum, quinta-

tarum, sextarum, septimarum, octavarum, nonarum, decimarum, undecimarum, duodecimarum.
Levatores labii superioris.
Levatores labii superioris alarumque nasi.
Levatores longiores costarum aliquot inferiorum.
Levatores menti.
Levatores palati mollis.
Levatores palpebrarum superiorum.
Levatores scapularum.
Linguales.
Longi colli.
Longissimi dorsi.
Lumbricales indicum, digitorum mediorum, annularium, auricularium.
Lumbricales pedum digitorum minorum primorum, secundorum, tertiorum, quartorum.
Majores helicum.
Masseteres.
Minores helicum.
Multifidi spinae.
Mylohyoïdei.
Nasales labii superioris.
Obliqui externi abdominis.
Obliqui inferiores capitis.
Obliqui inferiores oculorum.
Obliqui interni abdominis.
Obliqui superiores capitis.
Obliqui superiores oculorum.
Obturatores externi.
Obturatores interni.
Opponentes pollicum manuum.
Orbiculares palpebrarum.
Palatopharyngei.
Palmares breves.
Palmares longi.
Pectinei.
Pectorales.
Peronei breves.
Peronei longi.
Peronei tertii.
Plantares.
Poplitei.
Profundi.
Pronatores quadrati.
Pronatores teretes.
Psoae magni.
Psoae parvi.
Pterygoïdei externi.
Pterygoïdei interni.
Pyramidales.
Pyriformes.
Quadrati femorum.

Quadrati lumborum.
Radiales externi breviores.
Radiales externi longiores.
Radiales interni.
Recti abdominis.
Recti abductores oculorum.
Recti adductores oculorum.
Recti attollentes oculorum.
Recti crurum.
Recti depressores oculorum.
Recti interni majores capitis.
Recti interni minores capitis.
Recti laterales capitis.
Recti postici majores capitis.
Recti postici minores capitis.
Retrahentes auricularum superiores, medii, inferiores.
Rhomboïdei majores.
Rhomboïdei minores.
Sacrolumbales.
Salpingopharyngei.
Sartorii.
Scaleni laterales.
Scaleni medii.
Scaleni minimi.
Scaleni postici.
Scaleni priores.
Semimembranosi.
Semispinales dorsi.
Semitendinosi.
Serrati antici.
Serrati magni.
Serrati postici inferiores.
Serrati postici superiores.
Solei.
Spinales cervicis.
Spinales dorsi.
Splenii capitis.
Splenii colli.
Stapedii.
Sternohyoïdei.
Sternomastoïdei.
Sternothyreoïdei.
Styloglossi.
Stylohyoïdei.
Stylohyoïdei alteri.
Stylopharyngei.
Subclavii.
Sublimes.
Subscapulares.
Supinatores breves.
Supinatores longi.
Supraspinati.
Temporales.
Tensores tympanorum.
Tensores vaginarum femoris.
Teretes majores.
Teretes minores.
Thyreoarytaenoïdei.

Tibiales antici.
Tibiales postici.
Trachelomastoïdei.
Tragici.
Transversales cervicis.
Transversi abdominis.
Transversi auricularum.
Transversi pedum.
Transversi perinaei.
Transversi perinaei alteri.
Triangulares sterni.
Tricipites brachiorum.
Vasti externi.
Vasti interni.
Ulnares externi.
Ulnares interni.
Zygomatici majores.
Zygomatici minores.

Singulares sunt,

Arytaenoïdeus transversus.
Azygus uvulae.
Diaphragma.
Epicranius.
Orbicularis oris.
Sphincter ani externus.
Sphincter ani internus.

Viri proprii gemini sunt,

Acceleratores.
Compressores prostatae.
Cremasteres.
Erectores penis.

Foeminae proprii gemini,

Constrictores cunni.
Erectores clitoridis.

In hunc vero numerum retulimus non modo eos, qui in omni homine reperiuntur, sed etiam eos, qui quibusdam, eosque qui multis desunt, ut Arytaenoïdeos obliquos, Chondroglossos, Curvatores coccygis, Flexores parvos digitorum auricularium, Psoas parvos, Retrahentes inferiores auricularum, Scalenos laterales, Scalenos minimos, Stylohyoïdeos alteros, Zygomaticos minores, Transversos perinaei: eosque qui quandoque cum aliis prorsus conjuncti, ut Biventres cervicis, Peroneos tertios, Scalenos laterales, Splenios colli. Omisimus rariora naturae ludentis exempla. Si

quis

quis autem miretur, quid cauſſae ſit, cur neque Cor, neque Sphincterem veſicae, ſimileſque partes aut carneas, aut ex fibris compoſitas, inter eos aliorum ad exemplum numeraverimus: is ſciat, Cor à nobis ob ſingularem & à muſculis tantopere diſcrepantem figuram, & conformationem, non muſculum, ſed partem muſculoſam dici; Sphincterem vero veſicae, alioſque ejus generis è fibris conſtantes contextus, quia partim in muſculos proprie collecti non ſunt, partim ex fibris albicantibus, non autem carneis conſtant; in muſculorum numero non videri reponendos, niſi & muſculoſum ſtomachi & veſicae urinariae, & è fibris contextum ventriculi & inteſtinorum involucrum, aliaſque plurimas fibras, quae multis partibus intextae ſunt, muſculos appellare, eoque verorum muſculorum hiſtoriam turbare velimus. At quoſdam tamen, qui aut veri muſculi ſunt, aut certe ipſis quam ſimillimi, retinuendos exiſtimavimus; ut Attollentes auricularum, Tragicos, Antitragicos, alioſque ſimiles.

CAPUT VII.

De nominibus Muſculorum.

Nunc erit congruens expedire rationem nominum, quibus muſculos deſignavimus. In his Anatomicos, qui ante nos ſcripſere, fere ſumus ſecuti. Cum vero plerique muſculi non idem nomen apud omnes habeant, illa elegimus, quae & uſu inprimis recepta, & cuique maxime viſa ſunt convenire. Nova paucis impoſuimus, nec niſi vel ipſi novi ſint, vel conſuetis

ſine

sine magna difficultate appellari nequeant. Aliis itaque datum nomen est ab usu, quem praestant: aliis à situ: aliis à parte in qua siti: aliis à figura: aliis ab origine & insertione, aut parte ad quam pertinent: aliis à sola origine: ab insertione sola aliis: rursusque aliis à sola parte ad quam pertinent: aliis à numero ventrium, capitum, caudarum: aliis à decursu ab una parte ad aliam: aliis à quadam magnitudinis ratione: aliis à singulari quadam proprietate: uni ex eo quod singularis sit.

Jam ab usu dicti sunt *Abductores*, *Acceleratores*, *Adductores*, *Attollentes*, *Compressores*, *Constrictores*, *Corrugatores*, *Curvatores*, *Depressores*, *Erectores*, *Extensores*, *Flexores*, *Indicatores*, *Laxatores*, *Levatores*, *Masseteres*, id est, mandentes, *Opponentes*, *Pronatores*, *Retrahentes*, *Sphincteres*, id est, constringentes, *Supinatores*, *Tensores*. Huc referimus, quos ab usu quodam appellarunt, quanquam eum praecipue non praestent, *Cremasteres*, id est, suspensum tenentes: *Diaphragma*, quod discernat: *Sartorios*, quod iis sartores utantur.

A situ dicuntur, *Anteriores*, *Externi*, *Profundi*, *Sublimes*.

A parte in qua siti sunt, *Anconei*, id est, in cubito siti, *Antitragici*, *Brachiales*, *Buccinatores*, *Cervicales*, *Crurales*, *Epicranius*, quod super cranium est, *Glutei*, id est, in natibus, *Iliaci*, *Infraspinati*, *Intercostales*, *Intercossei*, *Interspinales*, *Intertransversarii*, *Linguales*, *Pectinei*, *Pectorales*, *Poplitei*, *Psoae*, quod in lumbis siti, *Radiales*, *Subclavii*, *Subscapulares*, *Supraspinati*, *Temporales*, *Tragici*, *Ulnares*.

A figura appellantur, *Cucullares*, *Deltoïdes*, id est, Δ similes, *Lumbricales*, *Orbiculares*, *Pyramidales*, *Pyriformes*, *Quadrati*, *Rhomboïdei*, *Scaleni*, *Serrati*, *Solei*, *Splenii*, *Teretes*, *Triangulares*.

Ab origine & insertione, quae fere graeca composita sunt, *Arytaenoïdei*, *Basiogloſſi*, *Ceratogloſſi*, *Chondrogloſſi*, *Cleidomaſtoïdei*, *Coracobrachiales*, *Coracohyoïdei*, *Cricoarytaenoïdei*, *Cricothyreoïdei*, *Geniogloſſi*, *Geniohyoïdei*, *Hyothyreoïdei*, *Mylohyoïdei*, *Sternohyoïdei*, *Sternomaſtoïdei*, *Sternothyreoïdei*, *Stylogloſſi*, *Stylohyoïdei*, *Thyreoarytaenoïdei*, *Trachelomaſtoïdei*.

Ab origine & parte ad quam pertinent, *Palatopharyngei*, *Salpingopharyngei*, *Stylopharyngei*.

Ab origine ſola dicuntur, *Naſales*, *Peronei*, *Pterygoïdei*, *Sacrolumbales*, *Tibiales*, *Zygomatici*.

A ſola insertione, *Semiſpinales*, *Spinales*, *Tranſverſales*.

A parte ad quam pertinent, *Coccygei*, *Palmares*, *Plantares*, *Stapedii*.

A numero ventrium, capitum, caudarum, *Bicipites*, *Biventres*, *Multifidi*, *Tricipites*.

A decurſu ab una parte ad aliam, *Circumflexi*, *Obliqui*, *Recti*, *Tranſverſi*.

A quadam magnitudinis ratione, *Graciles*, *Latiſſimi*, *Longi*, *Longiſſimi*, *Majores*, *Minores*, *Vaſti*.

A ſingulari quadam proprietate, *Complexi*, à ſtructura implicata: *Gemelli*, quod ventres duos ſimiles inter ſe habeant: *Gemini*, quod geminorum inſtar ſimiles ſint inter ſe: *Obturatores*, quod coxarum foramina obturent: *Semimembranoſi*, quod dimidia parte ſui mem-

membrana sint: *Semitendinosi*, quod dimidia parte tendo. Ex eo quod singularis est, *Azygus* dictus.

Nonnulli unum idemque nomen habent, & distinguuntur cognominibus, sumtis à situ, magnitudine, figura, decursu, numero, usu. Unde à situ vocantur, *Antici*, *Externi*, *Inferiores*, *Interni*, *Laterales*, *Medii*, *Posteriores*, *Postici*, *Priores*. A magnitudine, *Breves*, *Breviores*, *Longi*, *Longiores*, *Magni*, *Majores*, *Medii*, *Minimi*, *Minores*, *Parvi*. A figura, *Quadrati*, *Teretes*. A decursu, *Descendentes*, *Obliqui*, *Transversi*. A numero, *Alteri*, *Primi*, *Secundi*, *Tertii*, *Quarti*, *Quinti*, *Sexti*, *Septimi*, *Octavi*, *Noni*, *Decimi*, *Undecimi*. Ab usu, *Abductores*, *Adductores*, *Attollentes*, *Depressores*. Aut distinguuntur adjectione partis, ad quam pertinent; ut *Rectus abdominis*, *capitis*, *cruris*: vel partis, in qua siti; ut *Biceps brachii*, *Biventer cervicis*, *Latissimus colli*, *Latissimus dorsi*. Aut & dicuntur *Proprii* partis alicujus, vel *Communes* pluribus.

Hic vero non miremur esse quemquam, qui multa ex his nominibus reprehendat: nos enim ipsi alia quidem eorum probamus, alia non data vellemus. Probamus illa quae conveniunt naturae musculorum, quibus imposita sunt, quaeque simul non habent multum difficultatis: reliqua omnia justam reprehensionem effugere nequeunt. Nam cum nomina sint breves rerum notae, quibus res illae significantur, utile est, ut quam maxime ex ipsa natura rerum, quibus tribuuntur, petantur, & quasi fluant, subjectamque sibi habeant ipsius rei notionem, ut qui nomen audiat, bonam simul naturae rei partem assequatur. Eamque

ad legem nomina musculorum formare non modo utile est, sed omnino necessarium, tum quia tam magno numero sunt, multique eorum satis similes inter se, tum quia res sunt, quae non collocatae in usu quotidiano. Sed tamen necesse est, ut dilucida sint, & facilia, ne labore opus sit ad ea intelligenda retinendaque, utque iisdem sine magna difficultate uti possimus. Expungenda igitur quae sine bona ratione data, quae difficilia intellectu, quae nimis longa, & quae quovis modo impedimentum afferre possunt: remorantur enim tyrones, & ab Anatomes studio deterrent, atque ipsis etiam provectioribus, antequam usu & exercitatione se confirmaverint, molestiam exhibent. Quare si quid hac in re valeremus, musculi nomina, & ea quoad fieri posset facilia, ex praecipuis, maximeque obviis proprietatibus suis invenirent, ut cuique maxime conveniens esset. Et praecipue quidem ex actione, quia propter eam natura ipsos praesertim fabricata est, eandemque prae caeteris cognitam habere studemus: unde tam commode utimur appellationibus *Extensorum*, *Flexorum*, *Attollentium*, *Deprimentium*, *Pronatorum*, *Supinatorum*, *Corrugatorum*, *Constrictorum*, similibusque, addita parte ad quam pertinent. Nec obstat, quod multi eorum non unam, sed plures partes, & diversimode quidem moveant: appellantur enim ab illa actione, quam praesertim, & communiter exercent, illiusque partis esse dicuntur, cujus maxime proprii sunt; quemadmodum ex eo quod extendat digitos, nomen commodissimum Extensor digitorum manus traxit, etsi carpum quoque flectere videri posset: neque

enim

enim requiritur ut nomen omnem rei naturam exprimat; sed ut nota sit, cum ratione data, quae praecipuam in genere significet. Bona itidem sunt, quae dat figura, aut magnitudo, si quae sit singularis, quia haec fere ut visa, animis se nostris imprimunt; ut *Deltoïdis*, *Cucullaris*, *Quadrati*, *Serrati*, *Orbicularis*, *Latissimi*, *Longissimi*, *Vasti*. Ob eandem caussam ferri quoque possunt, quae notabilem quandam proprietatem indicant; qualia sunt *Biventris*, *Bicipitis*, *Semitendinosi*, *Diaphragmatis*: itemque quae decursum, ut *Recti*, *Obliqui*, *Transversi*. Possunt & à parte ad quam pertinent, appellari, ut *Stapedius*, *Coccygeus*, *Palmaris*. Nec multum habent difficultatis quae à situ ducta, ut *Anterioris*, *Sublimis*, *Profundi*: aut à parte in qua siti, ut *Pectoralis*, *Subscapularis*, *Iliaci*, *Brachialis*, *Interspinalis*: nisi quod dubium de his aliquando esse possit, utrum situm significent, an partem ad quam pertineant; ut de *Brachiali*, *Latissimo dorsi*, *Radiali*, *Ulnari*. Et licet Iliacus ossi ilium non totus incumbat, quia tamen maximam partem, *Iliacus* bene vocatur, ut paullo ante dictum est de *iis*, qui ab actione nominati: quod & ad similes reliquos pertinet. Ab origine & insertione, parteve ad quam pertinent, raro nomina duceremus, nec fere, nisi nequiremus aliunde commodius. Non enim certe tam facilem, ac credi posset, semper habent rationem. Fatemur, quod cum exprimant partem, unde oriatur musculus, eamque ad quam desinat, tacite simul decursum, situm, actionem indicent illi, cui partes illae non sint incognitae; eoque plures principes proprietates simul exhibeant:

& tamen non dubitamus asserere, quod pleraque bona esse nequeant, quia difficilia. Primum enim fere graeca esse debent, quoniam hic sermo facilior ad duplicanda verba. Graeca autem, tametsi facillima illis, à quibus intelliguntur, ob hoc tamen plerisque, & maxime tyronibus obscura, quod haec lingua non ita in usu est apud omnes; quo fit, ut à paucis facile capiantur. Deinde fere longiora sunt, quia composita; eaque de caussa ab illis etiam, quibus intellectu facilia, cum labore adhibentur. Quare cum illos, qui pharyngem constringunt, *in pauciores*, ut res ipsa poscebat, redegerim, nominaque danda eis fuerint, periclitari ausus sum, si quid gratiae apud Anatomes Cultores, Scrutatoresque functionum hominis consequi possem, appellando musculos illos *Constrictores*. Quanquam tamen *illius generis duplicata* nomina haud *ita mala* sint, ubi graeca, è quibus composita, usitata sunt ac trita; ut musculorum laryngis, ossis hyoïdis, atque etiam ipsius pharyngis, similiumque: immo haec & elegantiae multum habeant, & praeter solam longitudinem, etiam facilitatis. Sed fortasse praestaret, tales, sicubi aliter fieri nequeat, à sola origine denominare, adjecta parte cujus sint, ut quosdam maxillae inferioris *Pterygoïdeos* nuncupamus: haec certe nomina sua se simplicitate, & brevitate magis commendant. Caeterum idem pluribus nomen raro imponeremus, aut si id necesse esset, aptis eos, & fere ex iisdem, à quibus nomina ducenda diximus, pro re nata delectis cognominibus distingueremus. Nihil vero magis vitandum, quam ne nomina à male intel-

tellectis proprietatibus imponantur; quemadmodum *Interossеos* vocavere, etiam inter ossa non sitos; *Plantares*, ad plantas tamen non pertinentes; *Coracohyoïdeos* à processibus coracoïdeis, ut putarunt, & ut nomen vult, non oriundos. Quae cum ita sint, quidni igitur repurgamus nomina, & si licuit aliis nova inferre, cur non liceret nobis, praesertim cum ratione, & quadam commodi spe novaturis? Sed veremur, ne quantum forsan apud tyrones, & qui integri ad haec accederent, gratiae inituri essemus, tantum incurreremus *in odium & offensionem* eorum, qui usitata adhibere jam assueverunt. Praeterquam quod nolimus novandum esse, nisi illud necessitas flagitet, quo facilius Scriptores, qui utuntur nominibus receptis, intelligantur: ob quam rem quaedam vix tolerabilia retinere maluimus, quam inaudita, etiamsi fortasse meliora futura, eorum loco inducere.

CAPUT VIII.

De diversitate Musculorum.

His expositis, sequitur, ut musculos paullo propius consideremus, & summatim indicemus diversitatem eorum. Quanquam hoc supervacuum videri possit, quoniam ex singulorum historia, cui tertium librum tribuemus, satis superque intelligi possit. Quocirca nihil hic dicemus de magnitudine eorum, de carnea tendineaque parte, similibusque, quibus tantopere differunt inter se. Sed tamen necessario faciendum est, ut de illis dissimilitudinibus agamus, quarum

rum cognitio ad intelligendam rationem actionis eorum omnino requiritur. Cumque duo musculorum genera sint, unum eorum, quibus Sphincterum nomen; alterum oblongorum, id est, distincta extrema habentium, de hoc primo docebimus. Ejus generis alii simplices sunt, alii compositi. Simplices dicimus, quibus utrumque extremum simplex est, ut Brachiali interno, Supinatori longo, Sternomastoïdeo. Compositos, quibus vel alterutrum manifeste distinctum in duo, plurave, ut Bicipiti cruris, Serrato magno, Extensori digitorum manus; vel utrumque, ut Spinali colli, Semispinali dorsi, Multifido spinae: hi enim tanquam ex pluribus uno constant, eorumque singulae portiones, in quas distincti, pro simplicibus haberi possunt, in communem ipsis partem quandam conjunctis. Haec prima oblongorum differentia.

Alteram ponimus *in numero partium, ad quas extremis suis* pertinent. Alii enim uni ab utraque parte parti affixi, ut Sternomastoïdeus: alii uni ab altera, ab altera pluribus, ut Serratus magnus, & Pectoralis: alii ab utraque pluribus una, ut Spinalis colli, Obliqui abdominis: alii ab altera diversis ejusdem partis partibus, ut Biceps brachii diversis scapulae partibus.

Sequitur diversitas, quae est ex certa amplitudine extremorum, qua sic differunt, ut alii utrimque satis angusti sint, alii lati, alii ex angustis latescant, aut se ex latis contrahant in angustum: quorum exempla praebere possunt, Rhomboïdeus minor, qui utrimque angustus; Rhomboïdeus major, utrimque latus; Constrictor medius pharyngis, latescens; Latissimus dorsi, sen-

sensim angustior. Aliqui cum primum angustiores facti, rursus deinde latescunt, ut Biventer cervicis, Palmaris longus.

Magna & in decursu, id est, modo quo se ab una parte porrigunt ad aliam, diversitas, quae ad haec genera referri potest, quod alii recti incedant, alii se inflectant, alii qui extensis membris recti sunt, flexis iisdem, ipsi quoque inflectantur. In rectorum numero sunt Masseter, Pterygoïdei, Geniohyoïdeus, Subclavius, Obliqui capitis. Qui se inflectunt, differunt, quod alii in ipso flexu retineantur, vel ab aponeurosi quam ipsi dant, ut Biventres maxillae inferioris, vel à membrana quadam, cui adhaerent, ut Coracohyoïdei: alii flectant se circum partes quasdam. Atque hi qui se circum partes quasdam flectunt, rursus differunt inter se, eo quod alii membranam, è qua cavum vel canalis quidam est, ambiant, complectanturque, ut Obliqui & Transversi abdominis, Buccinatores, Constrictores pharyngis, Acceleratores, Levatores ani: alii se flectant circum ossa, alii se parte quadam sui ad os inflectant, vel ad cartilaginem, vel ad ligamentum, vel ad ligamenti similem membranam, vel ad aliam quandam partem duriorem, vel ad musculum alium: sic Serratus magnus se circum costas flectit; tendo Tibialis postici se ad malleolum internum inflectit, Obliqui superioris oculi ad cartilaginem ossi frontis alligatam, Tibialis antici ad ligamentum quod in priori parte confinii cruris pediisque extremi, Tensoris tympani ad aponeurosem qua obductus semicanalis osseus, in quo hic musculus majore parte sui continetur; Levator palpebrae

pebrae superioris ad globum oculi, Stylopharyngeus ad Constrictorem medium pharyngis. Adde quod multi etiam eorum, qui aliis adjacent, ab illorum tumore attollantur, & ob id ductu curvo incedant. Notandum vero, quod qua tendines se ad ossa inflectunt, ibi ne deflectant ab iis, ligamentis obducta sint, quibus coërcentur, non impedita simul libera eorum mobilitate. Tertii generis sunt Flexores digitorum manus, qui manu in rectum porrecta, recti sunt: eadem introrsum curvata, tendinibus suis ad ligamentum carpi interius inflectuntur; extrorsum autem, ad radium extremum, ossaque carpi: quod simili modo fit in multis.

Videmus porro, quae alia rursus diversitatis ratio est, alios ab una parte ad proximam à priore distinctam pertinere, alios unam pluresve praeterire priusquam desinant, quosdam etiam ad eam ipsam partem, à qua incipiunt, desinere: quemadmodum ab uno osse ad alterum proximum decurrit Brachialis internus, unum os praeterit Biceps brachii, plura Sublimis flexor digitorum manus, à cartilagine auriculae Transversus ejus incipit, & ad eandem desinit.

Dici denique possunt differre inter se ratione duritiei, vel mollitudinis, itemque mobilitatis partium ad quas pertinent. Aliae enim ad quas pertinent, durae sunt, ossa scilicet aut cartilagines duriores, ut laryngis, aut membranae durae, ut scleroticae: aliae molliores, nempe cartilagines molliores, ut auricularum, aut tendines, aut membranae obsequiosae, ut capitum penis & clitoridis, aut partes aliae, ut lingua, palatum molle, os, pharynx. Et plerique quidem solis ossi-

ossibus affixi, pauci solis cartilaginibus durioribus, ut Cricothyreoïdeus. Alii ab una parte ossi vel uno, vel pluribus: ab altera vel cartilagini duriori, ut Hyothyreoïdeus, Sternothyreoïdeus; vel molliori, ut Retrahentes auriculae; vel membranae durae, ut omnes globi oculi; vel obsequiosae, ut Erectores penis & clitoridis; vel tendini, ut Lumbricales; vel aliae parti molliori, ut omnes linguae. Sunt qui inter cartilaginem & membranam quandam intercedant, ut Attollens auriculam: alii, qui inter cartilagines & partem *mollem*, ut *Constrictor pharyngis inferior*. Sunt qui utrimque *mollibus inhaereant*, ut *Constrictores isthmi* faucium. Quidam ab altera parte & ad duram & ad molliorem, vel ad earum plures pertinent; quorum exempla praebent, Sternothyreoïdei, Pectorales, Latissimi colli, Pterygoïdei externi, Stylopharyngei. Ratione mobilitatis partium, alii intercedunt inter partes quarum altera ad alterius rationem prorsus fixa est, altera mobilis, ut Levatores & Depressores labiorum, *Recti oculi*, *Levatores ani*: alii ab utraque parte adhaerent *mobilibus*, ut *Serratus magnus*, *Hyothyreoïdeus*, *Cricothyreoïdeus*, & plerique. In posteriorum numero etiam habendi sunt, qui ab utraque parte uni eidemque flexibili cartilagini affixi, ut Transversi auricularum: nam ob cartilaginum flexibilitatem, partes earum illae, quibus hi musculi affixi, mobiles sunt. Reperiuntur, qui parte quadam sui intercedant *inter partes*, quarum utraque altera alteram versus *nullo* modo *mobilis*, ut Coccygei, quorum pars ossi sacro affixa. Inflexi praeterea differunt ratione mobilitatis par-

tis illius, quam ambiunt, vel ad quam se inflectunt: earum enim partium aliae durae sunt aut renitentes, aliae molles aut cedentes, ut apparet ex supradictis. Haec de oblongis.

Sphincteres, praeter ani internum, non modo ostium aliquod ambiunt, sed etiam quibusdam sui portionibus adnexi sunt partibus aliis.

Tum Sphincteres, tum aliqui ex oblongis, ut Latissimi colli, cutem interveniente panniculo adiposo vestiunt, & cum ea pertinaciter conglutinati sunt: aliqui tantum ex parte, ut *Sphincter ani internus*, *Attollens labium superius*, aliique. Reliqui laxius connexi cum partibus quas contingunt. Nunc opportunum erit, de actione musculorum disserere.

CAPUT IX.

De actione Musculorum.

Una eademque omnium actio est contractio, qua se faciunt breviores, aut conantur facere, eoque aut movent partes, aut tenent, aut si neque movere queant, neque tenere, annituntur tamen. Quo vero movent modo, eodem tenent, aut nituntur movere, tenereve: sed quoniam quando movent, actio appareret manifestius, potius qua ratione moveant, quam qua teneant, tradere solemus. Cumque diversis moveant modis, de singulis generibus singulatim hic dicendum est, quo melius intelligatur ratio actionum, quas eis in tertio libro adscribemus. Caussa autem efficiens discrepantiam, est aut in musculis ipsis, aut in

in partibus ad quas pertinent, quaſque praetereunt, aut in muſculorum quadam cum partibus vicinis conjunctione. Quae in muſculis eſt, ad quatuor poteſt referri, ad figuram eorum, ad decurſum, ad modum contractionis, & ad contractionis intenſionem, viriumque, quas adhibent, magnitudinem. Quae in partibus ad quas pertinent, quaſve praetereunt, ad tres, ad duritiem vel mollitudinem earum, ad ſtabilitatem vel mobilitatem, & ad ſitum. Ad duas quae in conjunctione muſculorum cum partibus vicinis, ad laxam, & ad ſtrictiorem.

Per figuram intelligimus ſolummodo illam, qua in genere maxime differunt, & vel rotundi ſunt, vel oblongi. Rotundi, id eſt Sphincteres, ſe contrahunt per ambitum ſuum, conſtringuntque quae ambiunt oſtia. Oblongi extrema ſua propius ad ſe invicem adducunt, ac ſic trahunt partes illas, quibus extrema illa affixa ſunt.

Per decurſum intelligimus modum, quo muſculi oblongi ſe ab una parte porrigunt ad aliam, & is vel rectus eſt, vel inflexus, ut ſuperiori capite annotavimus. Recti partes recte trahunt ad ſe mutuo. Inflexi non modo trahunt partes, ſed ſe etiam, ni quid obſtet, reddunt rectiores, donec prorſus recti ſint. Premunt itaque partem illam, circum quam ſe inflectunt, & ſi pars illa mollis mobiliſve ſit, ut cedere illis poſſit, reprimunt eam, moventque, maxime ſi partes illae, quibus extremis ſuis affixi ſunt, ſtabiliores ſint; contra ſi eaedem mobiliores: ſic cava quae è membrana facta ſunt, canaleſque, arctantur ab iis muſcu-

lis, à quibus ambiuntur. Qui vero se flectunt circum partem resistentem, ab ea, qua se flectunt, sustinentur, eaque de caussa partes illas, inter quas intercedunt, ad sustentaculum illud attrahunt quamdiu illud sustinet, haud aliter atque in fune, per annulum aut circum trochleae rotulam ducto videre est: qua de caussa oculi Obliquus superior globum trahit ad annulum, per quem tendinem suum trajicit, non autem ad locum unde principio suo procedit. Ex his praeterea perspicuum est, qua ratione illi agant, qui à membranaceis nexibus in ipso flexu suo retinentur: fiunt enim rectiores, quantum sinunt retinacula illa, partesque, quibus affixi, trahunt eum locum versus, ubi retinentur, si retineantur ne recti fiant. Si vero partes ad quas retinentur, mobiliores sint, eas, dum rectiores ipsi fiunt, attrahunt.

Quem vocavimus modum contractionis, is triplex esse potest: primus, cum se totus musculus aequabiliter contrahit: secundus, cum se tantum parte quadam: tertius, cum inaequabiliter partibus diversis. Cum se totus aequabiliter contrahit, partes inter quas intercedit, aequabiliter ad se mutuo attrahit. Cum tantum parte quadam, tum pars illa agit tanquam musculus singularis, & partes tantum illas trahit ad se mutuo, inter quas intercedit. Sic & cum inaequabiliter partibus diversis, singulae illae partes agunt tanquam tot distincti musculi. His tamen posterioribus modis duobus tantum locus esse potest in illis musculis, qui vel ex latis admodum angusti fiant, & quidem ad finem usque, vel contra ex augustis lati, vel

ab

ab initio ad finem usque satis lati sint : multi autem se ex latis admodum angustant, ut Pectoralis, qui & sua superiore parte attollit humerum, deprimit inferiore, media recte adducit ad pectus. Qui vero ab utraque parte angusti sunt, etsi se toti non contrahant, tamen eandem partem versus trahunt, ac si toti agerent, perexigua differentia, ut res ipsa docet. Qui in medio angustiores, ut Biventer cervicis, recte medium illud angustius versus trahunt. Et haec quidem de rectis, quae & ad inflexos certo modo pertinent. Nam si toti se aequabiliter contrahant, partem quam movent, aequabiliter trahunt ad totum sustentaculum suum, ut Obturator internus femur ad ischii sinum, à quo in flexu suo sustinetur. Si modo parte quadam, aut inaequabiliter, partes illae sunt tanquam distincti musculi, qui trahunt ad illam partem, à qua sustinentur, vel retinentur. Si vero à principio, ad finem usque satis angusti sint, ut Obliquus superior oculi, & tantum parte quadam sui agant, partem movendam aliter ad sustentaculum non adducunt, quam si omni se ex parte contraherent : sic & qui à parte sustinente ad finem usque angusti sunt, quanquam latum principium habeant, ut Obturator internus, ejusque aliqua tantum se contrahant parte : tam exigua enim differentia est, ut in censum non veniat. Manifestum autem est, illos qui partem mollem ambiunt, illam tantum ejus partem premere, quam pars eorum, quae agit, ambit.

Omnes possunt se vel laxius, vel intensius contrahere, & vires vel parvas adhibere, vel majores, majores-

joresque, pro robore quo quisque valet. Itaque magis minusve movere partes possunt, premereve, aut conari movere, premereve. Quidam autem longe quid aliud praestant, cum se fortius contrahunt, aut contrahere pergunt, quam cum debilius, aut cum incipiunt agere: sic Biceps brachii manum, si prona sit, primum vertit in supinum, dein flectit cubitum.

Dictum est de discrepantia actionis, quae consistit in ipsis musculis. Sequitur illa quae in partibus ad quas pertinent, & quas praetereunt. Duras musculi simpliciter loco movent: mollium eodem tempore mutant figuram, ut qui ad labia pertinent, & ad linguam.

Stabiles, & prorsus vi eorum resistentes, conantur quidem loco movere, sed nequeunt: mobiles movent ad rationem mobilitatis earum. Qui igitur à fixa deducuntur ad mobilem, ut Sternohyoïdeus, solam movent mobilem. Qui à mobili ad mobilem, ut Arytaenoïdeus transversus, uno tempore movent utramque: & si utraque aeque mobilis sit, utramque aeque movent insigniter: sin altera earum stabilior sit altera, ut plerumque obtinet, illa quae mobilior, trahenti musculo facilius obsequitur, moveturque insignius quam altera, & quanto illa mobilior, tanto insignius. Quod & ad illos pertinet, qui se aut circum partem quandam flectunt, aut ad eam inflectunt, aut in ipso flexu suo retinentur. Si enim partes à quibus sustinentur, retinenturve, stabiles sint, movere eas nequeunt, sed tantum mobiles quibus inserti: sin contra mobiles sint, eas etiam movent. Hoc & ad Sphinc-

teres

cteres illos pertinet, qui & mollia oſtia ambiunt, & quadam portione ſui ſunt parti cuidam ſtabiliori affixi: nam contrahunt oſtia, & ſimul partem ſtabiliorem verſus trahunt, atque hanc etiam, ſi ſatis mobilis ſit, dimovent. Ex quibus praeterea ſequitur, quod ſi mutetur naturalis partium ſtabilitas, mobilitaſve, prorſus etiam immutari debeat conſueta actio muſculorum, qui earum partium ſunt. Si enim pars quaedam, vel vi aliorum muſculorum, vel quacunque alia, magis quam quando ſibi commiſſa eſt, in contrariam partem, ac *muſculus eam trahit*, *firmetur*, minus ad eam dimovendam *ille valet muſculus*; & *quanto magis firmatur*, eo minus. Et ſi pars earum, ad quas muſculus quidam pertinens eſt, ratione alterius ſtabilior, eodem modo firmetur, ut ad rationem mobilioris plane fixa ſit, non movebit muſculus ille ſtabiliorem: ſi ſola firmetur mobilior, non hanc, ſed ſtabiliorem movebit, modo ſat roboris habeat. Sic Hyothyreoïdeus, qui & os hyoïdes & cartilaginem thyreoïdeam movere poteſt, *firmata thyreoïdea*, tantum movebit hyoïdes, hoc autem *firmato*, *thyreoïdeam*. *Sic Biventer maxillae*, eam, quia mobilior capite, deprimit: eadem autem ad ſuperiorem admota, & fulcro firmo innixa, laxiſque adductoribus ejus, capiteque libero, capitis partem eam, quae eſt pone articulos maxillae, deprimit, ſurgente eo ipſo priore, atque adeo maxilla ſuperiore ab inferiore recedente in ſuperiora. Unde ratio ſtabilitatis vel mobilitatis partium, qualis ea eſt, quo tempore muſculus agit, habenda eſt. Quod ſi multae partes mobiles, & vi muſculi ſuperabiles, in-

ter principium finemque ejus continuatione quadam interjectae sint, omnes ad rationem mobilitatis earum movere potest; nihil enim obstat: sic Profundus non modo tertium ordinem digitorum, cui insertus, movere potest, sed etiam secundum, primumque, & carpum. Si vero quaedam earum quantum satis est firmentur, solas quae supersunt movebit mobiles: quemadmodum idem Profundus, firmato carpo, tantummodo movet digitos. Certa quoque partium mobilitas consideranda. Quae enim tantummodo cum mollibus partibus connexae sunt, ut os hyoïdes, musculo ut trahit, ita fere obsequuntur; ita certe, ut permittunt partes nectentes. Ossium & cartilaginum, quae commissuras habent, mobilitas earum commissurarum conditione definitur: aliter enim quam illae sinunt, moveri à musculis nequeunt. Ex quo Pronator teres radium convertit, quanquam eum ad principium suum, id est, ad humerum trahat. Qui eidem utrimque cartilagini adnexi, eam ad rationem flexibilitatis ejus inflectunt. Quid vero praestat Coccygeus, qua ab ischio ad ossis sacri inferiorem partem recta pertinet? haud dubie illa pars ossis sacri antea ab eo distincta, mobilisque fuit.

Ad situm partium attendendum est, quoniam plerarumque alius atque alius esse potest, atque is rationem, qua movere eas possunt musculi, saepe multum immutat; quemadmodum Biceps brachii cum manus prona est, vertit eam in supinum, cum supina, flectit cubitum.

Superest ut dicamus de musculorum quadam cum aliis par-

partibus conjunctione. Qui laxe conjuncti cum partibus vicinis, eas, cum agunt, nonnihil dimovent. Haec autem proprie actio eorum non dicenda: nam cum partes vicinas contingant, & debeant cum iis cohaerere, ne toti laxi sint; non potest fieri, quin eas quodammodo dimoveant. Sed qui cum cute pertinacius conjuncti, eam movent, & plerumque corrugant.

Hic vero notandum, quod cum multi sint compositi, id est, plura uno capita, aut extrema habeant, singula separatim tanquam distinctos musculos consideranda esse: nam ex perspecta horum singulorum actione, facile erit rationem actionis totius musculi intelligere. Atque haec sunt, quae cum actio musculi alicujus quaeritur, accuratissime consideranda sunt. Et cum aliqua, vel multa eorum in uno eodemque, & diversimode quidem, concurrere possint, oportet attendere, quae & qualia ex iis habeat, vel habere possit.

Juvat etiam eandem actionem in corpore mortui expendere, in eoque eam quoad fieri potest imitari, trahendo musculos modo principium eorum versus, modo finem. Est autem cavendum, ne figura eorum, aut insertio tum principii tum extremi, aut decursus, aut cohaesio multum depraventur: si enim depraventur, veram haec experimenta actionem non exhibent. Est etiam necesse, ut simul partes eo modo disponantur, quo in vivo dispositae sunt, aut disponi naturaliter queunt, eademque ipsis, quantum fieri potest, reddatur mobilitas.

Quorundam ex iis, qui statim sub tegumentis com-

munibus noſtri corporis ſiti ſunt, actio in vivis conſiderari poteſt, & pleniſſime, atque certiſſime cognoſci. Interiorum omnium, quoniam profundius ſiti, reconditique, nullo modo poteſt. Plerorumque etiam exteriorum non ita perfecte, quamvis facile examinari poſſint: eſt enim difficillimum efficere, ut ſoli agant, & ut ne ab aliis eodem tempore agentibus turbetur actio eorum. Quid vero quiſque efficere valeat, à nobis in ſeparata cujuſque hiſtoria tradetur.

Hactenus de ſingulorum actione egimus. Cum vero duo aliqui aut pariter, aut alter poſt alterum, aut alterne trahunt partem aliquam, & vi quidem aut aequali, aut inaequali, aut modo majore, modo minore, magnas actionum producunt varietates. Cum plures, dici facile non poteſt, quam multifariam tum firment partes, tum moveant. Longe autem plures majoreſque varietates, & quas multo minus aſſequimur, ſi multas partes aut eodem ſimul tempore, aut alias poſt alias, iiſdem modis muſculi firment, moveantve: & plures etiam, ſi ſimul vires quaedam externae concurrant, juvantes, renitentes, mutantes. Quis ergo perſpicere poſſit, & ſi perſpicere daretur, quis exprimeret verbis rationem, qua tot tamque diverſis modis membra, aliaſque multas corporis noſtri partes, omnemque ſceletum ad arbitrium noſtrum vi muſculorum movemus, firmamus, & tanquam habenis regimus, & moderamur! quae quo ſtudioſius contemplamur, & quo cognoſcimus penitius, eo magis ſuſpicimus & admiramur.

CAPUT X.

Musculos omnes ad certas quasdam partes proprie pertinere, & de Classibus eorum.

Etsi plerique musculi ad plures una partes pertinere videantur, tantummodo tamen ad certas quasdam earum movendas nobis à natura dati sunt. Ad quod intelligendum, in oblongis spectandae partim sunt partes quibus se affigunt, partim illae, quae inter easdem partes continuatione quadam intercedunt, partim etiam illae, quae cum illis, quas proprie movent, connexae.

Ex partibus quibus se affigunt, in simplicibus altera plerumque est fundamentum musculi, in quo fixus est; altera autem, pars ab eodem movenda: unde & recte prior fixa vocatur, posterior mobilis; dicitur-que ab illa oriri, ab eademque ad hanc procedere, huic inseri. Non dubium autem, quin ad partem movendam, non ad fixam pertineat. Ex quo facile intelligitur, cujus partis facti causa putandi sint, qui à quodam plane firmo fundamento ad mobilem partem procedunt: certe partis mobilis. In illis autem, qui utrimque adhaerent mobilibus, pars illa quae ad alterius rationem stabilior, fundamentum musculi est. Licet enim hi movere possint utramque, & ni quid impediat, moveant; perspicuum tamen est, mobilioris gratia formatos eos esse. Quia enim non potest natura omnes à partibus plane firmis deducere, multos deducit à firmioribus, quam sunt illae, quas movere debent. Quocirca, ut hi melius suo fungantur officio,

quo agunt tempore, partem ſtabiliorem, ſi nimis per ſe mobilis ſit, ne vacillet, aut obſequatur, aliis firmamus muſculis. Si vero pars per ſe mobilior adeo firmetur, ut ſtabiliore reddatur ſtabilior, muſculo fundamenti loco eſt, qui tunc movet natura ſtabiliorem. Itaque eo tempore, facta quaſi permutatione principii, decurſus, finis, ad eam partem pertinere dicendus eſt, à qua caeteroquin oriri. Sed quoniam communiter, & cum actionem ejus nihil perturbat, movet natura mobiliorem, huic merito adjudicatur. Qui inter partes, quarum eadem eſt mobilitas, intercedunt, ad utramque pertinent: qui inter fixas, ad neutram earum. Quid vero de Lumbricalibus manus dicendum, qui ab altera parte tendinibus Profundi continuati, ab altera ad digitos pertinent, quoſque nemo tendinum illorum movendorum cauſſa comparatos judicabit, quanquam illi digitis poſſent videri mobiliores? Certe cum Profundo, cujus proprie partes ſunt, commune ipſis firmamentum cubitus eſt. Compoſitorum eadem ac ſimplicium ratio: multi autem eorum pluribus partibus parati ſunt.

Cum vero ſpectamus partes mobiles, quas quidam muſculi praetereunt, antequam ſe inſerant, certum quidem eſt, omnes eos movere poſſe, ſi quantum ad id requiritur, contrahere ſe valeant: ſed ſimul quoque certum eſt, non ſemper eſſe officium eorum, movere omnes. Nam praecipue movent illam, cui inſerti, ſi intermediae alios habeant ſibi proprios. Exemplo ſit Sartorius, inter cujus principium finemque duo inter ſe commiſſa oſſa, quae movere poteſt,

inter-

interjecta sunt, femoris & tibiae; & potius tamen tibiam movet, ad quam desinit, cum femur aliis musculis satis instructum, ejus opera non indigeat: eoque inter tibiae motores numerandus est. Neque enim hujus generis musculi intermedias partes praetereunt, ut eas moveant: sed fere longius à parte movenda incipiunt, quia propius eam vel oriri commode nequeunt, vel locum idoneum invenire. Itaque bene agere non solent, nisi eodem tempore à suis musculis partes intermediae retineantur, & regantur; ut in Extensore digitorum manus, itemque in Flexoribus videre est, quibus cum digitos extendimus, flectimusque, carpum, quem caeteroqui flecterent, obfirmamus. Tunc autem musculus ad intermediam quoque partem pertinet, cum illa non habet alium, qui eo eam, quo ille, modo moveat, & cum simul nobis illius modi usus opus est: quemadmodum Flexor brevis, Adductorque pollicis manus aeque parati sunt ad metacarpum pollicis in posteriora flectendum, quam ad flectendum os pollicis primi ordinis, quia nullus est alius, qui pollicis metacarpum in partem posteriorem ita flectat. Quidam etiam potius ad intermediam pertinent, quod de plerisque eorum, qui membraneis cavis, canalibusque circumjecti sunt, manifestum est. Quidam tantummodo ad intermediam, ut qui uni eidemque cartilagini flexibili utraque parte sui affixi: nam de his quoque manifestum est, non partibus illis, quibus affixi, sed quae inter eas intercedit media, quam inflectunt, adscribendos eos esse.

Qui, quod tertio loco spectandum esse diximus, partes

partes quasdam movere possunt, eo quod partes illae connexae sunt cum illis, quas proprie movent, veluti Sternothyreoïdei os hyoïdes, quod cartilagini thyreoïdeae alligatum, aut Brachiales interni manus extremas, quae cubitis affixae: illi ad eas partes, quas proprie movent, pertinent. Aliter tamen haec res se habet in aliis non paucis, ut in Pronatoribus, Supinatoribusque, qui quanquam radio affixi, eumque proprie movent, tamen ad manum in pronum aut in supinum vertendam à natura constituti sunt: cum enim radium manus tantummodo gratia circum ulnam convertere possimus, hoc satis declarat, musculos convertentes non radii esse, sed manus.

Hactenus de oblongis. Quod vero attinet ad Sphincteres, nihil est evidentius, quam quod proprii sint ostiorum quae ambiunt, partiumque quas vestiunt. Caeterum naturae scopus in omnibus musculis diligenter considerandus est, quo perspecto facile est judicare, cujus quisque partis, & an unius, an plurium dicendus sit. Cum igitur omnes certis quibusdam partibus tributi sint, atque una eademque pars plures habere soleat, in tot classes distribui possunt, quot sunt partes musculis propriis instructae, quod in quarto libro praestabimus.

CAPUT XI.

De varietate Musculorum.

Quantae autem eorundem musculorum in aliis atque aliis hominibus dissimilitudines sunt! ne qui-

quidem duobus unis hominibus ſimiles toti totis. Primum eae propemodum in iis exiſtunt varietates, quae in conformatione lineamentorum, & circumcaeſura membrorum, ut qui in univerſum iidem ſint, propius tamen examinati, in nullo ſint omnibus rebus tales, quales ſunt in alio. Deinde multo etiam majores. Nam frequenter multum abludunt figura ſua, nec ſemper eidem prorſus parti affixi ſunt. Quidam qui in aliis disjuncti ſunt, in aliis cohaerent inter ſe. Quibuſdam eorum quibus plura uno capita aut extrema, *non idem perpetuo eorum numerus, nec eadem alterius ad alterius rationem magnitudo.* Quidam quandoque non repperiuntur: quidam repperiuntur in paucis. Fit ut nunquam antea viſi occurrant. Fit & ut aliis deſit aliquid, quibuſdam abundet. Magnae pro varia aetate varietates. In infantibus, ut caetera mittamus, minus tendinoſi ſunt, ut multi etiam qua parte in adultis tendinei, aut tendinoſi, in infantibus ſint toti carnei. Multum eos immutat vitae genus, *multum compreſſio, ut calceorum, multum attritus,* quo fit ut caro tendinoſa fiat, *tendineſque fiant duriores*, & qua ſe parte maxime atterunt, craſſiores, & quaſi oſſei. Et quis ſingula recenſeat! Quaedam ex praecipuis, quae videre nobis adhuc licuit, in tertio libro annotabimus. Nil ultra nobis ſumimus.

CAPUT XII.

De adminiſtratione Muſculorum.

Poſtremo praecipiemus de ratione muſculos in corpore mortui quaerendi, quam vocant Adminiſtra-

ſtrationem eorum. Hic primum tradendum, quaenam corpora ad id apta ſint; deinde quomodo muſculos in iis quaerere, & eruere oporteat. Ut nullo modo depravati cognoſcantur, adhibenda corpora recentia, integerrimaque ſaniſſimorum hominum: ut perfectiſſimi, eorum qui & in flore aetatis conſtituti, & bene conformati. Nimia obeſitas impedimento eſt, & quia occultat muſculos, facit ut difficiliter inveniri poſſint. Nullum ſi fuerit pingue, neque tam toroſi apparent, neque ſe tam bene ſuſtinent. Aptiſſima autem emaciata corpora ad inveſtigandum modum quo oriuntur, quoque deſinunt. Quoniam vero natura muſculis frequenter ludit, oportet eos conſiderare in multis corporibus. Non convenit ea multum tractare antequam opus aggrediaris, longe minus dum in eo verſaris: eo enim & ſitus muſculorum facillime mutatur, & figura depravatur, praeſertim ſi corpora fuerint macilentiora. Ob quam cauſſam corpus, membraque ejus, priuſquam incidere incipias, ſitu maxime conveniente diſpones. Inciſa deinde cute, & prudenter detracta, muſculi ab omni pingui, omnibuſque ad eos non pertinentibus liberandi, donec perſpicue appareant. Sed magna adhibenda cura eſt, ne quid eis detrimenti adferatur. Et primum ſpectandi primi ſub cute, & hi primum qua parte cuti ſubjacent: poſt ſeparandi, quo omni ex parte conſiderari poſſint. His deinde dextere remotis, ſequentes eodem modo perquirendi: rurſuſque poſt hos ſequentes, ut ſequuntur, & ut ſitus eorum commodiſſime permittit. Ortus inſertioniſque modo accurate cognoſceu-

cendo conducit, musculos ex transverso discindere, & à vicinis omni ex parte separare tum ad originem, tum ad insertionem usque. Quae autem optima, & facillima quemque musculum investigandi ratio sit, longum est dicere, nec admodum necessarium. Qui enim situm eorum & conformationem, quae sequentibus libris trademus, perspecta habent, rationem inquirendi optimam diligentia & exercitatione consequentur: inprimis adjuvante periti Magistri institutione & exemplo, quae praeter praecepta maximo momento sunt ad aliquid faciendum. *Hoc tamen addendum esse putamus*, quod si quis omnes in uno eodemque corpore persequi velit, sic ut neque uni ulli multum detrimenti inferre necesse sit, neque corruptio corporis impediat, ab *Abdomine* incipiendum, & dein eo regionum, in quibus musculi siti, & quas proximus liber definiet, ordine progrediendum, quo eas nunc recensebimus: *quae circa Funem spermaticum & Testem, media inter Thoracem Abdomenque, Lumborum & Coxarum pars prior, Pectus, Dorsum cum Lumborum posteriori parte & Cervice, Thoracis latus, Spatia intercostalia, quae sub Pectore, Collum, Calva, circa Auriculam, Facies, Mala cum latere Calvae, quae sub Mala, Colli sceleti latus parsque prior, Natis, Femur, quae circa Perinaeum viri*, vel *Genitalis muliebris ambitus, quae circum Anum, Scapula cum parte Humeri superiore, Humerus, Oculi cavum, Cubitus, Manus, Crus, dorsum Pedis extremi Digitorumque pedis, Planta & Digitorum pedis pars inferior, Auricula, Auris interna.* In unaquaque autem regione ipsi musculi eo ordine quaerendi, quo sitos eos esse, eodem proximo

libro docebimus. Hanc potissimum, aut certe non multum ab ea diversam viam, ni quid forte intercedat, tenendam esse, usu, tractandoque cognovimus.

HISTORIAE MUSCULORUM HOMINIS

LIBER SECUNDUS

De Situ Musculorum.

PROOEMIUM.

De Musculis in genere satis diximus : nunc res ipsa monet, ut singulorum historiam inchoëmus, in qua & describere eos oportebit, & quid efficere valeant docere, & cujusmodi ratione dispositi sint exponere. Ut vero plerique inter se juncti, & alii aliis quasi continuati, ita etiam situs omnium ordo perpetua oratione comprehendendus est, ab eoque, ne is ubique interrumperetur, ipsa cujusque descriptio, ususque commemoratio separanda. Hoc autem libro summatim trademus situs rationem, quam singulorum expositioni quasi gradum quendam atque aditum ad eam, praemittemus. Est quidem necesse musculos ipsos ad situm eorum bene capiendum cognitos habere ; sed quoniam multi erimus in describendis musculis, de situ vero eorum tantummodo summatim agendum esse arbitrati sumus, huic primas tribuemus, ut simul illa, quae de situ eorum dicenda videbuntur, & hac compendiaria quadam descriptione ipsi etiam ante quodammodo cognosci possint. Res autem haec

impedita est, & si modo dici possit, difficilis dictu. Tanta enim est musculorum multitudo, tamque varia eorum figura, tam dispar toto corpore positio, tanta implicatio, ut vix satis appareat, unde incipiendum, quo progrediendum, ubi desinendum. Cumque uniuscujusque situm seorsim nullo negotio tradere possemus, omnium ordine quodam perspicuo difficillime possumus. Quam etiam ob rem praefagit animus, parum in legendis his nostris commentariis profecturos, qui simul oculos ipsis musculis, quorum dispositionem legent, vel certe accuratioribus eorum imaginibus non adjicient. Itaque opus hoc ea spe aggredimur, fore ut illos qui musculorum situm in ipso corpore hominis expendere volent, sit adjuturum, iisdemque deinde facile renovaturum semel perspecti memoriam, praesertim si simul adhibeant praestantes & ad hoc idoneas icones. Atque ad hos usus totam rationem descriptionis, quam nunc incipiemus, accommodabimus: in qua & icones, si quae bonae eorum quae describuntur, exstent, ubique, quo adhiberi facile possint, laudabimus.

CAPUT I.

De situ Musculorum in genere.

Musculorum certa quaedam dispositio est, miraque, praeter paucorum quorundam, toto corpore pertinens implicatio. Sed neque situs eorum uni eidemque homini omni ex parte semper constans, idemque est, neque implicatio. Cum situs mutatur, mutatur quoque implicationis ratio. Situm autem ipsi aliquantum cum figura sua mutant tum contractione sua, tum relaxatione: quod & res ipsa loquitur fieri debe-

debere, & in *illis* manifestum est, qui statim post tegumenta communia corporis collocati, in vivo homine considerari à nobis possunt. Idemque pro varia partium corporis positione non mediocriter diversus est. Sic Serrati antici priorem partem totam Pectoralis integit, cum brachium pendet: hoc vero cum attollitur, ita quoque Pectoralis sursum trahitur [a], ut ad postremum Serratus ille denudetur [b] ab inferiori parte. Bicipitis brachii capita se à superiore parte contingunt, cum brahii interior pars trunco corporis obversa: eadem contra in priora conversa parte, disjuncta sunt [c], quia *caput longius in sinu humeri retentum, ipsa hujus*, quam diximus, conversione abducitur ab altero, quod affixum processui coracoïdeo, humerum non sequitur. Hanc vero omnium mutabilitatem in tanta ejus non modo in diversis differentia, sed etiam in singulis varietate persequi infinitum esset, & neque satis expediri, neque accipi posset. Quocirca tantummodo laxorum suscipimus situm describere, eumque qualis est, cum *status quidam certus* est à nobis compositus. *Quod si effecerimus, erit regula, ad quam illi* se dirigant, qui quomodo ab ea recedatur, quaerere operae suae pretium existimabunt. Statum illum eligimus, qui naturalis, qui simplex, qui simul definitus sit, hoc est, erectum, libere pendentibus brachiis, sic ut volae femoribus obversae sint, digitique recti: caeterum facie, collo, pectore, ventre, pedumque priore parte in eandem omnibus partem aequaliter

a Eustach. Tab. xxx. B dextr.
b Ibid. C.
c Eustach. Tab. xxxii. 23. 24.

liter directis, ac reliquis etiam partibus omnibus, quae ad musculos ullo modo pertinent, situm habentibus rectum & naturalem. Et incipiemus ab exteriorum commemoratione, indeque ad interiores, ut alii post alios collocati sunt, pergemus: nec enim alius ordo tum ad inveniendos eos, tum ad situm eorum capiendum, ac memoria comprehendendum accommodatior videtur. Et ne nimium longi simus, & intellectu difficiliores, non memorabimus, quae quisque omni ex parte contingat; sed breviter, summatimque aperiemus, qui in quaque parte corporis, & quo alii post alios ordine inveniantur. Si quis autem plura requirat, is accuratiorem singulorum descriptionem, quam sequenti libro complexuri sumus, simul adhibeat. Quo vero melius quod suscepimus exequamur, corpus hominis ante in certas à musculis occupatas regiones distinguemus: dein qui in quaque regione, dein quo illi sint collocati ordine dicemus.

CAPUT II.

Corporis in regiones divisio.

Hic primo notandum quamnam sexus differentiam afferat. Notissima res est, corpus viri foeminaeque in universum similia esse, sexu autem maxime dissimilia. Itaque eaedem etiam utrique regiones, praeter genitalium. Corpus autem viri universum in quadraginta & octo, foeminae in quadraginta sex dividimus regiones, in quibus quadraginta quinque utrique communes sunt, virilis propriae tres, foeminini una.

Ea-

Earum aliae geminae sunt, discretaeque, id est, dextrae, & sinistrae: aliae singulares ac mediae, quae tamen dextram sui partem similem habent sinistrae.

Geminae utrique sexui communes sunt, *quae circum Auriculas, Auriculae, Aures internae, cava Oculorum, Malae cum lateribus Calvae, quae sub Malis, latera Thoracis, Spatia intercostalia, Scapulae cum superiore parte Humerorum, Humeri, Cubiti, Manus, Nates, Femora, Crura, Dorsa pedum extremorum digitorumque pedum, Plantae & digitorum pedum partes inferiores.*

Viri autem propriae, *quae circa Funes spermaticos ac Testes.*

Singulares communes sunt, *Calva, Facies, Collum, Colli sceleti latera parsque prior, Pectus, quae sub Pectore est, Abdomen, media inter Thoracem Abdomenque, Lumborum & Coxarum pars prior, Dorsum cum Lumborum posteriore parte & Cervice, quae circum Anum.*

Viri propria singularis una est, *quae circa Perinaeum viri.*

Foeminae, *Genitalis ambitus.*

In geminis iidem musculi, iique in utraque earum singuli, situque similes. In singularibus plerisque gemini musculi: in aliis partim gemini, partim singulares: in aliis tantum singulares. Et geminorum quidem alter in dextra singularium regionum parte, alter in sinistra, utrique eodem modo siti: singulares in medio, suique altero dimidio in dextra parte, altero in sinistra. In iisdem autem viri, foeminaeque regionibus iidem musculi, eademque ratione collocati, praeterquam circum anum, ubi praeter communes vir habet

bet Compressores prostatae, & ubi quoque Levatores cum Sphincter externo, ut figura, ita situ, ob genitalium vicinitatem aliquantum diversi. Sed in genitalibus magna eorum differentia est, in quibus tamen etiam respondentes sibi invicem. Atque ut totum corpus simplicissimo quodam ordine peragremus, eum harum regionum ordinem tenebimus, quo fere aliae post alias à vertice ad extremas manus, pedesque usque sequuntur, & secundum quem musculi simul in uno eodemque corpore quaeri satis commode possunt, sine notabili alicujus damno. Is autem hic est: *Calva, quae circa Auriculas, Facies, Malae cum lateribus Calvae, cava Oculorum, Auriculae, Aures internae, Collum, quae sub Malis, Pectus, latera Thoracis, Abdomen, quae circa Funes spermaticos ac Testes, media inter Thoracem Abdomenque, quae sub Pectore, Lumborum & Coxarum pars prior, quae circa Perinaeum viri,* (aut *Genitalis muliebris ambitus*) *quae circum Anum, Dorsum cum Lumborum posteriore parte & Cervice, Spatia intercostalia, Colli sceleti latera parsque prior, Scapulae cum superiore Humerorum parte, Humeri, Cubiti, Manus, Nates, Femora, Crura, Dorsa pedum extremorum digitorumque pedum, Plantae & digitorum pedum partes inferiores.* Et quoniam geminarum altera alteri similis est, earum tantummodo unam deinceps, quoties de gemina dicetur, nominabimus.

CA-

CAPUT III.

Musculorum in singulis regionibus enumeratio.

Musculi in his regionibus, in *Calva* Epicranius [a]. *Circa Auriculam*, Attollens auriculae [b], Anterior ejusdem [c], Retrahentes tres [d], superior, medius, inferior.

In *Facie*, Orbiculares palpebrarum [e], Corrugatores superciliorum [f], Compressores narium [g], Levatores labii superioris alarumque nasi [h], Levatores labii superioris [i], Zygomatici minores [k], Levatores angulorum oris [l], Zygomatici majores [m], Depressores angulorum oris [n], Depressores labii inferioris [o], Nasales labii superioris [p], Buccinatores [q], Orbicularis oris [r], Depressores alarum nasi [s], Levatores menti [t].

a Partes ejus quae *Occipitales*, Eustach. Tab. XXIX. A. A. Quae *Frontales*, Eustach. Tab. XXXII. a. a. & Tab. XLI. Fig. 1. E. E.

b Eustach. Tab. XXXII. m. & Tab. XLI. Fig. 1. A.

c Santorin. Tab. III. Fig. 4. d.

d Valsalv. Tab. 1. Fig. 3. C. C. C.

e Eustach. Tab. XXXII. bb. utriusque lateris, & Tab. XLI. Fig. 1. FF. utr. lat.

f Santorin. Tab. 1. I.

g Santorin. Tab. 1. a. dext. & aa. sin.

h Eustach. Tab. XXXII. d. & Tab. XLI. Fig. 1. H.

i Eustach. Tab. XXXII. e. utr. lat. & Tab. XLI. Fig. 1. IK. dextr.

k Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. L. Santorin. Tab. 1. Q.

l Eustach. Tab. XXXII. f. utr. lat. & Tab. XLI. Fig. 1. M. & Fig. 3. E.

m Eustach. Tab. XXXII. g. utr. lat. & Tab. XLI. Fig. 1. N. dextr.

n Eustach. Tab. XXXII. k. utr. lat. & Tab. XLI. Fig. 1. P. utr. lat.

o Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. Q. utr. lat.

p Santorin. Tab. 1. i. i.

q Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. O. & Fig. 3. D.

r Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. R R.

s Cowper. Myot. ref. ann. 1694. Fig. 3. D.

t Santorin. Tab. 1. q. r. & Cowper. Myot. ann. 1694. Fig. 4 F. F. & ann. 1724. Tab. XXXI. 26. 26.

In *Mala & latere Calvae*, Masseter [u], Temporalis [w].

In *cavo Oculi*, Levator palpebrae superioris [x], Obliquus superior oculi [y], Rectus attollens oculi [z], Rectus abductor oculi [a], Rectus adductor oculi [b], Rectus depressor oculi [c], Obliquus inferior [d].

In *Auricula*, Tragicus [e], Antitragicus [f], Major helicis [g], Minor helicis [h], Transversus Auriculae [i].

In *Aure interna*, Externus mallei [k], Laxator tympani [l], Tensor tympani [m], Stapedius [n].

In *Collo*, Latissimi colli [o], Sternomastoïdei [p], Cleidomastoïdei [q], Coracohyoïdei [r], Sternohyoïdei [s], Sternothyreoïdei [t], Hyothyreoïdei [u], Biventres maxillae [w], Sty-

u Eustach. Tab. xxxii. q. & Tab. xli. Fig. 1. D.
w Eustach. Tab. xxxii. l l. & Tab. xli. Fig. 1. B. & Fig. 3. A.
x Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. G.
y Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. E. & Fig. 4. D.
z Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. H. & Fig. 3. F.
a Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. I.
b Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. D.
c Eustach. Tab. xxxix. Fig. 5. E.
d Eustach. Tab. xxxix. Fig. 5. D.
e Valsalv. Tab. 1. Fig. 4. B. & Santorin. Tab. iii. Fig. 4. f.
f Valsalv. Tab. 1. Fig. 4. D. & Santorin. Tab. iii. Fig. 4. g.
g Santorin. Tab. iii. Fig. 4. b.
h Santorin. Tab. iii. Fig. 4. c.
i Valsalv. Tab. 1. Fig. 3. D D.
k Du Verney Pl. vi. Fig. 5. C D.
l Valsalv. Tab. iii Fig. 5. H.
m Du Verney Pl. vi. Fig. 5. E F. & Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. xxvi. Fig. 2. 42.
n Du Verney Pl. v. Fig. 8. B. & Pl. viii. Fig. 1. e.
o Eustach. Tab. xxx. u. utr. lat.
p Eustach. Tab. xxxii. z. & Tab. xxviii. y. utr. lat.
q Eustach. Tab. xxxii. A. utr. lat.
r Eustach. Tab. xxxii. w w. utr. lat. & Tab. xxxiii. Z. utr. lat. & Tab. xli. Fig. 5. ll.
s Eustach. Tab. xxxii. x. utr. lat. & Tab. xxxiii. c. & Tab. xli. Fig. 5 m.
t Eustach. Tab. xxxii. y. utr. lat. & Tab. xxxiii. b dext. & b b. sin. & Tab. xli. Fig. 5. n n. dext. & n. sin.
u Eustach. Tab. xxxiii. R. & Tab. xli. Fig. 5. o.
w Eustach. Tab. xxxii. r r. sin. & r. dext.

x Eu-

Stylohyoïdei [x], Stylohyoïdei alteri [y], Styloglossi [z], Stylopharyngei [a], Mylohyoïdei [b], Geniohyoïdei [c], Ceratoglossi [d], Basioglossi [e], Chondroglossi, Geniogloſſi [f], Linguales [g], Conſtrictores pharyngis inferiores [h], Conſtrictores pharyngis medii [i], Conſtrictores pharyngis ſuperiores [k], Salpingopharyngei [l], Palatopharyngei [m], Conſtrictores iſthmi faucium [n], Levatores palati mollis [o], Circumflexi palati [p], Azygus uvulae [q], Cricothyreoïdei [r], Cricoarytaenoïdei poſtici [s], Arytaenoïdei obliqui [t], Arytaenoïdeus tranſverſus [u], Cricoarytaenoïdei laterales [w], Thyreoarytaenoïdei [x].

x Euſtach. Tab. XXXII. ſ. utr. lat. & Tab. XLI. Fig. 5. i.
y Euſtach. Tab. XLI. Fig. II. K.
z Euſtach. Tab. XXXIII. M. & Tab. XLI. Fig. 8. H.
a Euſtach. Tab. XXXIII. P. & Tab. XLI. Fig. 8. F. & Tab. XLII. Fig. 4. G. utr. lat. & Fig. 6. O. utr. lat.
b Euſtach. Tab. XXXIII. H. & Tab. XXXV. k k. utr. lat. & Tab. XLI. Fig. 5. a.
c Euſtach. Tab. XXXIII. I. & Tab. XLI. Fig. 5. b. & Fig. 8. M.
d Euſtach. Tab. XXXIII. M. & Tab. XLI. Fig. 8. I.
e Euſtach. Tab. XXXIII. L. & Tab. XLI Fig. 8. K.
f Euſtach. Tab. XXXIII. K. & Tab. XLI. Fig. II. A. & B. & Fig 8. D.
g An Euſtach. Tab. XLI. Fig. II. C?
h Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. R. & Tab. XLII. Fig. 4 K.
i Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. Q. & Fig. II. L. & Tab. XLII. Fig. 4. I. utr. lat.
k Euſtach. Tab. XLII. Fig. 4. H. utr. lat.
l Euſtach. Tab. XLII. Fig. 6. L.
m Euſtach. Tab. XLII. Fig. 6. M N. utr. lat.
n Valſalv. Tab. V. Fig. I. C. utr. lat.
o Euſtach. Tab. XLII. Fig. 4. F. utr. lat. & Fig. 6. FF. ſin. & F. dext. & Valſalv. Tab. IV. n. dextr.
p Euſtach. Tab XLI. Fig. 13. Θ. & Tab XLII. Fig. 4. DE. utr. lat. & Fig. 6. DE. utr. lat. & Valſalv. Tab. IV. m. utr. lat.
q Heiſter. Comp. Tab. VIII. Fig. 38. k.
r Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. V. dext. & VV. ſin. & Fig II. S. utr. lat.
s Euſtach. Tab. XLII. Fig. 2. K. utr. lat.
t Euſtach. Tab. XLII. Fig. 2. G. & HH.
u Euſtach. Tab. XLII. Fig. 2. FF FF.
w Euſtach. Tab. XLII. Fig. I. L.
x Euſtach. Tab. XLII. Fig. I. K.

y Eu-

Sub Mala, Pterygoïdeus internus [y], Pterygoïdeus externus [z].

In *Pectore*, Pectorales [a], Serrati antici [b], Subclavii [c].

In *latere Thoracis*, Serratus magnus [d].

In *Abdomine*, Obliqui externi abdominis [e], Obliqui interni abdominis [f], Transversi abdominis [g], Recti abdominis [h], Pyramidales [i].

Circa Funem spermaticum ac Testem, Cremaster [k].

Inter Abdomen Thoracemque, Diaphragma [l].

Sub Pectore, Triangularis sterni [m].

In *Lumborum & Coxarum parte priore*, Psoae parvi [n], Psoae magni [o], Iliaci interni [p], Quadrati lumborum [q].

Circa Perinaeum viri, Acceleratores [r], Erectores penis [s].

In *Genitalis muliebris ambitu*, Constrictores cunni [t], Erecto-

y Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. r. & Tab. XXIX. F.

z Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Δ. utr. lat.

a Eustach. Tab. XXXII. K. & Tab. XXVIII. F. utr. lat.

b Eustach. Tab. XXXII. I.

c Eustach. Tab. XXXII. G.

d Eustach. Tab. XXX. D. & Tab. XXXII. M. utr. lat. & Tab. XXXVI. f. & Tab. XXXIII. m.

e Eustach. Tab. XXXII. T. & Tab. XXVIII. IK. utr. lat. & Tab. XXIX. W. utr. lat.

f Eustach. Tab. XXXII. R. & Tab. XXIX. V. utr. lat. & Tab. XXXVI. i.

g Eustach. Tab. XXXIII. q. utr. lat. & Tab. XXXVII. o. utr. lat.

h Eustach. Tab. XXXIII. n.

i Eustach. Tab. XXXIII. u.

k Eustach. Tab. XXXII. r. utr. lat. & Tab. XXXIII. wx. utr. lat.

l Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. VII. Δ.

m Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. VIII. β. & Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XXXIII. Fig. 1. 7. utr. lat.

n Eustach. Tab. XXXVIII. q.

o Eustach. Tab. XXXVIII. r r s. fin.

p Eustach Tab. XXXVIII. u. utr. lat.

q Eustach. Tab. XXXVIII. p. utr. lat. & Tab. XXXIX. Fig. 1. n. utr. lat.

r Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. Cap. XLIX. Fig. 1. H. I.

s Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. Cap. XLIX. Fig. 1. K. L.

t Eustach. Tab. XIV. Fig. 1. M. M. & Santorin. Tab. II. Fig. 1. G.

u Eu-

Erectores clitoridis [u].

Circum Anum, Sphincter ani externus [w], Transversi perinaei [x], Transversi perinaei alteri [y], Levatores ani [z], Coccygei [a], Curvatores coccygis, Sphincter ani internus [b]. In *viro* etiam Compressores prostatae [c].

In *Dorso cum Lumborum posteriore parte & Cervice*, Cucullares [d], Latissimi dorsi [e], Rhomboïdei majores [f], Rhomboïdei minores [g], Serrati postici superiores [h], Serrati postici inferiores [i], Levatores scapularum [k], Splenii capitis [l], Splenii colli [m], Biventres cervicis [n], Complexi [o], Trachelomastoïdei [p], Transversales cervicis [q], Cervicales descendentes, Sacrolumbales [r] cum Longissimis dorsi [s], Spinales dorsi [t], Semispinales dorsi, Spinales cervicis [u], Interspinales cervicis [w], Recti postici majores capitis

u Eustach. Tab. XIV. Fig. 1. N. N.
w In viro, Eustach. Tab. XXIX. c. & Tab. XXXVI. r. In foemina, Eustach. T. XIV. Fig. 1. K.
x In viro, Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. XIX. 9. utr. lat. & Santorin. Tab. III. Fig. 5. I. I. In foemina, Santorin. Tab. II. Fig. 1. g. g.
y In viro, Santorin. Tab. III. Fig. 5. H. H. In foemina, Santorin. Tab. II. Fig. 1. F.
z Eustach. Tab. XXIX. d. utr. lat. & Tab. XXXVI. q. utr. lat. & Tab. XXXVII. r. utr. lat.
a Eustach. Tab. XXXVI. s.
b Eustach. Tab. X. Fig. 2.
c Santorin. Tab. III. Fig 5. V.
d Eustach. Tab. XXIX. P. & Tab. XXXI. M. utr. lat. & Tab. XXXII. E. utr. lat.
e Eustach. Tab. XXIX. R. utr. lat. & Tab. XXXII. L. utr. lat.
f Eustach. Tab. XXIX. O. dextr.
g Eustach. Tab. XXIX. N.
h Eustach. Tab. XXIX. M. & Tab. XXXVI. e.
i Eustach. Tab. XXXVI. g h.
k Eustach. Tab. XXIX. L. & Tab. XXXVI. d.
l Eustach. Tab. XXIX. I. dext. & Tab. XXXVI. c.
m Eustach. Tab. XXXVII. c.
n Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. ABCD.
o Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. GG.
p Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. EF. & Eustach. Tab. XXXVIII. b. utr. lat.
q Eustach. Tab. XXXVII. d.
r Eustach. Tab. XXXVI. l 7.
s Eustach. Tab. XXXVI. l 8.
t Eustach. Tab. XXXVII. l. utr. lat.
u Eustach. Tab. XXXIX. Fig. 1. f.
w Cowper. Myot. ann. 1694. Fig. 8. L. L. L. & ann. 1724. Tab. XLIV. Fig. 1. 100.

x Eu-

capitis [x], Recti postici minores capitis [y], Obliqui inferiores capitis [z], Obliqui superiores capitis [a], Multifidi spinae [b], Interspinales lumborum, Interspinales dorsi, Intertransversarii lumborum, Intertransversarii dorsi, Levatores costarum breviores [c], Levatores costarum longiores [d].

In *Spatiis intercostalibus*, Intercostales externi [e], Intercostales interni [f].

In *Colli sceleti lateribus parteque priore*, Scaleni priores [g], Scaleni minimi, Scaleni laterales, Scaleni medii [h], Scaleni postici [i], Recti interni majores capitis [k], Longi colli [l], Recti interni minores capitis [m], Recti laterales capitis [n], Intertransversarii colli priores [o], Intertransversarii colli posteriores [o].

In *Scapula & Humeri superiore parte*, Deltoïdes [p], Supraspinatus [q], Infraspinatus [r], Teres minor [s], Teres major,

x Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 1. b.
y Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 1. a.
z Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 1. d.
a Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 1. c.
b Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 1. m m. utr. lat. In cervice, Cowper. Myot. ann. 1694. Fig. 8. K.
c Verheyen. Tab. xxxv. Fig. 1. e. e.
d Verheyen. Tab. xxxv. Fig. 1. f. f.
e Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 1. l. l. &c. utr. lat. & Tab. xxxiii. l. &c. utr. lat.
f Euſtach. Tab. xxxviii. l. l. &c. utr. lat. & Tab. xxxiii. h. i. &c. utr. lat.
g Euſtach. Tab. xxxviii. i. & Tab. xxxiii. a. utr. lat.
h Euſtach. Tab. xxxviii. g. utr. lat. & Tab. xxxix. Fig. 1. e. & Tab. xxxvii. f. utr. lat.
i Euſtach. Tab. xxxvii. e.
k Euſtach. Tab. xxxviii. c. & Tab. xli. Fig. 13. Π. & Fig. 8. a. & Tab. xxxiii. T.
l Euſtach. Tab. xxxviii. d. & e f. & Tab. xli. Fig. 13. Σ. utr. lat.
m Euſtach. Tab. xxxviii. b. utr. lat. & Tab. xli. Fig. 13. Ξ. utr. lat.
n Euſtach. Tab. xxxviii. a. utr. lat. & Tab. xli. Fig. 13. A. utr. lat.
o Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. xliv. Fig. 1. *Intertransversales colli*: ubi priores à posterioribus non distincti.
p Euſtach. Tab. xxxii. 22. & Tab. xxix. 6.
q Euſtach. Tab. xxix. 8.
r Euſtach. Tab. xxix. 12. utr. lat.
s Euſtach. Tab. xxix. 13. utr. lat.

t Euſtach.

major [t], Subscapularis [u].

In *Humero*, Biceps brachii [w], Coracobrachialis [x], Brachialis internus [y], Triceps brachii [z].

In *Cubito*, Supinator longus [a], Radialis externus longior [b], Radialis externus brevior [c], Extensor communis digitorum manus [d], Extensor proprius digiti minimi manus [e], Ulnaris externus [f], Anconeus [g], Supinator brevis [h], Abductor longus pollicis manus [i], Extensor minor pollicis manus [k], Extensor major pollicis manus [l], Indicator [m], Ulnaris internus [n], Palmaris longus [o], *Radialis internus* [p], *Pronator teres* [q], Sublimis [r], *Profundus* [s], Flexor *longus pollicis manus* [t], Pronator quadratus [u].

t Eustach. Tab. xxix. 15. & Tab. xxxvi. V. & Tab. xxxviii. F.
u Eustach. Tab. xxxiii. 33. utr. lat. & Tab. xxxviii. E.
w Eustach. Tab. xxxii. 23. 24. 25. utr. lat.
x Eustach. Tab. xxxii. 21. 21. & Tab. xxxiii. 36. utr. lat.
y Eustach. Tab. xxxii. 28. 28. utr. lat. & Tab. xxxviii. G.
z Eustach. Tab. xxix. 16. 17. 18. utr. lat. & Tab. xxxii. 26. 27. utr. lat.
a Eustach. Tab. xxxii. 30. utr. lat.
b Eustach. Tab. xxix. 31. 31. 31. & Tab. xxxiii. 52. 61.
c Eustach. Tab. xxix. 30. 30. 30. & Tab. xxxiii. 58. 62.
d Eustach. Tab. xxix. 28.
e Eustach. Tab. xxix. 27.
f Eustach. Tab. xxix. 26.
g Eustach. Tab. xxxvii. G.
h Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. w. dext. & ww. sin. & Tab. xxxviii. I.
i Eustach. Tab. xxix. 32. dext. & 33. 34. sin. & Tab. xxxiii. 59.
k Eustach. Tab. xxix. 35. utr. lat. & Tab. xxxiii. 60.
l Eustach. Tab. xxix. 36. utr. lat.
m Eustach. Tab. xxix. 37. dext.
n Eustach. Tab. xxxii. 34. & Tab. xxix. 25. utr. lat.
o Eustach. Tab. xxxii. 33.
p Eustach. Tab. xxxii. 32.
q Eustach. Tab. xxxii. 29. sin.
r Eustach. Tab. xxxii. 35. & Tab. xxxiii. 53.
s Eustach. Tab. xxxii. 36. & Tab. xxxiii. 54. utr. lat. & Tab. xxxviii. L.
t Eustach. Tab. xxxiii. 55. & Tab. xxxviii. K. sin.
u Eustach. Tab. xxxviii. V.

w Eu-

In *Manu*, Lumbricales [w], Abductor brevis pollicis manus [x], Opponens pollicis manus [y], Flexor brevis pollicis manus [z], Adductor pollicis manus [a], Palmaris brevis [b], Abductor digiti minimi manus [c], Flexor parvus digiti minimi manus [d], Adductor metacarpi digiti minimi [e], Interossei manus [f], Abductor indicis [g].

In *Nate*, Gluteus magnus [h], Gluteus medius [i], Gluteus minor [k], Pyriformis [l], Geminorum superior [m], Geminorum inferior [n], Obturator internus [o], Quadratus femoris [p].

In *Femore*, Biceps cruris [q], Semitendinosus [r], Semimembranosus [s], Tensor vaginae femoris [t], Rectus cruris

w Eustach. Tab. xxxii. 51. 52. 53. 54. & Tab. xxxviii. M. N. O. P.

x Eustach. Tab. xxxii. 43. utr. lat.

y Eustach. Tab. xxxii. 42. utr. lat. & Tab. xxxiii. 69.

z Eustach. Tab. xxxviii. ΠΣ.

a Eustach. Tab. xxxii. 45. & Tab. xxxviii. Ξ.

b Eustach. Tab. xxxii. 49. utr. lat.

c Eustach. Tab. xxxiii. 72. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 25. Fig. 2. B. inferior in manu.

d Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 25. Fig. 2. B. extra situm, & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. li. M. superior extra situm.

e An Eustach. Tab. xxxviii. Q? Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 25. Fig. 2. B. superior in manu: & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. li. M. in manu.

f *Interni*, Eustach. Tab. xxxviii. A. Θ. Z. X. & Tab. xxxix. Fig. i. x. y. B. D. *Externi*, Eustach. Tab. xxxviii. Δ. r. Y. & Tab. xxxix. Fig. i. z. A. C.

g Eustach. Tab. xxxiii. 64. & Tab. xxxvi. r.

h Eustach. Tab. xxix. X.

i Eustach. Tab. xxix. Y.

k Eustach. Tab. xxxvi. u.

l Eustach. Tab. xxix. g. & Tab. xxxvi. m.

m Eustach. Tab. xxix. h. & Tab. xxxvii. s. utr. lat.

n Eustach. Tab. xxix. k. & Tab. xxxvii. t. utr. lat.

o Eustach. Tab. xxix. i. & Tab. xxxvii. w.

p Eustach. Tab. xxix. l.

q Eustach. Tab. xxix. r. utr. lat.

r Eustach. Tab. xxix. q. utr. lat.

s Eustach. Tab. xxix. p p. utr. lat. & Tab. xxxvi. D.

t Eustach. Tab. xxxii. X. & Tab. xxx. M.

u Eu-

ris [u], Sartorius [w], Vastus externus [x], Vastus internus [y], Cruralis [z], Pectineus [a], Adductor longus femoris [b], Gracilis [c], Adductor brevis femoris [d], Obturator externus [e], Adductor magnus femoris [f].

In *Crure*, Gemellus [g], Plantaris [h], Soleus [i], Popliteus [k], Flexor longus digitorum pedis [l], Flexor longus pollicis pedis [m], Tibialis posticus [n], Peroneus longus [o], Peroneus brevis [p], Extensor longus digitorum pedis [q], Peroneus tertius [r], Tibialis anticus [s], Extensor proprius pollicis pedis [t].

In *Pedis extremi digitorumque ejus dorso*, Extensor brevis digitorum pedis [u].

u Eustach. Tab. XXXII. Ψ. utr. lat.
w Eustach. Tab. XXXII. Σ.
x Eustach. Tab. XXXII. Ω. utr. lat. & Tab. XXXIII. Ψ. & Tab. XXXVI. F.
y Eustach. Tab. XXXII. Φ. utr. lat. & Tab. XXXIII. Σ. & Tab. XXXVI. E E.
z Eustach. Tab. XXXIII. Φ. utr. lat. & Tab. XXXVI. X.
a Eustach. Tab. XXXII. Δ. utr. lat. & Tab. XXXIII. A. utr. lat.
b Eustach. Tab. XXXII. Θ. utr. lat. & Tab. XXXIII. Ξ. utr. lat.
c Eustach. Tab. XXXII. Ξ. & Tab. XXIX. O.
d Eustach. Tab. XXXVIII. Y.
e Eustach. Tab. XXXVIII. X. utr. lat.
f Eustach. Tab. XXXII. Λ. & Tab. XXXIII. Π. utr. lat. & Tab. XXXVIII. Z A. utr. lat. & Tab. XXXVI. W.
g Eustach. Tab. XXIX. Λ Θ Ξ.
h Eustach. Tab. XXIX. Γ.
i Eustach. Tab. XXIX. Π Π. dext. & Π. sin.
k Eustach. Tab. XXIX. Δ. & Tab. XXXVI. Y.
l Eustach. Tab. XXIX. S. & Tab. XXXVI. L. & Tab. XXXII. 11.
m Eustach. Tab. XXIX. I. & Tab. XXXVI. K. & Tab. XXXII. 13.
n Eustach. Tab. XXXVII. X. & Tab. XXXII. 12.
o Eustach. Tab. XXIX. Σ. utr. lat. & Tab. XXXII. 7.
p Eustach. Tab. XXIX. ΩΩ. utr. lat. & Tab. XXXVII. Y. & Tab. XXXII. 8.
q Eustach. Tab. XXIX. Φ. & Tab. XXXII. 5. dext.
r Eustach. Tab. XXIX. Ψ. sin. & Tab. XXXII. 9.
s Eustach. Tab. XXXII. 4. & Tab. XXVIII. Ω Ω. utr. lat.
t Eustach. Tab. XXXII. 10. dext. & Tab. XXXIII. 12.
u Eustach. Tab. XXXIII. 18.

In *Planta & digitorum pedis parte inferiore*, Flexor brevis digitorum pedis [w], Abductor pollicis pedis [x], Abductor minimi pedis [y], Lumbricales pedis [z], Flexor brevis pollicis pedis [a], Adductor pollicis pedis [b], Transversus pedis [c], Flexor brevis minimi pedis [d], Interossei pedis [e].

Haec musculorum in singulis regionibus summa est. In quibus plerique eorum majore parte sui collocati, aut ad eas doctrinae caussa relati: quidam etiam in vicinas diversimode excurrunt, ut in exquisitiore situs eorum per easdem regiones descriptione nunc dicetur. In ea autem, *quoniam dextra sinistris*, ut *dictum* est, respondent, geminorum tantummodo alteros, id est, qui vel in altera regionum geminarum, vel in singularium altero latere siti sunt, considerabimus. Quare cum in singularibus regionibus geminorum quorumque tantummodo unum commemorabimus, de altero earum

w Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. Θ.

x Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. ε. & Eustach. Tab. XXXII. 15.

y Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. ς. & Eustach. Tab. XXIX. 3. utr. lat.

z Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 14 μ. &c.

a Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. XLIII. Fig. 1. D. E. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 180.

b Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. XLIII. Fig. 1. C. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 11. & Tab. LXVI. Fig. 1. 10. in planta.

c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. XLIII. Fig. 1. I. K. L. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 189.

d Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 3. H. inferior: & an Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 190?

e Casser. Tab. ap Spigel. Lib. IV. Tab. XLIII. Fig. 1. H. H. H. H. & Tab. XXXIX. Fig. 3. I. I. I. I. pollici proxima: & Cowper. Myot ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 1. 191.

a Par-

rum regionum *latere*, cui alterum respondeat, intelligendi erimus.

CAPUT IV.

De situ musculi, qui in Calva.

Hic, quem *Epicranium* [a] dicimus, maximam partem sub tegumentis communibus corporis situs, & tantum juxta auriculas tectus Attollentibus auriculas, & earundem Anterioribus; atque in superciliis, canthisque oculorum, exiguis portionibus subit Orbiculares *palpebrarum*.

CAPUT V.

De situ eorum, qui circa Auriculam.

Sub iisdem tegumentis capiti à superiore parte auriculae adjacet *Attollens auriculam* [a]: à priori *Anterior* [b], à posteriore *Retrahentes* [c] ejusdem, eorumque *medius* mox infra *superiorem*, infraque medium *inferior*: & aliquando medio in fine subjecti duo reliqui.

CAPUT VI.

De situ musculorum, qui in Facie.

Sic & sub iisdem, supercilium totamque oram foraminis oculi palpebrasque *Orbicularis palpebrarum* [a] ambit.

K 3

a Partes ejus quae dicuntur *Occipitales*, Euſtach. Tab. XXIX. A. A. quae *Frontales*, Euſtach. Tab. XLI Fig. 1. E. E.

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. 1. A.

b Santorin. Tab. III. Fig. 4. d.

c Valſalv. Tab. 1. Fig. 3. C. C. C.

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. 1. F. F. dext.

b Cow-

ambit. Sub quo, & partim etiam sub Epicranio, supercilio osseo incumbit *Corrugator supercilii* [b].

Alae nasi sub iisdem tegumentis *Compressor naris* [c] adjectus, cujus partem integit [d] Levator labii superioris alaeque nasi. Ab ejus latere se secundum nasum, qua is primo de gena surgit, ad os demittit *Levator labii superioris alaeque nasi* [e], Et ab ejus latere per genam, *Levator labii superioris* [f], *Zygomaticus minor* [g], *Levator anguli oris* [h], *Zygomaticus major* [i], alius juxta alium. Omnes etiam hi tegumentis subjecti. Sed *Levator labii superioris alaeque nasi* [k], itemque *Levator labii superioris* [l], & *Zygomaticus minor* [m], (quandoque & *Zygomaticus major*) etiam Orbiculari palpebrarum suis subjecti capitibus. *Levator anguli oris* Zygomatico minori [n], & Levatori labii superioris [o], suo similiter principio; fine autem, Zygomatico majori [p]. Et *Zygomatici majoris* portio juxta oris angulum subit Levatori Depressorique anguli, qua illi sese continuant.

A latere menti labiique inferioris, pariter sub tegumentis, in fine autem parte quadam sub Latissimo

b Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. XXV. Fig. 5. b. & Santorin. Tab. I. I.
c Santorin. Tab. I. a a. sin. & a. dext.
d Santorin. Tab. I. aa. sin. tectus T.
e Eustach. Tab. XLI. Fig. I. H.
f Eustach. Tab. XLI. Fig. I. IK. dext.
g Eustach. Tab. XLI. Fig. I. L. & Santorin. Tab. I. Q.
h Eustach. Tab. XLI. Fig. I. M. & Fig. 3. E.
i Eustach. Tab. XLI. Fig. I. N.
k Santorin. Tab. I. S. tectus Orbiculari palp.
l Eustach. Tab. XLI. Fig. I. IK. dext. tectus F. F.
m Santorin. Tab. I. Q. tectus Orbiculari palp.
n Eustach. Tab. XLI. Fig I. M. tectus L.
o Eustach. Tab. XXXII. f. tectus e.
p Santorin. Tab. I. O. tectus P.

q Eu-

mo colli, *Depressor anguli oris* [q]. Cui ab initio subjectus [r] *Depressor labii inferioris* [s], caeterum in mento & labio inferiore, ubi dexter & sinister se ex parte decussant [t]. In labio autem tectus portione Zygomatici majoris, quae excurrit per labium illud.

Infra septum nasi & in labio superiore, *Nasalis labii superioris* [u], in labio sub extremis Levatoris alae nasi labiique superioris [w], Levatoris labii superioris, Zygomatici minoris, caetero nudus, id est, sub tegumentis.

In bucca *Buccinator* [x], sub pingui buccae, nisi quod ab initio post Masseterem delitescat [y], dein post Zygomaticum majorem [z], & in fine etiam subjectus sit Latissimo colli, Zygomatico minori, Levatori [a], Depressorique anguli oris [b].

Circum os *Orbicularis oris* [c], qui in labio superiore majorem partem nudus, ex parte contectus Levatoribus labii superioris alarumque nasi [d], Levatoribus labii superioris, Zygomaticis minoribus: in labio inferiore, sub Depressoribus ejus, tantum qua rubram labium illud, nudus.

Mox infra nasum *Depressor alae nasi* [e], primum magnam

q Eustach. Tab. XLI. Fig. I. P. dext.
r Eustach. Tab. XLI. Fig. I. Q. dext. tectus P. dext.
s Eustach. Tab. XLI. Fig. I. Q.
t Eustach. Tab. XLI. Fig. I. Q. Q.
u Santorin. Tab. I. I.
w Santorin. Tab. I. I. tectus g.
x Eustach. Tab. XLI. Fig. I. O. & Fig. 3. D.
y Eustach. Tab. XLI. Fig. I. O. tectus D.
z Eustach. Tab. XLI. Fig. I. O. tectus N.
a Eustach. Tab. XLI. Fig. 3. D. tectus E.
b Eustach. Tab. XLI. Fig. I. O. tectus P. dext.
c Eustach. Tab. XLI. Fig. I. RR.
d Santorin. Tab. I. K. tectus g.
e Cowper. Myot. ann. 1694. Fig. 3. D.

f San-

nam partem sub Orbiculari oris & Nasali labii superioris, dein sub Levatore labii superioris alaeque nasi, itemque Levatore labii superioris.

Ad mentum denique *Levator menti* [f], sub Depressore labii inferioris : nudus autem in mento.

CAPUT VII.

De situ eorum, qui in Mala, & in latere Calvae.

Masseter [a] in mala, statim ante auris introïtum, partim nudus, partim sub glandula parotide [b], portioneque Zygomatici *majoris* [c], aliquando & Latissimi colli [d].

A latere calvae post Epicranium, dein post Zygoma [e] & Masseterem [f], *Temporalis* [g].

CAPUT VIII.

De situ musculorum, qui in cavo Oculi.

Apostica hujus parte se secundum nervum opticum, globumque oculi, porrigunt in priorem, *Levator palpebrae superioris*, *Obliquus superior*, *Recti* quatuor. Superior *Levator* [a], qui extremum suum per palpebram superiorem dilatat sub Orbiculari palpebrarum. Jux-

f Santorin. Tab. 1. q. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. XXXI. 26. & ann. 1694. Fig. 4. F. in utr. lat.
a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. D.
b Santorin. Tab. 1. M. tectus 2
c Eustach. Tab. XXVIII. l. tectus k.
d Santorin. Tab. 1. M. tectus n.
e Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. B. tectus C.
f Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. B. tectus D.
g Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. B. & Fig. 3. A.
a Eustach. Tab. XXXIX. Fig. 2. G.

Juxta Levatorem ab interiore parte *Obliquus superior* [b], cujus tendo recurrit supra globum [c], & ad postremum Levatori palpebrae [d], & Recto attollenti [e] subit. Sub Levatore *Rectus attollens* [f], cujus majorem partem Levator tegit [g]: partem autem, quae exteriora spectat, non [h]. Ab exteriore parte *Rectus abductor* [i]. Ab interiore mox infra Obliquum superiorem (cui etiam principio suo ex parte subjacet [k]) *Rectus adductor* [l]. Ab inferiore *Rectus depressor* [m]. In fundi foraminis oculi priori parte, sub extrema parte Recti depressoris [n], quasi ex transverso jacet *Obliquus inferior* [o], suo extremo inter Rectum abductorem globumque oculi incedens [p].

CAPUT IX.

De situ eorum, qui in Auricula.

Tragicus [a] in parte exteriore tragi. In eadem antitragi, *Antitragicus* [b]. In eadem helicis, qua il-

L la

b Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. E. & Fig. 4 D.
c Eustach. Tab. xxxix. Fig. 4. D-d.
d Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. E-d. tectus G.
e Eustach. Tab. xxxix. Fig. 3. D-d. tectus F.
f Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. H. & Fig. 3. F.
g Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. H. tectus G.
h Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. H.
i Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. I.
k Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. D-x. tectus E-x.
l Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. DD.
m Eustach. Tab. xxxix. Fig. 5. EE.
n Eustach. Tab. xxxix. Fig. 5. D. sub EE.
o Eustach. Tab. xxxix. Fig. 5. D.
p Eustach. Tab. xxxix. Fig. 5. extremum D. tectum C.
a Valsalv. Tab. 1. Fig. 4. B. & Santorin. Tab. 111. Fig. 4. f.
b Valsalv. Tab. 1. Fig. 4. D. & Santorin. Tab. 111. Fig. 4. g.

c, San-

la cum capite cohaeret, *Major helicis* [c]. A cujus posteriore parte *Minor ejusdem* [d]. *Transversus* [e] ab ea parte, qua caput auricula spectat. Hi omnes solis tegumentis superintecti.

CAPUT X.

De situ musculorum, qui in Aure interna.

Externus mallei [a] statim sub cranio decurrit, qua ex eo nascitur capsae articulum maxillae inferioris continentis pars posterior: sed extremo tendine per sinum extremi meatus auditorii se fert in tympanum. *Laxator tympani* [b] ad finem meatus auditorii, à superiore parte. *Tensor* [c] prope totus in tympano reconditus. In eodem *Stapedius* [d].

CAPUT XI.

De situ musculorum, qui in Collo.

In collo sub tegumentis communibus *Latissimus colli* [a], suo principio ex superiore parte pectoris, & ex humero veniens, fine conscendens malam, & ad angulum oris pertinens: quibusdam etiam ex ipsa mala veniens parte quadam [b]. A pectoris summo usque ad pro-

c Santorin. Tab. III. Fig. 4. b.
d Santorin. Tab. III. Fig. 4. c.
e Valsalv. Tab. I. Fig. 3. DD.
a Du Verney Pl. VI. Fig. 5. C D.
b Valsalv. Tab. III. Fig. 5. H.
c Du Verney Pl. VI. Fig. 5. EF. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 2. 42.
d Du Verney Pl. V. Fig. 8. B. & Pl. VIII. Fig. 1. e.
a Eustach. Tab. XXX. u. fin.
b Santorin. Tab. I. n.

c Eu-

processum mammillarem, *Sternomastoïdeus* [c], & *Cleidomastoïdeus* [d]: uterque magnam partem sub Latissimo colli [e]. *Ille* autem primus, qui & suo principio, suaque superiore parte [f] nudus. Ab ejus externo latere, juxta pectus, principium *Cleidomastoïdei* [d], cujus reliquum Sternomastoïdeo subjectum [g].

Infra os hyoïdes, à latere *Coracohyoïdeus* [h], medius subjectus Sternomastoïdeo [i], & Cleidomastoïdeo [k]: ab horum parte utraque, id est, tum juxta os hyoïdes [l], tum juxta claviculam [m], soli Latissimo colli: quin & principio suo longius veniens, primum inter Suprasspinatum & Serratum magnum, dein sub Cucullari. A priori parte quasi è thorace adscendit *Sternohyoïdeus* [n], qui nudus, nisi quod principium ejus delitescat post os pectoris [o] & claviculam [p], ac Sternomastoïdeum [q]; & quod margo, qui respicit colli latus, Latissimo

c Eustach. Tab. XXVIII. y. dext. & sin.

d Eustach. Tab. XXVIII. z. dext. & sin. & Tab. XXXII. A. dext.

e *Sternomastoïdeus*, Eustach. Tab. XXX. s. tectus u.

f Eustach. Tab. XXX. s.

g Eustach. Tab. XXVIII. z. dext. tectus y. dext. sic & in sinist. latere.

h Eustach. Tab. XXVIII. u u. dext. & sin. & Tab. XXXII. w w. dext. & Tab. XXXIII. Z. dext. & sin. & Tab. XLI. Fig. 5. l l.

i Eustach. Tab. XXVIII. u u. dext. tectus y. dext. sic & in sin. lat.

k Eustach. Tab. XXVIII. u u. dext. tectus z. dextr. sic & in sin. lat. & Tab. XXXII. w w. dext. tectus A. dextr.

l Eustach. Tab. XXVIII. u super. in utroque lat.

m Eustach. Tab. XXVIII. u. inf. in utroq. lat.

n Eustach. Tab. XXVIII. w. dext. & sin. & Tab. XXXII. x. dext. & Tab. XXXIII. c f. & Tab. XLI. Fig. 5. m.

o Eustach. Tab. XXXIII. c. tectus g.

p Eustach. Tab. XXXIII. c. tectus d.

q Eustach. Tab. XXVIII. w. tectus y. in utr. lat.

r Eu-

colli obtectus sit. Post hunc [r] *Sternothyreoïdeus* [s], similiter è thorace, sed quia latior quam Sternohyoïdeus, post eum: in medio autem collo juxta os pectoris nudus est [t]: ab altero latere sequitur infra post Cleidomastoïdeum, tum post Coracohyoïdeum [u], ab hujus denique latere utroque post Latissimum colli. Post superiorem partem Sternohyoïdei [w], & Coracohyoïdei [x], *Hyothyreoïdeus* [y], qui à latere [z] Coracohyoïdei similiter post Latissimum colli.

Inter maxillam & os hyoïdes primo *Biventer maxillae* [a], à processu mammillari usque ad imum mentum, magnam partem sub *Latissimo*, ab *initio* pone glandulam parotidem [b], finemque Cleidomastoïdei, Splenii capitis, Trachelomastoïdei, aliquando & Sternomastoïdei, in fine nudus, tendine suo post glandulam submaxillarem. Juxta hunc *Stylohyoïdeus* [c], supra primum quidem ventrem ejus, tendinemque [d], antequam eum tendo ille perforet, post infra tendinem illum [e]; & cum

r Eustach. Tab. xxviii. x. tectus w. in utroq. lat. & Tab. xxxii. y. tectus x. in dext. lat. & Tab. xxxiii. b b. sin. tectus c. & Tab. xli. Fig 5. n n. dext. tectus m.

s Eustach. Tab. xxviii. x. in utr. lat. & Tab. xxxii. y dext. & Tab. xxxiii. b e. dext. & bbe. sin. & Tab. xli. Fig. 5. n n. dext. & n. sin.

t Eustach. Tab. xxviii. x. dext. & sin.

u Eustach. Tab. xxxiii. b b. sin. tectus Z. sin. & Tab. xli. Fig 5. nn. dext. tectus ll.

w Eustach. Tab. xxxiii. S. tectus c.

x Eustach. Tab. xxxiii. S. tectus Z.

y Eustach. Tab. xxxiii. S. & Tab. xli. Fig. 5. o.

z Eustach. Tab. xxxiii. S.

a Eustach. Tab. xxviii. pp. & Tab. xxxiii. G.

b Eustach. Tab. xxi.

c Eustach. Tab. xxviii. r. & Tab. xxxv. l. sin. & Tab. xli. Fig. 5. i.

d Eustach. Tab. xxxv. l. sin.

e Eustach. Tab. xxxv. l. sin.

f Eu-

cum non perforatur, qua perforari solet parte, post eum decurrit [f]: hujus quoque partem & parotis tegit, & submaxillaris, praetereaque qua infra Biventrem decurrit, Latissimus colli. Et cum *Stylohyoïdeus alter* [g] adest, is primo supra praecedentem, post pone eum, & pone Ceratoglossum, & Constrictoris medii pharyngis partem [h], quae oritur ab ossiculo graniformi hyoïdis, incedit. Supra Stylohyoïdeum [i], etiam alterum [k], sed profundius, similiter ex parte post parotidem & submaxillarem [l], *Styloglossus* [m] primo decurrit, dein pone Mylohyoïdeum [n], postremo sub lingua. Horum & *Stylopharyngeus* [o] à principio comes, fere jacens pone Styloglossum, Stylohyoïdeum, Biventrem maxillae, nudus inter Styloglossum & Stylohyoïdeum: sed infra Styloglossum descendit secundum latus pharyngis [p]. Post Biventris ventrem secundum [q] *Mylohyoïdeus* [r], à quo tamen ab utroque latere nudus est [s], ab altero ejus latere tectus Latissimo colli, ab altero glandula

f Eustach. Tab. xxxv. ll. dext. tectus m n. dextr.
g Eustach. Tab. xli. Fig. ii. K.
h Eustach. Tab. xli. Fig. ii. K. tectus L.
i Eustach. Tab. xli. Fig. 5. d. dext. supra i.
k Eustach. Tab. xli. Fig. ii. F. supra K.
l Eustach. Tab. xli. Fig. 5. d. tectus c.
m Eustach. Tab. xxxiii. M. & Tab. xli. Fig. 5. d. in utroq. lat. & Fig. 8. H. & Fig. ii. F.
n Eustach. Tab. xli. Fig. 5. d. dext. tectus a.
o Eustach. Tab. xxxiii. P. & Tab. xli. Fig. 8. F. & Fig. ii. I. & Tab. xlii. Fig. 4. G. dext. & sin. & Fig. 6. O. dext. & sin.
p Eustach. Tab. xlii. Fig. 6. O. utr. lat.
q Eustach. Tab. xxxiii H. tectus G. & Tab. xxxv. kk. tectus n. in utroq. lat.
r Eustach. Tab. xxxiii. H. & Tab. xxxv. kk. in utroq. lat. & Tab. xli. Fig. 5. a.
s Eustach. Tab. xxxv. kk. in utr. lat.

submaxillari fere ex toto. Supra Mylohyoïdeum [t] *Geniohyoïdeus* [u], à mento ad hyoïdes : hujus autem finis cum latior solito est, basemque hyoïdis fere usque ad cornu tenet, ea parte subjectus extremo Stylohyoïdeo, & aponeurosi, qua Biventer alligatus hyoïdi. Post hos omnes sequuntur *Ceratoglossus*, *Basioglossus*, *Chondroglossus*, *Geniogloſſus*. Et *Ceratoglossus* [w] à latere post Stylohyoïdeum, Biventrem maxillae, Styloglossum [x] : ab his praeterea liber infra Stylohyoïdeum, deinde inter eum & Styloglossum ac Mylohyoïdeum : partem ejus glandula submaxillaris contegit. A Ceratoglossi parte priore *Basioglossus* [y], qui post Stylohyoïdeum, Biventrem, Mylohyoïdeum, Styloglossum [z] : juxta hyoïdes autem nudus inter Mylohyoïdeum, Biventrem maxillae, Stylohyoïdeum : nudus & à latere Mylohyoïdei supra Biventris tendinem, nudus & infra tendinem illum & Stylohyoïdeum. Adde quod pars ejus glandula submaxillari integatur, & extremo Geniohyoïdei, si illud latius sit. Post Basioglossum, postque Geniogloſſi fasciculum, qui per latus pharyngis incedit, *Chondroglossus*. Post Mylohyoïdeum, Geniohyoïdeum [a], glandulam sublingualem, Basioglossum [b], Ceratoglossum, *Geniogloſſus* [c]. Inter eum & Ceratoglossum

t Eustach. Tab. XLI. Fig. 8. M. tectus N.

u Eustach. Tab. XXXIII. L. & Tab. XLI. Fig. 5. b. & Fig. 8. M.

w Eustach. Tab. XXXIII. N. & Tab. XLI. Fig. 8. I.

x Eustach. Tab. XXXIII. N tectus M. & Tab. XLI. Fig 8. I. tectus H.

y Eustach. Tab. XXXIII. L. & Tab. XLI. Fig. 8. K.

z Eustach. Tab. XXXIII. L. tectus M. & Tab. XLI. Fig. 8. K. tectus H.

a Eustach. Tab. XXXIII. K. pone I. & Tab. XLI. Fig. 8. L. pone M.

b Eustach. Tab. XXXIII. K. tectus I. & Tab. XLI. Fig. 8. L. tectus K.

c Eustach. Tab. XXXIII. K. & Tab. XLI. Fig. 8. L. & Fig. 11. A. & B.

d An

sum cum Basiogloſſo, per inferiora linguae porrectus *Lingualis* [d], in linguae apice nudus.

Sequentes circum pharyngem siti sunt. Eorum primi *Conſtrictores pharyngis*, *inferior*, *medius*, *ſuperior*, ambiunt eum, qua latus, quaque vertebras colli ſpectat, alius ſupra alium. Inferiorem itaque partem *Inferior* [e], cujus principium partim ſubjectum glandulae thyreoïdeae [f], partim Sternothyreoïdeo, & Hyothyreoïdeo, caeterum & à latere, & à poſteriore parte liber. *Medius* [g] mediam, qui ab initio ſubjacet Ceratogloſſo [h] & Basiogloſſo, *dein à latere partim poſt Stylohyoïdeum & Biventrem ſequitur, partim nudus eſt*, ſui autem extremi inferiore parte Conſtrictori inferiori ſubit [i]. Superiorem partem *Superior* [k]: is vero à latere poſt Stylopharyngei principium, poſtque Styloglosſum ſequitur, à poſteriori parte fine ſuo ſubjacet Conſtrictori medio [l]. Sub ambientibus hiſce [m], partim à latere, partim à poſteriori parte pharyngis deſcendit *Salpingopharyngeus* [n], & ab ejus latere externo *Palatopharyngeus* [o]: à latere ſub iiſdem Conſtrictoribus [p], praeter-

d An Euſtach. Tab. XLI. Fig. 11. C?
e Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. R. & Tab. XLII. Fig. 4. K.
f Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. R. tectus X.
g Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. Q. & Fig. 11. L. & Tab. XLII. Fig. 4. I. dext. & ſin.
h Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. Q. tectus I.
i Euſtach. Tab. XLII. Fig. 4. I. ſin. tectus K.
k Euſtach. Tab. XLII. Fig. 4. H. dext. & ſin.
l Euſtach. Tab. XLII. Fig. 4. H. tectus I. in utr. lat.
m *Palatopharyngeus*, ſub medio, Euſtach. Tab. XLI. Fig. 11. P. tectus L. & Tab. XLII. Fig. 4. L. tectus I. dext.
n Euſtach. Tab. XLII. Fig. 6. L.
o Euſtach. Tab. XLII. Fig. 6. M N. in utroq. lat.
p Sub medio, Euſtach. Tab. XLI. Fig. 11. P. tectus L. & Tab. XLII. Fig. 4. L. tectus I. dext.

q Eu-

terquam sub superiore, *Stylopharyngei* pars inferior [q]. Sed *Salpingopharyngeus* suo praeterea principio supra Constrictorem superiorem nudus est. Et *Palatopharyngeus* ex palato molli venit [r], ab eoque deinde per latus descendit, Constrictorem superiorem subiturus. Denique ante Palatopharyngeum & tonsillam, inter linguam & molle palatum, *Constrictor isthmi faucium* [s], qui & per palatum molle excurrit. Hic, & qui proxime sequuntur, etsi proprie in collo non siti, huc tamen commodissime referuntur.

Jam *Levator palati mollis* [t] supra Constrictorem pharyngis superiorem [u] sub capite [w] decurrit, inque hoc itinere inter Salpingopharyngeum & Palatopharyngeum incedit medius [x]. A cujus externo latere, juxta internam partem Pterygoïdei interni, *Circumflexus palati* [y]. Hujus, & *Levatoris* finis se per palatum molle explicant, ut mox dicetur.

In ipso palato molli, qua illud os spectat, primus *Constrictoris isthmi faucium* finis. [z] Supra hunc, principium *Palatopharyngei*, quod latius, eoque tantum ex parte obte-

q Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. O P. finist. & O Q. dext.

r Valsalv. Tab. V. Fig. 2. supra H. in utr. lat. & Tab. VI. 2. 2.

s Decurrit per marginem L. Bidloo Anat. Tab. XIII. Fig. 1.

t Eustach. Tab. XLII. Fig. 4. F. in utroq. lat. & Fig. 6. F F. in sin. lat. & F. in dext. & Valsalv. Tab. IV. n. dext.

u Eustach. Tab. XLII Fig. 4. F. supra H. in utroq. lat.

w Valsalv. Tab. IV. n. dext.

x Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. F F. dext. inter M N. dextr. & L.

y Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Θ. & Tab. XLII. Fig. 4. & 6. D E. in utroq. lat. & Valsalv. Tab. IV. m. in utr. lat.

z Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. XXIX. Fig. 1. finis 53. supra H. in utr. lat.

a Eu-

obtectum. Supra hoc, *Levatoris palati mollis* extremum [a], & *Circumflexi* [b]. Pars etiam *Palatopharyngei* supra extremum Levatoris. Supremus omnium *Azygus uvulae* [c], etiam per uvulam deductus.

Qui superſunt, in larynge ſiti. *Cricothyreoïdeus* [d] à priori parte in imo, ſub Sternohyoïdeo, Sternothyreoïdeo, Conſtrictore pharyngis inferiore, glandula thyreoïdea [e]. Cartilagini cricoïdeae à poſteriore parte adjacet *Cricoarytaenoïdeus poſticus* [f]. Supra eum *Arytaenoïdeus obliquus* [g], quorum ſiniſtrum dexter medium contegere ſolet [h]: & poſt hos [i] *Arytaenoïdeus tranſverſus* [k], magnam partem ab eis liber [k]. *Hi* vero poſteriores omnes membrana pharyngis velati, praeter longitudinem mediam *Arytaenoïdei obliqui* ſiniſtri, quam decuſſat dexter; praeterque *Tranſverſi* partem, cui obliqui adjecti. *Cricoarytaenoïdeus lateralis* [l], & *Thyreoarytaenoïdeus* [m], ſub lateribus thyreoïdeae haerent: ille autem ab hujus parte poſteriore & eadem inferiore.

M CA-

a Euſtach. Tab. XLII. *Fig.* 6. extremum F F. in lat. ſin. & F. in dext. & Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 2. extremum 54. inter K. & H. in utr. lat.

b Valſalv. Tab. IV. m. ultra l. in utr. lat.

c Heiſter. Comp. an. Tab. VIII. Fig. 38. k.

d Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. V. dext. & VV. ſin. & Fig. 11. S. in utroq. lat.

e Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. V. dext. & VV. ſin. tectus X.

f Euſtach. Tab. XLII. Fig. 2. K. in utroq. lat. & Fig. 1. N.

g Euſtach. Tab. XLII. Fig. 2. G. & HH. & Fig. 1. H. & II.

h Euſtach. Tab. XLII. Fig. 2. HH. tectus G.

i Euſtach. Tab. XLII. Fig. 2. FFFF. tectus HH. G.

k Euſtach. Tab. XLII. Fig. 2. FFFF. & Fig. 1. GGG.

l Euſtach. Tab. XLII. Fig. 1. L.

m Euſtach. Tab. XLII. Fig. 1. K.

a Eu-

CAPUT XII.

De situ eorum, qui sub Mala.

Post erectum maxillae latus *Pterygoïdei* delitescunt. Primus à parte faucium *internus* [a]. Post ejus partem superiorem [b] *externus* [c], cujus extremum ab eo nudum [d]. *Uterque* ab exteriore parte Temporalem contingit, *externus* etiam Massèterem, de quibus supra dictum.

CAPUT XIII.

De situ musculorum, qui in Pectore.

Pectoralis [a] in pectore, mox infra collum, primus post tegumenta communia, nisi quod à superiori parte veletur colli Latissimo [b]: sed & à pectore secundum axillam pertinet ad brachium, juxta quod subjacet Deltoïdi. Post Pectoralem *Serratus anticus* [c], itemque *Subclavius* [d], supra Serratum, mox infra claviculam. Utrumque autem juxta humerum Deltoïdes tegit. *Subclavius* etiam à Pectorali & Deltoïde, in intervallo eorum, nudus, postque solum Latissimum colli.

C A-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. r. & Tab. XXIX. F.
b Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Δ. dext. rectus r.
c Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Δ. in utroq. lat.
d Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Δ. dext.
a Eustach. Tab. XXVIII. F. in utroq. lat. & Tab. XXX. B. in utr. lat.
b Eustach. Tab. XXX. B. rectus u. in utr. lat.
c Eustach. Tab. XXXII. I.
d Eustach. Tab. XXXII. G.

CAPUT XIV.

De situ ejus, qui in latere Thoracis.

Serratus magnus [a] ad latus thoracis sceleti applicatus, priore parte sua partim situs pone Serratum anticum [b] & Subclavium [c], partim tum inter hos [d], tum infra anticum, pone Pectoralem [e], partim post tegumenta communia sola [f], infra Pectoralem. Inde magnam partem per latus retrorsum it [g], supra quidem in humero post Latissimum colli, Cucullarem, Coracohyoïdeum, Levatorem scapulae, dein post Subscapularem, ipsamque adeo scapulam [g]: infra autem post Latissimum dorsi [h].

CAPUT XV.

De situ musculorum in Abdomine.

Primus in abdomine est *Obliquus externus* [a], quod qua molle, una cum parte tum priore, tum laterali *inferioris thoracis partis* ab uno latere amplectitur. Caput ejus, quod à costa quinta procedit, *Pectorali* ex

a Eustach. Tab. XXVIII. G. in utr. lat. & Tab. XXXII. MM. dext. & Tab. XXXIII. m. & Tab. XXXVI. f.
b Eustach. Tab. XXXII. MM. dext. tectus I.
c Eustach. Tab. XXXII. MM. dext. tectus G.
d Eustach. Tab. XXXII. M. dext. super.
e Eustach. Tab. XXVIII. G. tectus F. in utr. lat.
f Eustach. Tab. XXVIII. G. in utr. lat.
g Eustach. Tab. XXXVI. f.
h Eustach. Tab. XXVIII. G. tectus H. in utr. lat. & Tab. XXX. D. tectus E. & Tab. XXXI. V. tectus S.
a Eustach. Tab. XXVIII. IK. in utroq. lat. & Tab. XXX. FF. dext. & Tab. XXIX. W. in utr. lat. & Tab. XXXI. W.

b Eu-

parte obductum [b] : sequentia tria Serrato magno : illaque ejus pars, quae est inter costas inferiores & os ilium, aliquando dorsi Latissimo [c]. Anguloſa capita sua pectinatim inserit similibus Serrati magni [d] & Latissimi dorsi [e] : illius quidem superiora tria, quatuorve, cum novem habet : quartum angulo, quem facit caput Serrati quod à costa octava, cum capite Latissimi quod à nona : quatuor quae supersunt, Latissimi principiis à costis, & ab osse ilium ; & cum Latissimus à costa duodecima non oritur, caput Obliqui septimum se inserit capiti ejus quod à costa undecima, illique quod à *spina ilium* : *imum quodammodo* etiam duobus inferioribus extremis Serrati postici inferioris. Externo *internus* [f] subjacet [g] : sed tendineum ejus principium, itemque partis carneae initium, subjacent Latissimo dorsi [h] ; *in quibusdam etiam inter* Obliquum externum, Latissimum dorsi, *spinamque ilium*, qua caeteroqui Latissimo tegitur, solis tectus tegumentis [i]. Interno *Transversus* [k], qui & Serrato postico inferiori sui principii superiori parte, in lumbis : margini thoracis, qua à costis oritur : qua à sexta, etiam post Dia-

b Euſtach. Tab. xxxv. A. tectus y. & Tab. xxviii. IK. tectus F. in utr. lat.

c Euſtach. Tab. xxx. FF. dext. tectus E. & Tab. xxxi. W. tectus S.

d Euſtach. Tab. xxviii. I. insertus G. in utr. lat. & Tab. xxx. F. insert. D. & Tab. xxxi. W. insert. V.

e Euſtach. Tab. xxxi. W. insert. T. T. T.

f Euſtach. Tab. xxxii. R. & Tab. xxix. V. in utroque latere : & Tab. xxxvi. i.

g Euſtach. Tab. xxix. V. tectus W. in utr. lat.

h Euſtach. Tab. xxix. V. tectus R. in utr. lat.

i Euſtach. Tab. xxix. V. in utroque lat.

k Euſtach. Tab. xxxiii. q. in utr. lat. & Tab. xxxvii. o. in utr. lat. & Tab. xxxviii. o. in utr. lat.

Diaphragma capite illo delitescens. *Rectus*[l] per longitudinem abdominis secundum lineam albam porrectus, primum sub communi Obliquorum & Transversi aponeurosi, dein sub illa Obliquorum[m], juxta pubem sub Pyramidali[n]: ex parte thoracem conscendit sub aponeurosi Obliqui externi, & aliquando etiam finem suum Pectoralis initio subjicit. In pube, supraque eam, *Pyramidalis*[o] situs, post aponeurosem Obliquorum & Transversi.

CAPUT XVI.

De situ ejus, qui circa Funem spermaticum & Testem.

Cremaster[a] sub solis se explicat integumentis inguinis & scroti. Sed caput ejus longius[b] à principio post Obliquum externum delitescit[c], dein pariter cum breviore[d] nudum[e].

CAPUT XVII.

De situ musculi, qui inter Abdomen Thoracemque.

Diaphragma[a] thoracem ab abdomine disterminat. Principiis suis adjacet priori lumborum parti[b].

l Eustach. Tab. xxxii. Q. & Tab. xxxiii. n.
m Sub illa *Obliqui interni*, Eustach. Tab. xxxii. Q. tectus R-β.
n Eustach. Tab. xxxiii. n. tectus u.
o Eustach. Tab. xxxiii. u.
a Eustach. Tab. xxviii. O. in utr. lat. & Tab. xxxii. r. dext. & Tab. xxxiii. w x. in utroq. lat.
b Eustach. Tab. xxviii. O. in utr. lat. & Tab. xxxii. r. dext. & Tab. xxxiii. x. in utr. lat.
c Eustach. Tab. xxviii. O. tectus IK. in utr. lat.
d Eustach. Tab. xxxiii. w. in utr. lat.
e Eustach. Tab. xxviii. O. in utr. lat.
a Vesal. de H. C. F. Lib II. Tab. 7. A.
b Ibid.

CAPUT XVIII.

De situ ejus, qui est sub Pectore.

Hic, id est, *Triangularis sterni* [a], in Thoracis crate post costarum verarum additamenta cartilaginea, ipsarumque illarum costarum extrema.

CAPUT XIX.

De situ musculorum, qui in Lumborum & Coxarum parte priore.

Ibi lumborum sceleti lateri adjectus *Psoas parvus* [a], cum *magno* [b]: & ille quidem huic incumbit, mediumque, caetero nudum, per longitudinem usque ad ischion tegit [c]. *Utriusque* primum initium sub Diaphragmate [d]. *Magnus* & ex parte tectus Diaphragmatis capite secundi paris. Idem à lumbis ad inguen, ulteriusque [e] ad femur pertinens est. In interna ilium amplitudine sedet *Iliacus internus* [f], cujus pars os sacrum spectans subjacet Psoae magno [g], cum quo & ad femur, sed ab externo ejus latere, descendit [h]: suntque *ambo* in inguine nudi: *Iliacus* juxta femur subjectus

a Vesal de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. β. & Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIII. Fig. I. 77. in utr. lat.
a Eustach. Tab. XXXVIII. q.
b Eustach. Tab. XXXVIII. rrs. fin.
c Eustach. Tab. XXXVIII. q. tegens rrs. fin.
d *Magni*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. t. tectus Δ.
e Eustach. Tab. XXVIII. Q. in. utr. lat. & Tab. XXXII. Z. dext. & Tab. XXXIII. Θ. in utr. lat. & Tab. XXXVIII. rrs-αβ. fin.
f Eustach. Tab. XXXVIII. u. in utr. lat.
g Eustach. Tab. XXXVIII. u. fin. tectus rrs. fin.
h Eustach. Tab. XXXIII. Δ. in utr. lat. & Tab. XXXVIII. u. in utr. lat.

i Eu-

jectus Sartorio Rectoque, *Psoas* Iliaco ex parte. In lumbis autem ab externo latere Psoae magni, partimque post eum [i] haeret *Quadratus lumborum* [k]: sed extremus finis ejus sub Diaphragmate [l]. Post Psoam magnum & Quadratum lumborum, postremi corum, qui in lumborum parte posteriore: post utrumque Intertransversarii lumborum: post Quadratum praeterea caput commune Sacrolumbalis & Longissimi dorsi, interveniente tamen principio tendineo Transversi abdominis [m] cum communi principio Serrati postici inferioris & Obliqui interni abdominis.

CAPUT XX.

De situ eorum, qui circa Perinaeum viri.

In perinaeo viri *Accelerator* [a], ex parte tectus Sphincter externo ani. Ab Acceleratoris latere *Erector penis* [b].

CAPUT XXI.

De situ eorum, qui in Genitalis muliebris ambitu.

Constrictor cunni [a] mox sub tegumentis. A cujus latere *Erector clitoridis* [b].

CA-

i Eustach. Tab. XXXVIII. p. fin. tectus rrs. fin.
k Eustach. Tab. XXXVIII. p. in utr. lat. & Tab. XXXIX. Fig. I. n. in utr. lat.
l Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. u. sub Δ.
m Eustach. Tab. XXXVIII. a. post p. in utr. lat.
a Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. Cap. XLIX. Fig. I. H. I.
b Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. Cap. XLIX. Fig. I. K. L.
a Eustach. Tab. XIV. Fig. I. M. in utr. lat.
b Eustach. Tab. XIV. Fig. I. N. in utr. lat.

a In

CAPUT XXII.

De situ eorum, qui circa Anum.

Sphincter externo [a], solis contecto tegumentis, anus circumdatus sub cute, à coccyge in perinaeum. Ab Ischii tubere in perinaeum porrectus *Transversus perinaei* [b], in fine subjectus Sphincteri externo. Inter hunc Transversum, Erectoremque penis, & Levatoris ani partem quae venit ex angulo, facto ex conjunctione capitis penis cum corpore spongioso urethrae, nudus *Transversus perinaei alter* [c], qui & ex parte supra Levatoris partem modo dictam [d], mucronemque priorem Sphincteris externi: in foemina [e] nudus inter Transversum perinaei & Erectorem clitoridis. Ad anum ex pelvi venit *Levator ani* [f], qui magnam partem nudus, ex parte supra Transversos perinaei [g], Erectoremque penis, (aut clitoridis) in fine Sphincter externo extrinsecus contectus [h], à latere adjacet Obturatori interno. Supra ejus finem partim Gluteo magno, partim ligamentis ab ischio ad sacrum deductis, aliquando & Obtu-

a In viro, Eustach. Tab. xxix. c. & Tab. xxxvi. r. In foemina, Eustach. Tab. xiv. Fig. i. K.

b In viro, Cowper Myotom. ann. 1724. Tab. xix. 9. in utr. lat. & Santorin. Tab. iii. Fig. 5. I. in utr. lat. In foemina, Santorin. Tab. ii. Fig. i. g. in utr. lat.

c Santorin. Tab. iii. Fig. 5. H. in utr. lat.

d Santorin. Tab. iii. Fig. 5. H. dext. supra F.

e Santorin. Tab. ii. Fig. i. F.

f Eustach. Tab. xxix. d. in utroque latere: & Tab. xxxvi. q. in utroque latere: & Tab. xxxvii. r. in utroque lat.

g In viro, Santorin. Tab. iii. Fig. 5. GK. supra H. I. In foemina, Santorin. Tab ii. Fig. i. HM. supra g. F.

h Eustach. Tab. xxxvi. q. tectus r. in utr. lat. & Tab. xxxvii. r. tectus p. in utr. lat.

Obturatori interno, qua ille se flectit, itemque Pyriformi, subjectus *Coccygeus* [i]. A priori parte coccygis, extremique ossis sacri, *Curvator Coccygis*. Rectum ipsum, mox supra anum, *Sphincter ani internus* [k] proxime ambit. In viro ultra priorem partem Levatoris ani *Compressor prostatae* [l].

CAPUT XXIII.

De situ musculorum, qui in Dorso cum Lumborum posteriore parte & Cervice.

In dorso & cervice est *Cucullaris* [a], qui etiam super humerum se in priora flectit [b], ubi parte quadam Latissimo colli subjacet [c], caeterum nudus.

In lumbo & dorso, *Latissimus dorsi* [d], & ipse maximam partem nudus, & tantum qua incipit, à superiore parte intectus Cucullari [e]. Ultra dorsum autem ad brachium secundum axillae posteriorem partem decurrit, ibi se ex parte subjiciens Tereti majori [f].

Post Cucullarem juxta scapulam *Rhomboideus major* [g] sequitur, *minorque* [h], qui mox supra majorem, eumque ex parte tegit. *Majoris* autem pars inferior juxta scapulam inter Cucullarem & Latissimum, sub solis

N in-

i Eustach. Tab. xxxvi. s.
k Eustach. Tab. x. Fig. 2.
l Santorin. Tab. iii. Fig. 5. V.
a Eustach. Tab. xxix. P. & Tab. xxxi. M. in utr. lat.
b Eustach. Tab. xxviii. C. in utr. lat.
c Eustach. Tab. xxx. t. tectus u. in utr. lat.
d Eustach. Tab. xxix. R. in utr. lat. & Tab. xxxi. S. in utr. lat. & Tab. xxx. E. & Tab. xxviii. H. in utr. lat.
e Eustach. Tab. xxix. R. fin. tectus P.
f Eustach. Tab. xxx. E. tectus χ.
g Eustach. Tab. xxix O. dext.
h Eustach. Tab. xxix. N.

i Eu-

integumentis [i] : ima etiam sub Latissimo [k]. Sub utroque Rhomboïdeo [l] *Serratus posticus superior* [m] : pars tamen ejus à superiore parte minoris eminet [n], contingens Cucullarem : pars extrema Serrato magno subjecta, ipsique adeo scapulae [o] : pars, quae juxta superiora scapulae, Levatori scapulae [p].

In lumbo autem sub Latissimo, *Serratus posticus inferior* [q]. Sed lamellarum tendinearum, quibus incipit, interna latet sub communi principio Longissimi dorsi & Sacrolumbalis.

In cervice deinde, à latere *Levator scapulae* [r], inferiore parte sui situs post Cucullarem [s], media post sola tegumenta communia [t], superiore post Sternomastoïdeum [u] & Cleidomastoïdeum. Dein post Cucullarem [w] & Serratum posticum superiorem [x], *Splenius capitis* [y], qua se inserit, se sub Sternomastoïdeo condens [z], & priusquam ad insertionem venerit, nudus [a]. Mox infra

i Eustach. Tab. XXIX. O. sin. & Tab. XXXI. Q. in lat. utr.
k Eustach. Tab. XXIX. O. sin tectus R. sin. & Tab. XXXI. Q. tectus S. in utr. lat.
l Sub *minore*, Eustach. Tab. XXIX. M. tectus N.
m Eustach. Tab. XXIX. M. & Tab. XXXVI. e.
n Eustach. Tab. XXIX. M.
o Eustach. Tab. XXXVI. e. tectus scapula.
p Eustach. Tab. XXIX. M. tectus L. & Tab. XXXVI. e. tectus d.
q Eustach. Tab. XXXVI. gh.
r Eustach. Tab. XXXI. L. in utr. lat. & Tab. XXIX. L. & Tab. XXXVI. d. & Tab. XXXIII. X.
s Eustach. Tab. XXXI. L. tectus M. in utr. lat.
t Eustach. Tab. XXXI. L. in utr. lat.
u Eustach. Tab. XXXI. L. tectus H. in utr. lat.
w Eustach. Tab. XXIX. I. sin. tectus P. & Tab. XXXI. I. tectus M. in utr. lat.
x Eustach. Tab. XXIX. I. dext. tectus M.
y Eustach. Tab. XXIX. I. in utr. lat. & Tab. XXXI. I. in utr. lat. & Tab. XXXVI. c.
z Eustach. Tab. XXXI. I. tectus H. in utr. lat.
a Eustach. Tab. XXXI. I. in utr. lat.

b Eu-

fra eum *Splenius colli* [b], qui pariter Cucullari & Serrato postico superiori, fineque suo Sternomastoïdeo subjectus, & ante finem nudus; praeterea autem qua incipit, Rhomboïdeo majore tegitur; qua desinit, Levatore scapulae. Post Splenios *Biventer cervicis* [c], praeterquam in nucha, & ab inferiore parte: in nucha enim statim post Cucullarem & Sternomastoïdeum, saepe etiam ex parte post sola tegumenta, inter Cucullarem, Splenium capitis, Sternomastoïdeum: ab inferiore parte post Serratum posticum superiorem, Transversalem cervicis, *Longissimum* dorsi, aliquando & post *Rhomboïdeum majorem*. *Biventri huic* [d], & ab ejus externo latere Spleniis, supra Cucullari & Sternomastoïdeo, infra Transversali cervicis [e], *Complexus* [f] subjacet: verum quandoque qua parte Cucullari solet subjacere, nudus est. Huic ab externo latere adjectus *Trachelomastoïdeus* [g], huic *Transversalis cervicis* [h], huic *Cervicalis descendens*. Inter quos *Trachelomastoïdeus* Splenio capitis & colli [i] subjacet, atque etiam Transversali, sua inferiore parte [k], dein portioni Longissimi ad caput pertingenti, dein Levatori scapulae inter extrema Splenii colli & capitis. *Transversalis* ab inferiore

b Eustach. Tab. XXXVII. c.
c Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. ABCD.
d Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. GG. subjectus ABCD.
e Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. GG. subjectus H.
f Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. GG.
g Eustach. Tab. XXXVII. b. in utr. lat. & Tab. XXXIX. Fig. 1. b. & Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. EF.
h Eustach. Tab. XXXVII. d.
i Eustach. Tab. XXXVII. b. fin. tectus c.
k Eustach. Tab. XXXVII. b. dext. tectus d.

riore parte Serrato postico superiori, tum Longissimo, tum Splenio colli, Cucullari, Levatori scapulae. *Cervicalis* sua inferiore parte Sacrolumbali, inter quem Longissimumque emergit: cum emersit, Serrato postico superiori, Cucullari, Levatori scapulae.

Jam post Latissimum dorsi [l], Serratique postici inferioris & Obliqui interni abdominis lamellam, earum, quibus incipiunt, exteriorem, ac post Cucullarem, Rhomboïdeum majorem [m], Serratum posticum superiorem, per lumbum dorsumque secundum spinam adscendunt *Sacrolumbalis* [n] & *Longissimus dorsi* [o]. Pars autem *Sacrolumbalis* inter Latissimum, Cucullarem, & Rhomboïdeum, nuda. Et *Longissimus* per longitudinem ex parte sub Sacrolumbali [p]: illa quoque ejusdem pars, quae ad Trachelomastoïdeum accedit, ulterius à dorso per collum inter Complexum & Transversalem cervicis incedit, juxta caput sub Spleniis. *Spinalis dorsi* [q], proximus spinis, sub Serrato postico inferiore, Latissimo dorsi, Cucullari, Splenio colli [r], aliquando & Rhomboïdeo majore.

Semispinalis dorsi in dorso sub Longissimo, Spinali dorsi, Cucullari, Rhomboïdeo majore, Splenio utroque. Continuoque supra eum *Spinalis cervicis* [s], sub Com-

l Eustach. Tab. xxix. Q. tectus R. dextr.
m Eustach. Tab. xxix. Q. tectus O. dextr.
n Eustach. Tab. xxxvi. l γ.
o Eustach. Tab. xxxvi. l δ. & Tab. xxxvii. k h.
p Eustach. Tab. xxxvi. l δ. tectus l γ.
q Eustach. Tab. xxxvii. l. in utroq. lat.
r Eustach. Tab. xxxvii. l. fin. tectus c.
s Eustach. Tab. xxxix. Fig. i. f.

t Cow-

Complexo, Biventre cervicis, Spleniis. Inter spinas vertebrarum colli *Interspinales cervicis* [t], *inferiores* quidem *tres* post Splenium capitis, eorundemque *secundus* & *tertius* ex parte post Biventrem cervicis, *sequentes* post Biventrem illum, & quandoque etiam *superiores duo* post Spinalem cervicis. Supra Interspinales Spinalemque, post Complexum, *Rectus posticus major capitis* [u], cujus extremum post Obliquum superiorem [w]: itemque *minor* [x], partim post eundem Complexum, partim post Rectum majorem [y]. A majoris externo latere infra situs *Obliquus inferior capitis* [z], supraque eum *superior* [a]: uterque post Splenium capitis, Sternomastoïdeum, Trachelomastoïdeum, Complexum.

Ab osse sacro per spinae longitudinem ad atlantem usque jacet *Multifidus spinae* [b]. Hic in lumbo sequitur post commune principium Longissimi dorsi & Sacrolumbalis, in inferiore dorsi parte post Longissimum, dein post Spinalem dorsi, Semispinalem ejusdem, Spinalem cervicis [c], & supra hunc ab externo latere post Complexum. Ab ejus latere in lumbis, & in dorsi parte inferiore, *Interspinales lumborum & dorsi.* Ab ejusdem externo latere, in lumbis *Intertransversarii lumborum*, post commune principium Sacrolumbalis &

t Cowper. Myot. ann. 1694. Fig. VIII. L. L. L. & ann. 1724. Tab. XLIV. Fig. 1. 100.
u Eustach. Tab. XXXIX. Fig 1. b.
w Eustach. Tab. XXXIX. Fig. 1. b. tectus c.
x Eustach. Tab. XXXIX. Fig. 1. a.
y Eustach. Tab. XXXIX. Fig. 1. a. tectus b.
z Eustach. Tab. XXXIX. Fig. 1. d.
a Eustach. Tab. XXXIX. Fig. 1. c.
b Eustach. Tab. XXXVII. m m. & Tab. XXXIX. Fig. 1. m m. intr. lat.
c Eustach. Tab. XXXIX. Fig. 1. m m. dext. tectus f.

Longissimi : in dorso *Intertransversarii dorsi*, post Longissimum. Et ab horum externo latere, *Levatores breviores* [d] *costarum*, omnes post Multifidum & Sacrolumbalem : omnes, praeter *primum*, post Intertransversarios dorsi : *decem inferiores* insuper post Longissimum dorsi : *primus* post Scalenum posticum, à latere tectus medio : *secundus* post Cervicalem descendentem, & Transversalem cervicis : *tertius* post eosdem, & Complexum, Spinalemque colli : *quartus* & *quintus* post Cervicalem descendentem, Transversalem cervicis, Spinalem colli. Rursusque ab externo horum Levatorum latere, *Levatores longiores costarum* [e], post Longissimum dorsi & Sacrolumbalem.

CAPUT XXIV.

De situ eorum, qui in spatiis Intercostalibus.

Intercostales haec spatia tenent. *Externi* [a] ab exteriore parte. Statimque post eos [b] *Interni* [c], quanquam non toti : liberi enim ab ipsis superiores in pectore sunt [d], inferiores inter costarum priores partes [d].

CAPUT XXV.

De situ eorum, qui ad Collum sceleti à latere, & à priore parte inhaerent.

A latere *Scaleni*. A priore parte *Rectus internus major capitis*, *Longus colli*, *Rectus internus minor capitis*,

d Verheyen. Tab. xxxv. Fig. 1. c. c.
e Verheyen. Tab. xxxv. Fig. 1. f. f.
a Eustach. Tab. xxxiii. l. l. &c. in utr. lat. & Tab. xxxvii. g. g. &c. in utr. lat. & Tab. xxxix. Fig. 1. l. l. &c. in utr. lat.
b Eustach. Tab. xxxiii. h. tectus l. &c. in utr. lat.
c Eustach. Tab. xxxiii. h. h. &c. & i. &c. in utr. lat. & Tab. xxxviii. l. l. &c. & m n. &c. in utr. lat.
d Eustach. Tab. xxxiii. h. h. &c. & i. in utr. lat.

a Eu-

pitis, *Rectus lateralis capitis*. Inter processus transversos *Intertransversarii utrique*.

Primus à latere *Scalenus prior* [a], sequens infra post clavicularn [b], dein post Coracohyoïdeum [c], Cleidomastoïdeum, Sternomastoïdeum, interque haec ab externo latere post Latissimum colli, in fine tectus Recto interno majore capitis [d], Longique colli portione, quae inserta processui transverso vertebrae colli secundae à dorso. Post priorem *minimus* totus delitescit. *Lateralis* partim post priorem, partim non, id est, à latere ejus, ubi infra subjectus Serrato magno, caeterum iisdem atque prior, praeterquam Longo colli. Post priorem [e], minimum, lateralem, *medius* [f]: sed à latere quoque liber ab eis, subjectusque clavicularae [g], Coracohyoïdeo [h], Cleidomastoïdeo, Sternomastoïdeo [i], Latissimo colli, quandoque & Cucullari. Post lateralem, postque medium [k], *posticus* [l], à quibus pariter qua latus spectat, liber, quam partem ejus partim Cucullaris integit, partim Levator scapulae, partim Serratus magnus, & Coracohyoïdeus, aliquando

a Eustach. Tab. XXXIII. a a. dext. & a. sin. & Tab. XXXVIII. i.
b Eustach. Tab. XXXIII. a a. dext. tectus d. dext. & a. sin. tectus d. sin.
c Eustach. Tab. XXXIII a. sin. tectus Z. sin.
d Eustach. Tab. XXXVIII. i. tectus c.
e Eustach. Tab. XXXVIII. g. sin. tectus i.
f Eustach. Tab. XXVIII. A. in utr. lat. & Tab. XXXII. CC. sin. & Tab. XXXIII. Y. in utr. lat. & Tab. XXXVIII. g in utr. lat. & Tab. XXXVII. f. dext. & Tab XXXIX. Fig. 1. e.
g Eustach. Tab. XXXIII. Y. dext. tectus d. dext.
h Eustach. Tab. XXXIII. Y. tectus Z. in utr. lat.
i Eustach. Tab. XXVIII. A. sin. tectus y. & Tab. XXXII. C. sin. tectus z. sin.
k Eustach. Tab. XXXVII. e. à parte posteriore f. dextr.
l Eustach. Tab. XXXVII. e. & Tab. XXXIX. Fig. 1. k.

do & Latissimus colli. Post lateralem, medium, posticum, illi in quibus ante desiimus: nempe post hos omnes Levator scapulae [m], post lateralem & posticum etiam Cervicalis descendens, post medium Levator costae primae & Transversalis cervicis [n], post posticum duo supremi tendines Sacrolumbalis. Sed notandum, quod cum laterali ludere natura soleat, ludat & aliquantum situ ejus, & cum deest, post priorem [o] minimumque, (& cum hic quoque deest, post solum priorem) dein à latere prioris, post Serratum magnum, claviculam [p], Coracohyoïdeum [q], Cleidomastoïdeum, *Sternomastoïdeum* [r], *Latissimumque colli*, *medium* sequi: post hunc *posticum* [s].

A priori parte per collum ad caput usque porrectus *Rectus internus major capitis* [t], post pharyngem delitescens [u], itemque post *Sternomastoïdeum* [w], Stylohyoïdeum [x], *Biventrem* maxillae [y], Stylopharyngeum [z], Styloglossum: supra Styloglossum à latere pharyngis nudus; nudus [a] & inter pharyngem, Sternomastoïdeum, &

m Post *medium*, Eustach. Tab. xxxiii. X. post Y. sin.

n Eustach. Tab. xxxvii. d. à posteriore parte f. dextr.

o Eustach. Tab. xxxviii. g. sin. post i.

p Eustach. Tab. xxxiii. Y. dext. post d. dext.

q Eustach. Tab. xxxiii. Y. post. Z. in utr. lat.

r Eustach. Tab. xxviii. A. post. y. sin. & Tab. xxxii. C. sin. post z.

s Eustach. Tab. xxxvii. e. à posteriore parte f. dextr.

t Eustach. Tab. xxviii. t. in utr. lat. & Tab. xxxii. t. & Tab. xxxiii. T. & Tab. xxxviii. c. & Tab. xli. Fig. 8. a. & Fig. 11. II.

u Eustach. Tab. xxxiii. T. tectus O.

w Eustach. Tab. xxviii. t. post y. in utr. lat. & Tab. xxxii. t. post z.

x Eustach. Tab. xxxii. t. post. f.

y Eustach. Tab. xxviii. t. dext. post p. & Tab. xxxii. t. post r. dext.

z Eustach. Tab. xxxiii. T. post P. & Tab. xli. Fig. 8. a. post F.

a Eustach. Tab. xxviii. t. dext. & Tab. xxxii. t.

& cum Stylohyoïdeo Biventrem maxillae. Et post Rectum illum [b], verum tantummodo usque ad atlantem, longius autem, & quasi è thorace veniens, *Longus colli* [c]: cujus pars inferior [d], eaque qua sui parem spectat [d], non tecta Recto illo, sequens post asperam arteriam, glandulam thyreoïdeam, laryngem, pharyngem. Post eundem Rectum [e] & *Rectus internus minor capitis* [f] situs, supra Longum, similiter quoque ex parte non tectus majore, sed ab externo latere [g]. Atque à minoris latere haeret *Rectus lateralis capitis* [h], ima parte sui post Biventrem maxillae inferioris, dein & *post Stylohyoïdei & Stylopharyngei principium*, caetero nudus. Post eum sequuntur Obliqui capitis, de quibus supra.

Intimi postremique omnium sunt *Intertransversarii colli* [i], tum *priores*, tum *posteriores:* utrique deliteſcentes post bene multa illa musculorum capita, extremaque, quae affixa processibus transversis colli vertebrarum.

O CA-

b Euſtach. Tab. XXXVIII. d. tectus c. & Tab. XLI. Fig. 13. Σ. ſin. tectus Π.

c Euſtach. Tab. XXXVIII. e f. dext. & d. ſin. & Tab. XLI. Fig. 13. Σ. in utr. lat.

d Euſtach. Tab. XXXVIII. d. & Tab. XLI. Fig. 13. Σ. ſin.

e Euſtach. Tab. XXXVIII. b. ſin. tectus c. & Tab. XLI. Fig. 13. Ξ. ſin. tectus Π.

f Euſtach. Tab. XXXVIII. b. in utr. lat. & Tab. XLI. *Fig.* 13. Ξ. *in* utr. lat.

g Euſtach. Tab. XXXVIII. b. ſin. & Tab. XLI. Fig. 13. Ξ. ſin.

h Euſtach. Tab. XXXVIII. a. in utr. lat. & Tab. XLI. Fig. 13. Λ. in utr. lat.

i Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. XLIV. Fig. 1. *Intertranſverſales colli:* ubi non diſtinxit priores à poſterioribus.

a Eu-

CAPUT XXVI.

De situ eorum, qui in Scapula & superiore parte Humeri.

Superiori parti brachii extrinsecus sub tegumentis *Deltoïdes* [a] incumbit, ex parte velatus Latissimo colli [b].

Deinde in dorso scapulae, supra ejus spinam *Supraspinatus* [c], qui Cucullari obductus, praeterquam in fine, ubi sub conjunctione scapulae & claviculae in summo humero [d], & sub Deltoïde. Infra spinam *Infraspinatus* [e], & infra hunc *Teres minor* [f]: ambo ex parte sub tegumentis [g], dein juxta humerum Deltoïde intecti [h], juxta scapulae angulum inferiorem Terete majore [i], ubi & *Infraspinatus* sub Latissimo dorsi [k], extremo etiam suo superiorem scapulae processum aliquantum subeuns [l]. Infra Teretem minorem *major* [m], qui quanquam nisi prin-

a Eustach. Tab. XXVIII. F. in utr. lat. & Tab. XXX. ω. in utr. lat. & Tab. XXIX. 6. & Tab. XXXI. η. in utr. lat.

b Eustach. Tab. XXX. ω. tectus u.

c Eustach. Tab. XXIX. 8. & Tab. XXXVII. A. in utr. lat. & Tab. XXXVIII. D.

d Sub superiore processu scapulae, Eustach. Tab. XXIX. 8. & Tab. XXXVII. A. in utr. lat.

e Eustach. Tab. XXIX. 12. in utr. lat. & Tab. XXXI. N. in utr. lat. & Tab. XXXVII. B. in utr. lat. & Tab. XXXIX. Fig. 1. u.

f Eustach. Tab. XXIX. 13. in utr. lat. & Tab. XXXI. O. in utr. lat. & Tab. XXXVII. C. in utr. lat.

g Eustach. Tab. XXIX. 12. 13. fin.

h *Infraspinatus*, Eustach. Tab. XXIX. 12. fin. tectus 6.
Teres minor, Eustach. Tab. XXIX. 13. fin. tectus 6.

i *Infraspinatus*, Eustach. Tab. XXXVII. B. fin. tectus D.
Teres minor, Eustach. Tab. XXXVII. C. fin. tectus D.

k Eustach. Tab. XXIX. 12. fin. tectus. R. fin.

l Eustach. Tab. XXIX. 12. dext. sub 10. & Tab. XXXVII. B. in utr. lat.

m Eustach. Tab. XXIX. 15. & Tab. XXXI. P. in utr. lat. & Tab. XXXVI. V. & Tab. XXXVII. D. & Tab. XXXIII. 34. in utr. lat. & Tab. XXXVIII. F.

principio suo in scapula non situs, hic tamen doctrinae caussa adscribendus. Principium ejus Latissimo dorsi tectum [n], extremum decurrit pone caput longum Tricipitis brachii [o]; medius majorem partem liber est [p], & tantum à superiore parte tectus Terete minore [q]. Post extremum Teretis majoris, illud Latissimi dorsi [r], ut supra diximus: post utriusque extremum Coracobrachialis [s] cum capite breviore Bicipitis brachii, & Pectoralis [t].

In interiore parte scapulae *Subscapularis* [u], quem ultra priorem marginem scapulae tegit Teres major [w], in fine Deltoïdes & Coracobrachialis [x].

CAPUT XXVII.

De situ musculorum, qui in Humero.

Per humeri longitudinem ab interiore parte se primum post Pectoralem [a] & Deltoïdem, dein sub tegumentis communibus [b], demittit *Biceps brachii* [c], suo tendine inter Supinatorem longum & Pronatorem teretem [d] ad radii principium descendens: ad haec primi

n Eustach. Tab. xxix. 15. tectus R. dext.
o Eustach. Tab. xxix. 15. tectus 16. dext.
p Eustach. Tab. xxxi. P. in. utr. lat.
q Eustach. Tab. xxix. 15. tectus 13. dext.
r Eustach. Tab. xxx. E. post χ.
s Eustach. Tab. xxx. ψ post χ. & E.
t Eustach. Tab. xxx. B. post χ & E.
u Eustach. Tab. xxxiii. 33. in utr. lat. & Tab. xxxviii. E.
w Eustach. Tab. xxxiii. 33. tectus 34. in utr. lat. & Tab. xxxviii. E. tectus F.
x Eustach. Tab. xxxiii. 33. tectus 36. in lat. sinist.
a Eustach. Tab. xxviii. 24. tectus F. in utr. brach.
b Eustach. Tab. xxviii. 24. in utr. brach.
c Eustach. Tab. xxviii. 24. in utr. brach. & Tab. xxx. r. in utr. brach.
d Eustach. Tab. xxx. tendo r. inter 1. & Σ. in brach. sin.

e Eu-

mi capitis sui principio decurrit per capsam, qua humeri cum scapula articulus continetur. Sub capite ejus breviore [e], & ab altero hujus latere, sub Deltoïde & Pectorali; ab altero, supra sub Pectorali [f], infra sub tegumentis [g], situs *Coracobrachialis* [h]. Post cujus partem superiorem Subscapularis extremum [i], Latissimique dorsi [k], & Teretis majoris [l]. In inferiore parte ossis humeri, inque principio cubiti, post Bicipitem [m] sequitur *Brachialis internus* [n], insuper & in humero, & in cubito ab utroque Bicipitis latere sub solis tegumentis [o]; in imo etiam brachio subjectus Supinatori *longo* [p] à parte priore, *Pronatori* tereti [q] & Sublimi [r] à posteriore.

Sed ab exteriore humeri parte unus *Triceps brachii* [r], statim post tegumenta [t], praeterquam ab initio, siqui-

e Eustach. Tab. xxxii. 21. 21. tectus 24. dext.
f Eustach. Tab. xxx. ♃. tectus B. dext.
g Eustach. Tab. xxx. ♃.
h Eustach. Tab. xxxii. 21. 21. & Tab. xxxiii. 36. in utr. brach.
i Eustach. Tab. xxxiii. 33. post 36. in lat. fin.
k Eustach. Tab. xxx. E. post ♃.
l Eustach. Tab. xxx. ☽. post ♃.
m Eustach. Tab. xxviii. 25. 25. tectus 24 in dext. brach.
n Eustach. Tab. xxviii. 25. 25. dext. & 25. fin. & Tab. xxx. AA. fin. & Tab. xxxiii. 40. 40. in utr. brach. & Tab. xxxviii. G. & Tab. xxix. 19. & Tab. xxxi. ♃. in utr. brach. & Tab. xxxvii. EE.
o Eustach. Tab. xxviii. 25. 25. dext. & Tab. xxx. AA. in fin. brach.
p Eustach. Tab. xxviii. 25. 25. tectus 30. in dext. brach.
q Eustach. Tab. xxviii. 25. 25. tectus 31. in dext. brach.
r Eustach. Tab. xxxiii. 40. 40. dext. tectus 53.
s Eustach. Tab. xxix. 16. 17. 18. in br. utr. & Tab. xxxi. ΔΔ. in utr. br. & Tab. xxviii. 22. 23. & 26. & Tab. xxx. ΔΘ. in utr. br. & Tab. xxxiii. 38. 39. 44. fin. & 44. dext.
t Eustach. Tab. xxix. 16. 17. 18. fin. & Tab. xxviii. 22. 23. & Tab. xxxi. ΔΔ. in utr. brach.

u Eu-

quidem capiti ejus longo [u] brevique [w] Deltoïdes incumbit, longo etiam Teres minor [x]. Jam post ejus breve caput sequitur Deltoïdis extremum [y], Brachialis internus [z], Supinatoris longi principium [a]: post longi principium, Teretis majoris pars [b]: post tertium caput [c], dictum Brachialis externus, Coracobrachialis [d], & Brachialis internus [e].

CAPUT XXVIII.

De situ musculorum, qui in Cubito.

Musculi, qui cubitum tenent, *tali modo dispositi*, ut difficile sit ordinem, quo tradantur, invenire. Optimum esse ducimus, qui ab interna eademque priore parte cubiti incipiens, inde per exteriorem retrorsum procedens primos commemoret, posteaque subjectos his. Rursusque deinde primos, à posteriore per interiorem redeundo: tumque qui post hos sequuntur, ut alii aliis subjacent.

Ergo per *longitudinem* cubiti sub tegumentis porrecti, ab *interna* & eadem priore parte *Supinator longus*

u Eustach. Tab. XXIX. 16. fin. tectus 6.
w Eustach. Tab. XXIX. 17. fin. tectus 6.
x Eustach. Tab. XXIX. 16. dext. tectus 13. dext.
y Eustach. Tab. XXIX. extremum 6. post 17. fin.
z Eustach. Tab. XXIX. 19. post 17. fin.
a Eustach. Tab. XXIX. 20. post 17. fin.
b Eustach. Tab. XXIX. 15. post 16. dext.
c Eustach. Tab. XXXVI. W. & Tab. XXVIII. 23. & Tab. XXXIII. 44. in utr. brach.
d Eustach. Tab. XXXIII. 44. tectus 36. in utr. brach.
e Eustach. Tab. XXXIII. 44. tectus 40. in utr. br. & Tab. XXVIII. 23. tectus 25. dext.

a Eu-

gus [a], cujus principium à priore humeri parte procedit, tendo extremus ſub tendinibus Abductoris longi pollicis [b], & Extenſoris minoris tendit ad inſertionem ſuam. Ab eo *Radialis externus longior* [c], infra eum ab humero ſuo deſcendens principio, eidemque & ventre [d], & tendinis initio partim ſubjectus, partim ab externo latere nudus. Ab hoc *Radialis externus brevior* [e], qui ei, ut ille ipſe Supinatori longo, ſubjacet [f], & ab externo ejus latere nudus eſt; ab interno autem ſubjectus Supinatori modo dicto. Circum utriuſque tendinem, alioquin *nudos*, ſe *in inferiore parte cubiti flectunt*, Abductor longus pollicis [g], Extenſor minor ejuſdem [h], majorque [i]: circum tendinis *brevioris* extremum, tendo Indicatoris [k]. Deinde ultra Radialem breviorem *Extenſor communis digitorum manus* [l], nudus. Is vero ſuis tendinibus à cubito per dorſum manus, digitorumque, pariter ſub tegumentis, excurrit [l]. Ultra hunc, tendine ſuo ſimiliter per dorſum manus [m], &

a Euſtach. Tab. XXVIII. 30. *in* brach. utr. & Tab. XXXII. 30. in brach. dext. & Tab. XXIX. 20. & Tab. XXXI. 0. in utr. brach.

b Euſtach. Tab. XXVIII. 30. dext. tectus 35. & 36.

c Euſtach. Tab. XXVIII. 29. in utr. brach. & Tab. XXIX. 31. & Tab. XXXIII. 52. dext. & 52. 61. ſin.

d Euſtach. Tab. XXVIII. 29. tectus 30. in utr. brach.

e Euſtach. Tab. XXIX. 30. & Tab. XXXIII. 58. 62.

f Euſtach. Tab. XXIX. 30. tectus 31.

g Euſtach. Tab. XXIX. 30. & 31. tecti 32. 33. 34. dext. & Tab. XXXIII. 52. & 58. tecti. 59.

h Euſtach. Tab. XXIX. 30. & 31. tecti 35. dext. & Tab. XXXIII. 61. & 62. tecti 60.

i Euſtach. Tab. XXIX. 30. & 31. tecti 36. dext.

k Euſtach. Tab. XXIX. 30. tectus 37.

l Euſtach. Tab. XXVIII. 45. 45. &c. & Tab. XXIX. 28. & Tab. XXXI. ϱϱ. &c. dext.

m Euſtach. Tab. XXVIII. 53. 53. & Tab. XXIX. 27. & Tab. XXXI. ΦΦ. in utr. brach.

n Eu-

& digiti minimi [m] descendens, totusque nudus, *Extensor proprius digiti minimi manus* [m]. Ultra hunc *Ulnaris externus* [n], & ipse nudus. Ultraque hujus superiorem partem, mox infra humerum, *Anconeus* [o], primorum ab hac parte postremus: partem autem ejus Ulnaris externus integit, partem tendo Tricipitis brachii. Sequuntur interiores.

Partim sub Anconeo, partimque sub Ulnari externo, & Extensore minimi, communique, ac Radiali externo utroque [p], & Supinatore longo, *Supinator brevis* [q], qui ultra Supinatorem longum in interiore cubiti parte, inter Supinatorem illum & Pronatorem teretem, nudus. Infra quem *Abductor longus pollicis manus* [r]: & infra hunc *Extensor minor pollicis manus* [s]. Hi se per priorem cubiti partem [t] ad radicem pollicis flectunt, *Extensor* etiam per dorsum pollicis pergit [u]: *Abductor*, qua incipit, delitescit post Supinatorem brevem, & Radialem externum breviorem: *idem* una cum

n Eustach. Tab. XXVIII. 46. 46. & Tab. XXIX. 26. & Tab. XXXI. σ σ. in utr. brach.

o Eustach. Tab. XXXVII. G.

p Sub *utroque in unum conjunctis*, Eustach. Tab. XXXVII. K. tectus I. Sub *brevjore*, Eustach. Tab. XXXVIII. I. tectus H.

q Eustach. Tab. XXXVII. K. & Tab. XXXIX. Fig. 1. w. dext. & w w. sin. & Tab. XXXVIII. I.

r Eustach. Tab. XXVIII. 47. 48. & Tab. XXIX. 32. 33. 34. dext. & 33. 34. sin. & Tab. XXXIII. 59. & Tab. XXXI. χ Ψ. in utr. brach.

s Eustach. Tab. XXVIII. 49. & Tab. XXIX. 35. in utr. brach. & Tab. XXXIII. 60. & Tab. XXXI. ω. in utr. brach.

t Eustach. Tab. XXXIII. 59. & 60. *Abductor longus*, Eustach. Tab. XXVIII. 35. 36. & Tab. XXX. 4. 5. sin. & 4. dext.

u Eustach. Tab. XXVIII. 55. & Tab. XXIX. 29. in utr. man. & Tab. XXX. 17. & Tab. XXXI. 5. & Tab. XXXII. 40.

cum *Extenſore minore*, poſt Extenſorem majorem pollicis [w], dein poſt Extenſorem minimi, & communem digitorum [x], ultra quos nudi ſunt [y], niſi quod tendo *Extenſoris minoris* in fine ex parte ſubeat tendini Extenſoris majoris pollicis. *Extenſor major pollicis manus* [z] juxta poſteriorem praecedentium partem primo per cubitum deſcendit, poſt tendine ſuo per dorſum manus [a], pollicisque; quoad in cubito manet, ſubjectus *Indicatori* [b], Ulnari externo [c], Extenſori minimi, communique [d]: tendine ſuo à fine cubiti nudus [e] à muſculis. Ab hujus parte eadem & inferiore & poſteriore, eodem ſe modo per *cubitum ſub Ulnari externo* [f], *Extenſore minimi*, communique, & ex parte ſub tegumentis communibus inter Ulnarem externum & Extenſorem minimi, demittit, perque dorſum manus, tum ſub tendine Extenſoris communis indici dato [g], tum ab hujus poſteriore parte *ſub tegumentis* [h], *ad indicem Indicator* [i] incedit.

Ex

w Euſtach. Tab. xxix. 32. & 35. dext. tecti 36. dext.

x Euſtach. Tab. xxix. 33. 34. & 35. tecti 28. in ſin. brach.

y Euſtach. Tab. xxix. 33. 34. & 35. ſin.
Abductor longus, Euſtach. Tab. xxviii. 35. 36. dext.
Extenſor parvus, Euſtach. Tab. xxix. 39. in utr. manu: & Tab. xxxii. 40.

z Euſtach. Tab. xxviii. 52. 52. & Tab. xxix. 36. in brach. utr. & Tab. xxxi. 1. 1. in utr. brach.

a Euſtach. Tab. xxviii. 52. infer. & Tab. xxix. 36. in manu utr. & Tab. xxxi. 1. in manu utr.

b Euſtach. Tab. xxix. 36. tectus. 37. in dext. brach.

c Euſtach. Tab. xxix. 36. tectus. 25. dext.

d Euſtach. Tab. xxix. 36. ſin. tectus 28.

e Euſtach. Tab. xxix. 36. ſin. & Tab. xxviii. 52. infer.

f Euſtach. Tab. xxix. 37. tect. 25. in dext. brach.

g Euſtach. Tab. xxix. 37. 37. ſin. tectus tendine 28.

h Euſtach. Tab. xxix. 37. 37. ſin.

i Euſtach. Tab. xxix. 37. dext. & 37. 37. ſin. & Tab. xxxi. 3. in utr. man.

Ex primis in interiore cubiti parte, ab extremo humero per totam cubiti longitudinem incedunt *Ulnaris internus*, *Palmaris longus*, & *Radialis internus*. Posterior *Ulnaris* [k], ante eum *Palmaris* [l], ante hunc *Radialis* [m], à superiore parte Palmari subjectus [n], in medio fere cubito Supinatori longo. *Palmaris* autem sua aponeurosi se per volam sub tegumentis ejus dilatat [o]: & cum ventrem non habet [p], proximus ab Ulnari [q] Radialis [r]. Et *Radialis* quoque tendo in intima volae penetrat, sub Abductore brevi pollicis, Opponente ejusdem, Flexoreque brevi. Ante superiorem Radialis interni partem *Pronator teres* [s], ad medium tantummodo radium pertingens, extremoque suo Supinatorem longum [t] primo, dein Radialem externum longiorem [u], post breviorem, subeuns: à principio autem pars ejus Radiali interno tecta. Ante Pronatorem illum, & Radialem internum, siti de quibus supra à nobis dictum: & ante Pronatorem quidem tendo Bicipitis [w], & Supinator brevis: ante eundem [x], & Radialem internum [y], Supinator longus.

k Euſtach. Tab. xxviii. 14. in utr. brach. & Tab. xxx. Υ. in utr. brach. & Tab. xxix 25. in utr. brach. & Tab. xxxi. τ.

l Euſtach. Tab. xxviii. 33. & Tab. xxxii. 33. & Tab. xxx. Φ. & Tab. xxix. 23. & Tab. xxxi υ.

m Euſtach. Tab. xxviii. 32. & Tab. xxx. Ω. ſin.

n Euſtach. Tab. xxviii. 32. ſub. 33.

o Euſtach. Tab. xxviii. 40. & Tab. xxxii. 47. & Tab. xxx. 12. 13. ſin.

p Euſtach. Tab. xxx. 12. 13. dext.

q Euſtach. Tab. xxx, Ψ. dext.

r Euſtach. Tab. xxx. Ω. dext.

s Euſtach. Tab. xxviii. 31. & Tab. xxx. Σ. in utr. brach. & Tab. xxxiii. 51.

t Euſtach. Tab. xxviii. 31. tectus 30. dext.

u Euſtach. Tab. xxxiii. 51. tectus 52. ſin.

w Euſtach. Tab. xxx. tendo r. ante Σ. in ſin. brach. & Tab. xxxiii. 50. ante 51.

x Euſtach. Tab. xxviii. 30. dext. ante 31.

y Euſtach. Tab. xxviii. 30. dext. ante 32.

In eadem parte interiores hoc se habent modo. *Statim* post primos *Sublimis* [z] sequitur, inter eos autem nudus, & non modo per cubiti longitudinem jacens, sed & per volam tendinibus suis [a] sub aponeurosi Palmaris *longi* [b] *incedens*, posteaque etiam per internam digitorum partem [a], ubi illi ad postremum Profundi tendinibus ex parte subjacent [c]: cum vero sola Palmaris aponeurosis adest, qua Palmari Sublimis tegeretur, tegumentis subjectus [d]. *Profundus* [e] in cubito post Sublimem [f], simili modo à parte ulnae porrectus; sed tum à posteriore, tum à priori parte non Sublimi, verum ab hac *Pronatori tereti*, ab illa *Ulnari interno* [g], utraque eum vaginae tendineae cubiti subjacet; juxta manum quoque pars ejus inter Ulnarem internum & Sublimem nuda [h], pars & inter hunc & Radialem internum: perque volam [i], & per internam digitorum partem [k], tendines suos, ut Sublimis, verum majorem partem sub tendinibus ejus [l], ad postremum autem super eosdem [m], demittit. Post eundem Sublimem [n] in cubito à parte radii sequitur *Flexor longus pollicis*.

z Eustach. Tab. xxxii. 35. & Tab. xxxiii. 53.
a Eustach. Tab. xxviii. 43. 43. 43. 43. & Tab. xxxiii. 73. 73. 73. 73.
b Eustach. Tab. xxviii. 43. 43. 43. 43. tecti 40.
c Eustach. Tab. xxviii. 43. 43. 43. 43. tecti 44. 44. 44. 44.
d Eustach. Tab. xxx. 3.
e Eustach. Tab. xxx. 8. & Tab. xxxii. 36. & Tab. xxxiii. 54. dext. & sin. & Tab. xxxviii. L.
f Eustach. Tab. xxxii. 36. tectus 35.
g Eustach Tab. xxx. 8. tectus Y. dext.
h Eustach. Tab. xxx. 8.
i Eustach. Tab. xxxviii. L. $\alpha\beta\gamma\delta$. in vola.
k Eustach. Tab. xxviii. 44. 44. 44. 44. & Tab. xxxviii. L. $\alpha\beta\gamma\delta$. in digitis.
l Eustach. Tab. xxviii. 44. 44. 44. 44. tecti 43. 43. 43. 43.
m Eustach. Tab. xxviii. 44. 44. 44. 44.
n Eustach. Tab. xxxii. 37. tectus 35. & Tab. xxxiii. 55. dext. tectus. 53.

lcis manus [o], cujus pars prior Supinatori longo subjacet [p], & Radiali externo breviori, Radialique interno [q], partim etiam inter Radiales externos & Supinatorem longum, interque hunc & Radialem internum [r], nuda est. Atque hujus *Flexoris* tendo pariter per volam, secundum pollicis metacarpum [s], & primo quidem per cavam Flexoris brevis pollicis partem, deinde inter duas caudas ejus, post nudus à musculis, secundum internam pollicis partem [t] procedit. Denique in inferiore parte cubiti post Profundum, Flexorem longum pollicis [t], Ulnarem internum, aliquando & Radialem, ultimus *Pronator quadratus* [u], parva parte, & qua incipit, & qua desinit, nudus.

CAPUT XXIX.

De situ musculorum, qui in Manu.

Volam, internamque digitorum & pollicis partem occupant à cubito demissi tendines: volam praeterea musculi in ea majorem partem siti. De tendinibus illis etsi in superiore capite satis dictum sit, eosdem tamen, quo melius capiantur volae proprii musculi, hic rursus ordine ante eos summatim recensebimus.

o Eustach. Tab. XXVIII. 37. & Tab. XXX. 6. in utr. brach. & Tab. XXXII. 37. & Tab. XXXIII. 55. in utr. brach. & Tab. XXXVIII. K.

p Eustach. Tab. XXVIII. 37. tectus 30. dext.

q Eustach. Tab. XXVIII. 37. tectus 32.

r Eustach. Tab. XXVIII. 37.

s Eustach. Tab. XXVIII. 42. & Tab. XXXIII. 74. & Tab. XXXVIII. K-β. in vola & pollice.

t Eustach. Tab. XXXIII. 57. tectus. 55. in utr. brach.

u Eustach. Tab. XXXIII. 57. & Tab. XXXVIII. V.

Principio tegumentis volae subſtrata *Palmaris longi aponeuroſis* [a]. Dein ſecundum pollicis metacarpum, ipſumque pollicem decurrit tendo *Flexoris longi pollicis* [b]. Sub Palmaris longi aponeuroſi [c] ad digitos, perque eos, *Sublimis* tendines [d]. Poſt hos [e], ad eoſdem digitos, pariterque ſecundum eos, tendines *Profundi* [f].

Ipſorum in vola ſitorum ordo hic. Inter duos quoſque tendinum Profundi, & ante tendinem quem indici dat, *Lumbricalium* [g] unus, tendinibus Sublimis ex parte ſubjacentes [h]. In pollicis metacarpo ſub tegumentis [i], partimque etiam ſub aponeuroſi Palmaris longi [k], reperitur *Abductor brevis pollicis manus* [l]. Dein partim poſt eum [m], partim ab ejus parte priore nudus [n], partim à poſteriore ſub Flexore pollicis brevi, *Opponens pollicis manus* [o]. Juxta eundem metacarpum pollicis, magis in vola locatus *Flexor brevis pollicis manus* [p], cujus parvam

a Euſtach. Tab. xxviii. 40. & Tab. xxxii. 47.
b Euſtach. Tab. xxviii. 42. & Tab. xxx. 18. in utr. man. & Tab. xxxiii. 74. & Tab. xxxviii. K-β. in manu & pollice.
c Euſtach. Tab. xxviii. 43. 43. 43. 43. tecti 40.
d Euſtach. Tab. xxviii. 43. 43. 43. 43. & Tab. xxxii. 55. 55. 55. 55. in dext. manu. & Tab. xxxiii. 73. 73. 73. 73.
e Euſtach. Tab. xxviii. 44. 44. 44. 44. tecti 43. 43. 43. 43.
f Euſtach. Tab. xxviii. 44. 44. 44. 44. & Tab. xxxviii. L-α β γ δ. in vola & digitis.
g Euſtach. Tab. xxxii. 51. 52. 53. 54. & Tab. xxxviii. M. N. O. P.
h Euſtach. Tab. xxxii. 51. 52. 53. 54. tecti 55. 55. 55. 55. dext.
i Euſtach. Tab. xxviii. 41.
k Euſtach. Tab. xxviii. 41. tectus 40.
l Euſtach. Tab. xxviii. 41. & Tab. xxx. 15. in utr. man. & Tab. xxxii. 43. in utr. manu.
m Euſtach. Tab. xxxii. 42. tectus 43. in utr. manu.
n Euſtach. Tab. xxxii. 42. in utr. manu.
o Euſtach. Tab. xxxii. 42. in utr. man. & Tab. xxxiii. 69.
p Euſtach. Tab. xxxviii. Π Σ.

vam partem Abductor brevis pollicis integit, & aponeurosis Palmaris longi, & tendo Flexoris longi pollicis, & Adductor pollicis. Mox infra Flexorem brevem *Adductor pollicis manus* [q], atque is partim nudus [r], partim sub duobus primis Lumbricalibus, eisdemque Profundi tendinibus. In illa deinde volae parte, quae est supra digitum minimum, *Palmaris brevis* [s] situs, mox infra cubitum, sub tegumentis. In eadem, tum sub Palmari brevi [t], tum sub tegumentis [u], *Abductor digiti minimi manus* [w], & *Flexor ejus parvus* [x]. Post quos *Adductor metacarpi digiti minimi* [y], qui partim liber ab iis, id est, tum pone Abductorem, tum ante Flexorem, tum inter eos; ex parte etiam subjectus Palmari brevi. Ubi autem deest Flexor brevis, *Adductor metacarpi minimi* tectus Abductore minimi, & Palmari brevi, caeterum nudus. Intimi volae *Interossei* [z] sunt. Eorum plerisque primo incumbunt Profundi tendines, & Lumbricales: *secundo medii digiti*, *primo* & *secundo tertii*, atque *illi quarti*, tendines Profundi posteriores tres, iidemque Lumbricales: *primo indicis* Lumbricalis primus. Deinde *duobus illis*, *qui ad indicem pertinent*, Opponens pollicis,

q Eustach. Tab. xxxviii. Ξ. & Tab. xxxii. pars 45.
r Eustach. Tab. xxxii. pars 45.
s Eustach. Tab. xxviii. 39.
t Eustach. Tab. xxx. ii. tectus 10. in utr. manu.
u Eustach. Tab. xxx. ii.
w Eustach. Tab. xxx. ii. & Tab. xxxvii. 72. & Tab. xxxvi. Q. & an Tab. xxxviii. W?
x An Eustach. Tab. xxxiii. 71?
y An Eustach. Tab. xxxviii. Q? an & Tab. xxxix Fig. 1. E?
z Eustach. Tab. xxxviii. X. Y. Z. Γ. Δ. Θ. Λ. & Tab. xxxix. Fig. 1. x. y. z. A. B. C. D.

a Eu-

cis, Flexor brevis ejusdem, Adductorque [a], sic ut extrema tantummodo relinquant libera [b]: *primo* praeterea Abductor indicis: *primo medii* eodem modo Adductor pollicis [c]: *secundi* principio Flexor brevis pollicis [d]: *primi annularis* principio Adductor metacarpi minimi [e], & quandoque principium Interossei auricularis: *secundi* principio Adductor metacarpi minimi [f], aliquando principium auricularis: Adductor metacarpi minimi, *illi quem habet auricularis* [g], caudam ejus liberam relinquens [h]. Ad haec *primi medii* pars prior sequitur post secundum indicis [i], *secundi medii* posterior post primum annularis [k], eadem *annularis secundi* post illum auricularis [l].

Per dorsum manus, digitorum, pollicis, decurrunt tendines *Extensoris communis digitorum* [m], *Extensoris proprii digiti minimi* [n], *Indicatoris* [o], *Extensoris pollicis utriusque* [p], ut superiore capite relatum est. Et praeter

a Eustach. Tab. xxxviii. Θ. A. tecti Ξ.
b Eustach. Tab. xxxviii. Θ. A.
c Eustach. Tab. xxxviii. Δ. tectus Ξ.
d Eustach. Tab. xxxviii. Γ. tectus Π.
e An Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. B. tectus E?
f An Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. C. tectus E?
g An Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. D. tectus E?
h Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. D.
i Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. Z. tectus Y.
k Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. A. tectus B.
l Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1, C. tectus D.
m Eustach. Tab. xxviii. 45. 45. 45. in man. & Tab. xxix. 28. in man. & Tab. xxxi. ρ ρ ρ. in utr. manu.
n Eustach. Tab. xxviii. 53. in manu: & Tab. xxix. 27. in man. & Tab. xxxi. φ in manu utr.
o Eustach. Tab. xxix. 37. 37. in manu sin. & 37. in dext. & Tab. xxxi. 3 in man. utr.
p *Magni*, Eustach. Tab. xxviii. 52. in man. & Tab. xxix. 36. in utr. man. & Tab. xxxi. 1. in manu utr.
Parvi, Eustach. Tab. xxviii. 55. & Tab. xxix. 39. in utr. man. & Tab. xxxiii. 60. in man. & Tab. xxxi. 5.

ter eos in intervallo pollicis indiciſque, *Abductor indicis* [q], contingens in vola ſitos, Adductorem pollicis [r], Flexorem brevem ejuſdem, Lumbricalem primum, prioremque indicis Interoſſeum. Praeterque Abductorem illum, in manus dorſo partes quorundam ex illis, de quibus hoc capite actum: *Interoſſei primi indicis, pollicis Flexoris brevis, Adductoriſque* [s], in intervallo pollicis indiciſque: *Interoſſei primi & ſecundi digiti medii*, ac *ſecundi annularis*, in intervallis oſſium metacarpi manus: *Abductoris digiti minimi* [t], & *Abductoris metacarpi minimi*, à poſteriore parte oſſis metacarpi minimi. Ex his autem ſoli *Interoſſei duo medii*, & *ſecundus auricularis*, ex parte ſubjacent tendinibus Extenſoris communis: *primus medii* etiam tendini Indicatoris: *ſecundus auricularis*, Extenſori proprio digiti minimi.

CAPUT XXX.

De ſitu muſculorum, qui in Nate.

Hic *Gluteus magnus* [a] primus eſt. Sub quo *medius* [b], magna parte ſui: nam partim is ante magnum nudus à muſculis [c], à priore etiam parte ſub Tenſore vaginae femoris [d]. Sub medio *minor* [e], qui ex parte etiam

q Euſtach. Tab. xxxiii. 64. & Tab. xxxvi. r. & Tab. xxxii. 46.
r Euſtach. Tab. xxxiii. 64. contingens 66. & Tab. xxix. 42. conting. 40.
s Euſtach. Tab. xxviii. 56. & Tab. xxxiii. 66.
t Euſtach. Tab. xxxvi. Q.
a Euſtach. Tab. xxix. X. & Tab. xxxi. X. in utr. lat. & Tab. xxx. I.
b Euſtach. Tab. xxix. Y. & Tab. xxviii. S. in utr. lat. & Tab. xxxii. W. in lat. dextr.
c Euſtach. Tab. xxviii. S. in utr. lat.
d Euſtach. Tab. xxviii. S. tectus R. in utr. lat.
e Euſtach. Tab. xxxvi. u. & Tab. xxxiii. y. in utr. lat.

tiam sub Pyriformi, & à latere inter medium & Tensorem vaginae, sub illa vagina sola. Infra medium *Pyriformis* [f], in pelvi [g] incipiens à priori parte ossis sacri. Statim infra eum sequuntur *Gemini* [h] cum cauda *Obturatoris interni* [i], quae inter eos incedit media, sic ut partem principii eorum contegat [k]: ipsa cum *Geminorum superiore* in fine sub extremo Pyriformis. Verum *Obturatoris* pars major [l] in pelvi haeret, adjacens ejus lateri [m], sub Levatore ani. Infra Geminorum inferiorem denique *Quadratus femoris* [n], principio suo post Semimembranosi principium. Caeterum *Pyriformis*, *Gemini*, cauda *Obturatoris interni*, *Quadratus*, post Gluteum magnum.

CAPUT XXXI.

De situ musculorum, qui in Femore.

In parte posteriore per longitudinem femoris, *Biceps* [a], & *Semitendinosus* [b]; ille ab externo latere, hic ab interno, uterque ab initio post Gluteum magnum [c]: *Semitendinosi* tendo, quo ad tibiam pertinet, in fine sub

f Eustach. Tab. xxix. g.
g Eustach. Tab. xxxviii. w. in utr. lat.
h Eustach. Tab. xxix h. k. & Tab. xxxvii. s. t. in utr. lat.
i Eustach. Tab. xxix. i.
k Eustach. Tab. xxix. h. k. tecti i.
l Eustach. Tab. xxxvii. w.
m Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 16. E F G.
n Eustach. Tab. xxix. l. Eustach. Tab. xxix. r. dext. & rw. sin. & Tab. xxx. T. in utr. fem. & Tab. xxxi. a b. sin. & b. dext.
b Eustach. Tab. xxix q. in utr. fem. & Tab. xxx. V. in utr. fem. & Tab. xxxi. c. in utr. fem. & Tab. xxviii. r. dext.
c *Biceps*, Eustach. Tab. xxix. r. sin. tectus X.
Semitendinosus, Eustach. Tab. xxix. q. sin. tectus X.

d Eu-

sub Sartorii tendine. Tum *Semimembranosus* [d], partim pone Semitendinosum [e], partim ab utroque ejus latere in femore nudus [f]: extremus autem tendo ejus circa poplitem ab externa parte tectus tendine Semitendinosi, in fine capite interiore Gemelli, & ligamento laterali interno genu.

Qua vero femur priora spectat, ibi in superiore parte juxta latus externum, *Tensor vaginae femoris* [g]. Per longitudinem mediae prioris partis *Rectus cruris* [h], solo se capite suo occultans, subjicienſque Tensori vaginae femoris [i], Sartorio [k], Iliaco interno, Gluteo minori. Juxta eum magis per interiora femoris porrectus *Sartorius* [l], ad tibiam mox infra genu pertingit, totus nudus. Infra Tensorem vaginae femoris tum à priori parte, tum à latere externo, usque ad genu, *Vastus externus* [m], qui superiore parte sua sub eodem Tensore haeret [n], prioris parte sub Recto cruris [o]. Ad genu autem *Vastus internus* [p], ab interiore eademque prio-

Q ore

d Euſtach. Tab. XXIX. pp. in utr. fem. & Tab. XXXVI. D. & Tab. XXX. W. in utr. fem. & Tab. XXXI. dd. in utr. fem.

e Euſtach. Tab. XXIX. pp. tectus q. in utr. fem.

f Euſtach. Tab. XXIX. pp. in utr. fem.

g Euſtach. Tab. XXVIII. R. in utr. fem. & Tab. XXX. M.

h Euſtach. Tab. XXVIII. V. in utr. fem. & Tab. XXXII. Ψ. dext. & Tab. XXX. R. dext.

i Euſtach. Tab. XXVIII. V. tectus R. in utr. fem.

k Euſtach. Tab. XXVIII. V. tectus X. in utr. fem.

l Euſtach. Tab. XXVIII. X. in utr. fem & Tab. XXX. O. dext. & O O. ſin. & Tab. XXXI. g. in utr. fem.

m Euſtach. Tab XXVIII. T. in utr. fem. & Tab. XXXII. Ω. dext. & Tab. XXXIII. Ψ. & Tab. XXIX. t. & Tab. XXXVI. F.

n Euſtach. Tab. XXVIII. T. tectus R. in utr. fem.

o Euſtach. Tab. XXVIII T. tectus V. in utr. fem. & Tab. XXXII. Ω. tectus Ψ. in dext. fem.

p Euſtach. Tab. XXVIII. W. in utr. fem. & Tab. XXXII. Φ. dext. & Tab. XXXIII. Σ. & Tab. XXXI. h. & Tab. XXXVI. E E.

q Eu-

ore femoris parte collocatus, & nudus quidem inter Sartorium Rectumque [q]; utrimque tectus, ab una parte Recto [r], ab altera Sartorio [s]. *Cruralis* [t] post Rectum, Vastosque [u].

Sequuntur qui ab osse pubis, & ab ischii tubere, per femoris partem internam incedunt. Eorum superior *Pectineus* [w], per inguen decurrit nudus, praeter extremo suo, quo subit Vastum internum [x]. Qui mox infra eum, *Adductor longus femoris* [y], primo diu nudus [z], se ad postremum subjicit Sartorio [a], & Vasto interno [b]. Ab interno hujus latere multo longior *Gracilis* [c], ad ipsam usque *tibiam* pertinens est, à *fine femoris* post Sartorium [d] incedens, & ubi se inserit, non modo Sartorio [d], sed & aliquantum Semitendinoso intectus. Post Pectineum deinde, & post Adductorem longum, *Adductor brevis femoris* [e] repositus: sed extremum ejus ex parte inter eos liberum ab eis, & partim nudum, par-

q Eustach. Tab. XXVIII. W. in utr. fem.

r Eustach. Tab. XXVIII. W. tectus V. in utr. fem. & Tab. XXXII. Φ. tectus ¥. in dext. fem.

s Eustach. Tab. XXVIII. W. tectus X. in utr. fem.

t Eustach. Tab. XXXIII. Φ. in utr. fem. & Tab. XXXVI. X.

u Post *externum*, Eustach. Tab. XXXIII. Φ. fin. tectus ¥. post *internum*, Eustach. Tab. XXXIII. Φ. fin. tectus Z.

w Eustach. Tab. XXVIII. P. in utr. fem. & Tab. XXXII. Δ. dext. & Tab. XXXIII. A. dext.

x Eustach. Tab. XXXII. Δ. tectus Φ. in dext. fem.

y Eustach. Tab. XXVIII. Y. in utr. fem. & Tab. XXXII. Θ. dext. & Tab. XXXIII. Ξ. dext.

z Eustach. Tab. XXVIII. Y. in utr. fem.

a Eustach. Tab. XXVIII. Y. tectus X. in utr. fem.

b Eustach. Tab. XXXII. Θ. tectus Φ. in dext. fem.

c Eustach. Tab. XXVIII. Z. dext. & ZZ. fin. & Tab. XXX. Y. & Tab. XXXI. f. in utr. fem. & Tab. XXIX. o.

d Eustach. Tab. XXVIII. Z. tectus X. in utr. fem.

e Eustach. Tab. XXXVIII. y.

f Eu-

partim sub Vasto interno. Postque eum [f], Adductorem magnum [g], Pectineum, extremumque Psoae magni [h] & Iliaci interni, *Obturator externus* [i], qui inter Psoam & Pectineum parva ab his parte nudus. *Adductor magnus femoris* [k] à superiore parte sequitur post Pectineum, & Adductorem brevem [l]: infra hunc post longum [m], infra hunc post Gracilem, Sartorium, Vastum internum [n]: inter Sartorium vero, Adductorem longum, Gracilemque, nudus est, sicuti & in superiore parte femoris à posteriore Gracilis [o]. Et ut ad posteriores, à quibus cepimus, desinamus, post Tensorem vaginae *femoris Gluteus medius* [p] *& minor*, post Vastum externum Bicipitis caput breve [q], post Gracilem [r], & post inferiorem partem Sartorii, postque inferiorem Vasti interni [s], Semimembranosus, qui & post Adductorem magnum [t], post quem praeterea Se-

f Eustach. Tab. xxxviii. x. sin. tectus y.

g Eustach. Tab. xxxviii. x. dext. tectus z.

h Eustach. Tab. xxxviii. x. tectus rrs. in sin. fem.

i Eustach. Tab. xxxviii. x. in utr. fem.

k Eustach. Tab. xxxii. Λ. & Tab. xxxiii. Π. dext. & Tab. xxxviii. z A. in utr. fem. & Tab. xxix. nn. dext. & Tab. xxxvi. w.

l Eustach. Tab. xxxviii. z. sin. tectus y.

m Eustach. Tab. xxxii. Λ. tectus Θ. dext. & Tab. xxxiii. Π. tectus Ξ. in dext. fem.

n Eustach. Tab. xxxii. Λ. tectus Φ. dext.

o Eustach. Tab. xxx. X. & Tab. xxxi. e. & Tab. xxix. n. sin.

p Eustach. Tab. xxviii. S. post R. in utr. fem.

q Eustach. Tab. xxxi. a. post Z. & Tab. xxxvi. G. à posteriore parte F.

r Eustach. Tab. xxx. W. sin. post Y. & Tab. xxix. p sin. super. post o.

s Eustach. Tab. xxxvi. D. à posteriore parte E E.

t Eustach. Tab. xxx. W. sin. post X. & Tab. xxix. p. sin. super. post n. sin.

mitendinosus [u], Bicipitis longum caput [w], Gluteus magnus [x]. Post Obturatorem externum Quadratus femoris.

CAPUT XXXII.

De situ musculorum, qui in Crure.

In horum recensione à posteriore parte cruris per exteriorem ad priorem progrediemur.

Per posteriorem *Gemellus* [a] se à condylis femoris sub tegumentis demittit: at capita abscondit, exteriore subeuns Bicipiti [b], interiore Semitendinoso [c] & Semimembranoso [d]. *Plantaris* [e] sequitur, capite suo situs sub Bicipite [f], ventre partim sub capite exteriore Gemelli, partim inter ejusdem capita sub tegumentis; post & venter extremus, & tendo, sub Gemello; post tendo à latere interno tendinis achillis sub tegumentis. Post Gemellum [g] & Plantarem [h] *Soleus* [i], ultra Gemellum tamen

u Euſtach. Tab. xxix. q. à poſteriore parte n. in dext. fem.

w Euſtach. Tab. xxix. r. à poſteriore parte n. in dext. fem.

x Euſtach. Tab. xxix. r. ſin. à poſteriore parte tectus X.

a Euſtach. Tab. xxix. Λ Θ Ξ, & Tab. xxx. β. in utr. crur. & Tab. xxxi. i k l. in utr. crure: & Tab. xxviii Δ. in utr. crure.

b Euſtach. Tab. xxix. Λ. tectus r w. ſin.

c Euſtach. Tab. xxix. Θ. tect. q. ſin.

d Euſtach. Tab. xxix. Θ. tectus pp. ſin.

e Euſtach. Tab. xxix. r.

f Euſtach. Tab. xxix. r. tectus r. dext.

g Euſtach. Tab. xxix. Π. ſin. tectus Λ Θ Ξ.

h Euſtach. Tab. xxix. ΠΠ. dext. tectus r.

i Euſtach. Tab. xxix. ΠΠ. dext. & Π. ſin. & Tab. xxx. δ. in utr. crure: & Tab. xxxi. m m. ſin. & m. dext.

k Eu-

men tum ab externo latere [k], tum ab interno [l] nudus. Supraque Soleum *Popliteus* [m], post eosdem [n], & partim post Soleum [o]: capite suo post Bicipitem cruris, & ligamentum laterale externum genu: extremo post genu ligamentum laterale internum. Post Soleum vero *Flexor longus digitorum pedis*, *Flexor longus pollicis pedis*, *Tibialis posticus*. Et *digitorum Flexor* [p] ab interna parte, ad tibiam, nudus [q] ab interna eademque inferiore cruris parte. *Flexor pollicis* [r] ab externa & eadem inferiore, similiter ex parte nudus, sed & ab interna [s], & ab externa cruris parte [t]. *Tibialis* [u] in medio, per totam *cruris longitudinem*, *cujus tamen nil nisi pars superior Soleo & Popliteo subjecta*, sequens Flexoribus modo dictis [w], tendo etiam ab interna eademque inferiore parte cruris, inter os tibiae Flexoremque digitorum, nudus [x]. Horum trium tendines per pedem

k Euſtach. Tab. xxix. Π. ſin. & Tab. xxx *δ*. dext. & Tab. xxxi. *m*. ab externo latere i k l. in ſin. crure.

l Euſtach. Tab. xxx. *δ* ſin. & Tab. xxxi. m. ſin. ab int. lat. l. & m. dext. & Tab. xxviii. Δ. in utr. crure.

m Euſtach. Tab. xxix Δ & Tab. xxxvi. y.

n Poſt *Plantarem*, Euſtach. Tab. xxix. Δ tectus r.

o Euſtach. Tab. xxix Δ tectus ΠΠ. dext.

p Euſtach. Tab. xxix. *ſ*. & Tab. xxxvi. L. & Tab. xxx. *τ*. & Tab. xxxi. z. & Tab. xxviii. *ε*. in crure.

q Euſtach. Tab. xxix. *ſ*. & Tab. xxx. *τ*. & Tab. xxxi. z. & Tab. xxviii. *ε*. in crure.

r Euſtach. Tab. xxix. i. & Tab. xxxvi. K. & Tab. xxx. *υ*. in crure: & Tab. xxxi. p. in utr. crur. & Tab. xxviii. Π. in crure.

s Euſtach. Tab. xxx. *υ*. in crure: & Tab. xxxi. p. in dextr. crur. & Tab. xxviii. Π. in crure.

t Euſtach. Tab. xxix. i. & Tab. xxxi. p. ſin.

u Euſtach. Tab. xxxvii. x. & Tab. xxx. *σ*. in crure: & Tab. xxxi. *δ*. in crure: & Tab. xxviii Φ. in crure.

w *Digitorum flexori*, Euſtach. Tab. xxx. *σ* tectus *τ*. in crure.

x Euſtach. Tab. xxx. *σ*. in crure: & Tab. xxxi. *δ*. in crure: & Tab. xxviii. Φ. in crure.

y Eu-

extremum pergunt, ut post dicemus.

Juxta Solei carneam partem ab externo cruris latere *Peroneus longus* [y], à summo crure ad pedem usque. Itemque *Peroneus brevis* [z], sed tantum à media cruris longitudine, mediusque per longitudinem praecedenti magnam partem subjacens [a], dein & ex parte tendine tendini ejus, tum juxta malleolum externum, tum qua una pone eum incedunt. Proximus à Peroneis *Extensor longus digitorum pedis* [b], sua quidem superiore parte ante longum, inferiore ante brevem, ex parte subjacens utrique [c]. Ante Peroneum brevem *tertius* [d], mox infra *Extensorem modo dictum*, ex parte sub Peroneo brevi [e]. Et ante eundem Extensorem, juxtaque spinam tibiae, in priori cruris parte *Tibialis anticus* [f]. Interque eum, eundemque illum Extensorem, toto prope corpore latens, *Extensor proprius pollicis pedis* [g], cujus modo inferior pars, ubi jam ad pedem appropinquat, emergit [h]. Caeterum tendines *Tibi-*

y Euſtach. Tab. xxix. Σ. ſin. & Tab. xxx. ε. in crure: & Tab. xxxii. 7. & Tab. xxxiii. 7. in utr. crure.

z Euſtach. Tab. xxix. Ω. ſin. in crure: & Tab. xxx. ζζ. in crure: & Tab. xxxii. 8. & Tab. xxxiii. 8. in utr. crure.

a Euſtach. Tab. xxix. Ω. in crure ſin. tectus Σ. & Tab. xxx. ζζ. tectus ε. in crure.

b Euſtach. Tab. xxix. Φ. & Tab. xxx. θ. in crure dext. & Tab. xxviii. 1. in crure ſin. & Tab. xxxii. 6. dextr.

c *Longo*, Euſtach. Tab. xxx. θ. tectus ε. in dextr. crure.

Brevi, Euſtach. Tab. xxx. θ. tectus ζ. in dext. crure.

d Euſtach. Tab. xxix. Υ. ſin. & Tab. xxx. η. in crure: & Tab. xxviii. ς. in crure: & Tab. xxxii. 9.

e Euſtach. Tab. xxx. η. tectus ζζ.

f Euſtach. Tab. xxx. ι. dext. & Tab. xxviii. Ω. in utr. crure: & Tab. xxxii. 4.

g Euſtach. Tab. xxx. κ. in dext. crure: & Tab. xxviii. 4. in ſin. crure. & Tab. xxxiii. 12.

h Euſtach. Tab. xxx. κ. in dext crure: & Tab. xxviii. 4. in ſin. crure.

Tibialis, *Extensoris pollicis*, *Extensoris digitorum pedis longi*, *Peroneorum*, ulterius per pedem procurrunt, ut in sequenti capite mox docebimus, postquam huic adjecerimus, quod cum ligamentum cruris ossibus interjectum, musculosque posteriores à prioribus distinguens, superiorem partem intervalli illorum ossium non impleat, ibi Extensor longus digitorum pedis, Tibialis anticus, itemque Extensor proprius pollicis pedis, cum is ab ipso usque capite superiore fibulae incipit, contingant Tibialem posticum, ultimum eorum, qui in postica parte cruris.

CAPUT XXXIII.

De situ musculorum in dorso Pedis.

Itaque à crure per latus internum pedis ad plantam pertinet *Tibialis postici* tendo [a], ubi portionibus illis, quas per plantam spargit, ab inferiore parte adjecti, Abductor pollicis, Flexoris longi digitorum tendo, caput ad Flexorem illum accedens, Flexor brevis pollicis pedis, Adductor ejusdem, vagina tendinis Peronei longi, atque adeo ipse *ille* tendo: atque hi omnes plerumque. Per dorsum pedis incedit ab interno latere tendo *Tibialis antici* [b], ad cujus extremum ab inferiore parte applicatus Abductor pollicis [c], & Fle-

a Eustach. Tab. xxx. e. in pede extr. & Tab. xxviii. φ. in pede extr. & Tab. xxxii. 12. in pede extr. & Tab. xxxiii. 22. 23.

b Eustach. Tab. xxviii. Ω. in pede extr. utr. & Tab. xxxii. 4. in ped. extr. & Tab. xxx. i. in pede fin.

c Eustach. Tab. xxviii. Ω. in pede tectus 8.

d. Eu-

Flexor ejus brevis. Ab externo latere tendo *Peronei tertii* [d], ac infra eum ille *brevis* [e], infraque eum, *longi* [f]. *Brevis* autem tendo illi longi subjacet, ubi per ligamentum, quod eos juxta malleolum coërcet, una incedunt: dein etiam ex parte [g] inter duo ligamenta, illud quod modo diximus, illudque quod mox infra malleolum. Per summum dorsum, tendo *Extensoris proprii pollicis* [h], illique *Extensoris longi digitorum* [i]: *hi* porro per dorsum digitorum [k], *ille* per pollicis [l]: omnes nudi.

Praeter eos autem partim sub tendinibus Extensoris longi digitorum [m], Extensoris proprii pollicis, Peronei tertii [m], ac brevis, partim nudus in dorso eodem pedis, pollicis, digitorum, situs *Extensor brevis digitorum pedis* [n]: in pollice autem extremus tendo ejus ad pollicem pertinens, subit tendinem Extensoris proprii pollicis [o]. Praeterque brevem illum partes quorundam, quos plantae accensemus, *Abductoris pollicis* [p], *Flexo-*

d Eustach. Tab. xxviii. ς. in pede sin. & Tab. xxxii. 9. & Tab. xxx. ν. in pede extr.
e Eustach. Tab. xxx. ζ. in pede extr.
f Eustach. Tab. xxx. ε. in pede extr.
g Eustach. Tab. xxxi. o. tectus n. inter u. & w.
h Eustach. Tab. xxviii. 4. in utr. pede extr. & Tab. xxxii. 10. in utr. pede extr. & Tab. xxx. κ. in pede extr. & Tab xxxiii. 12-β.
i Eustach. Tab. xxviii. 1. &c. in pede extr. utr. & Tab. xxxii. ς. in pede extr. utr. & Tab. xxx. θ. in utr. pede extr.
k Eustach. Tab. xxviii. 12. 15. 18. 21. in sin. ped. extr.
l Eustach. Tab. xxviii. 4. in pollice utr.
m Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 1. ω. &c. sub tendinibus per dorsum pedis porrectis.
n Eustach. Tab. xxxiii. 18.
o Eustach. Tab. xxxiii. 18-β. tectus 12-β.
p Eustach. Tab. xxviii. 8. in utroq. ped. extr.

q Eu-

Flexoris brevis ejus, *Abductoris minimi* [q], itemque *Flexoris ejus brevis* [r], & *Interoſſeorum externorum* [s].

CAPUT XXXIV.

De ſitu illorum, qui in Planta & Digitorum pedis parte inferiore.

Primi in planta, *Flexor brevis digitorum pedis*, *Abductor pollicis pedis*, *Abductor minimi pedis*. *Flexor brevis* [a] per mediam plantae longitudinem, ab interno latere pedis extremi *Abductor pollicis* [b], ab externo *ille minimi* [c]. *Hujus* initium ex parte ſubjacet Flexori: *hujus*, ſaepe Abductori pollicis. *Flexoris* tendines per inferiorem digitorum partem procurrunt [d], ubi primi, niſi quod in fine ex parte ſuperſcandant Flexoris longi tendines [e]. Rurſus in planta poſt Flexorem brevem, *caput ad Flexorem longum digitorum accedens* [f], cujus principium ſupra Abductorem minimi, pollicisque; pone hunc à latere calcanei nudum. Tum tendo *Flexoris*

q Euſtach. Tab. XXIX. 3. in ped. extr. utr.

r Caſſer. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XXXIX. Fig. 3. I. ad externum latus pedis extremi: & Bidloo Tab. LXXXII.

s Caſſer. Tab. apud. Spigel. Lib. IV. Tab. XXIX. Fig. 3. I. I. I. pollici proximae: & Bidloo Tab. LXXXII.

a Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. Θ.

b Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. ε. & Euſtach. Tab. XXVIII. 8. in utr. pede.

c Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. ε. & Euſtach. Tab. XXIX. 3. in utr. pede extr.

d Caſſer. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 2. tendines D. D. D. in digitis: & Bidloo Tab. LXXXV. I. tendines in digitis.

e Bidloo Tab. LXXXV. I. tendines in fine tecti tendinibus muſculi *H.*

f Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. Λ. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 187.

g Ve-

oris longi digitorum [g], *Flexorisque longi pollicis* [h], quorum *ille* à latere calcis supra Abductorem pollicis incedit [i], post supra Flexorem brevem digitorum; quatuor deinde, in quos se findit, tendinibus supra ejusdem brevis *tendines*, per plantam [k], perque digitos [l], solummodo ad postremum infra eos [m]: *hic* autem primum quidem à latere calcis supra Abductorem pollicis [n], dein vero supra caput ad Flexorem longum digitorum accedens, hujus deinde Flexoris tendinem [o], post Flexorem brevem digitorum [p], ultra eum nudus [q], per plantam, pollicemque.

Deinde autem *reliqui in planta sitorum*. Ex quibus primo *Lumbricales pedis* [r] in media planta, unus à cujusque tendinum Flexoris longi digitorum interiore latere, iique ex parte supra Flexorem brevem digitorum [s].

Flexor

g Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 14. b. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 186.

h Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 14. d. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 4.

i Eustach. Tab. XXVIII. E. tectus 8. dext.

k Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 14. b. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 186.

l Bidloo Tab. LXXXV. tendines musculi H. in digitis.

m Bidloo Tab. LXXXV. tendines musculi H. in digitis, tegentes illos l. ab inferiore parte.

n Eustach. Tab. XXVIII. II. tectus 8. dext.

o Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 14. d d. tectus n b. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 4. 4. tectus 186.

p Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. LXII. Fig. 2. M M. tectus C C C.

q Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 14. d. in planta: & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 1. 4.

r Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 14. μ. etc. & Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 2. K. K. K. K. & Fig. 3. F. F. F. F.

s Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 2. K. K. K. K. tecti C C C.

t Eu-

Flexor brevis pollicis pedis [t] à parte pollicis, partim supra Abductorem pollicis [u], partim Flexorem brevem digitorum [w], partim tendinem Flexoris longi pollicis [x], eumque Flexoris longi digitorum [y], primumque Lumbricalem [z], alioquin nudus & in planta [a], & à latere interno pedis [b]. Juxta latus ejus externum *Adductor pollicis pedis* [c], supra tendinem Flexoris longi digitorum [d], caputque ad eum accedens, & Flexorem brevem pollicis [e], Lumbricalesque ac tendines Flexoris longi digitorum primos duos, vel tres, vel omnes. *Transversus pedis* [f] *ab externo hujus Adductoris latere juxta digitos, supra tendines Flexoris longi digitorum*, supraque Lumbricales, inter hos ex parte nudus.

t Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 1. H H. & Fig. 2. inter F F. & M M. & Fig. 3. R R. & Tab. XLIII. Fig. 1. E D. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 180.

u Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 1. H H. tectus E E.

w Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 2. qui est inter F F. & M M. tectus C C C.

x Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 3. R R. tectus C.

y Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 3. R R. tectus B.

z Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 3. R R. tectus F. superiore.

a Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLII. Fig. 1. H H.

b Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLI. Fig. 1. qui à superiore parte extremi O.

c Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLIII. Fig. 1. C. & Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. D. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 11. & Tab. LXVI. Fig. 1. 10. in planta.

d Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 11. tectus 186.

e Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab XLIII. Fig 1. C. tectus D E.

f Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. XLIII. Fig. 1. I K L. & Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. E.

g Cas-

dus. *Flexor brevis digiti minimi pedis* [g] juxta digitum illum, partim supra Abductorem minimi [h], partim nudus tum ab inferiore parte in planta [i], tum ab exteriore in dorso pedis [k]. *Interossei* [l], ut in vola, ab hac parte postremi sunt. Quorum *uterque digiti tertii*, *quartique*, *ille quinti*, quandoque & *secundus secundi*, supra tendines Flexoris longi digitorum: iidem, praeter *illum quinti*, & quoque tantum aliquando *secundus secundi*, supra Lumbricales. *Uterque quarti* supra caput ad Flexorem longum digitorum accedens: *secundus ejusdem* etiam supra Flexorem brevem digitorum. Omnes juxta digitos supra Transversum pedis [m], praeter *primum secundi*: & cum Transversus tantum ab osse quarto metatarsi incipit, praeter *illum quinti*. *Primus* autem *secundi* totus supra Adductorem pollicis: supra quem etiam, sed tantum ex parte, *secundus ejusdem* [n], & *tertii uterque* [o]. *Ille minimi* etiam ex parte supra Flexorem

g Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XLII. Fig. 2. I. & Fig. 3. H. inferior: & an Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 190? & Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XXXIX. Fig. 3. I. ab externo latere pedis extremi: & Bidloo Tab. LXXXII.

h Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XLII. Fig. 2. I. inf. tectus G G G H H.

i Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XLII. Fig. 2. I. inf.

k Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XXXIX. Fig. 3. I. ab externo latere pedis extremi: & Bidloo Tab. LXXXII.

l Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XLIII. Fig. 1. H. H. H. & Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. & 3. & Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 1. 191. & Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XXXIX. Fig 3. I. I. I. I. pollici proximi: & Bidloo Tab. LXXXIII.

m Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab XLIII Fig. 1. H. H. H. tecti I K L. & Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. A. A. A. tecti E.

n Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XLIII. Fig. 1.

o Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XLIII. Fig. 1.

rem brevem minimi [p]. Caeterum ex parte etiam à lateribus Lumbricalium, & tendinum Flexorum, nudi *uterque tertii & quarti*, & *ille quinti*. Sed pars praeterea *secundi digiti secundi* supra primum tertii, *secundi tertii* supra primum quarti, *secundi quarti* supra illum quinti. Atque *uterque secundi*, *secundus tertii*, *idemque quarti*, etiam ad dorsum pedis pertinent [q], ibi ossibus metatarsi interjecti, & magnam quidem partem nudi, partim tecti Extensore digitorum brevi, Extensorisque longi digitorum tendinibus, solo *primo secundi* à longi tendinibus libero.

Supereſt tendo *Peronei longi*, qui primum supra Abductorem minimi [r], tum per vaginam suam incedit [s] supra prima illorum Interosseorum, qui à vagina illa oriuntur, initia, illudque Adductoris pollicis, ad postremum supra Flexorem brevem pollicis.

p Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XLIII. Fig. 1. G. tectus F.

q Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. XXXIX. Fig. 3. I. I. I. pollici proximi: & Bidloo Tab. LXXXII.

r Eustach. Tab. XXIX. Σ. tectus 3. in utr. pede extr.

s Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. XY.

HISTORIAE MUSCULORUM HOMINIS

LIBER TERTIUS

In quo singulorum historia traditur.

PROOEMIUM.

Quoniam ergo quae de situ musculorum existimavimus esse dicenda, absolvimus, tempus est ad accuratiorem singulorum descriptionem proficisci, quam in hunc librum transferendam esse putavimus. Trademus autem cujusque originem, decursum, insertionem, formam, carneam tendineamque partem, cohaesionem, si quae sit, cum aliis, usum, icones. Trademus, quales frequentius invenimus in optimis corporibus hominum, qui ad plenum incrementum suum, roburque pervenerant: eos enim, utpote perfectiores, placuit eligere, cum qua se ratione in quaque parte aetatis, omnibusque in hominibus habeant, aut difficillime, aut nullo modo dici possit. Passim tamen adscribemus, quomodo etiam in perfectioribus discrepent, praesertim si frequenter, multumque discrepent. Multas autem, quas praeterea animadvertimus, varietates, quia multiplices, & pleraeque parvi momenti sunt, scientes praeteribimus, ne rem per se satis impeditam, his, quae parum utili-

tilitatis habent, magis impediremus. Quanquam non alieni essemus ab eo, ut ad pleniorem operum naturae, etiam ludentis, cognitionem, quid à regula, quam proponemus, in aliis atque aliis recedat, subjiciatur: qua in re, si ex iis, quae adhuc vidimus, judicare licet, nullus invenietur finis, habebuntque semper, qui his capiuntur, sicut nos habuimus, rem anatomicam quo locupletent. Nobis inconstantia illa naturae non mediocriter auxit laborem, saepe, quid pro regula eligeremus, incertis. Eoque factum, ut didicerimus, non modo recte observandum, sed etiam iterum, ac saepius: & quod majus quiddam est, delectum esse quendam habendum eorum, quae observantur; discernendaque quae perfectiora sint, & ex naturae instituto inprimis facta, ab iis quae aberrent. Ita autem ad judicandum rogamus accedere ut velint, qui cum iis, quae natura ipsa, id est, corpora hominum, eis exhibebunt, haec nostra aliquando comparabunt. Origines, decursus, insertiones, & cohaesiones accuratissime persequemur. Figuram in genere, neglecturi minutiora, quae legenti difficultatis multum afferrent, utilitatis parum, & quae si expeterentur, pictura praestaret quam verbis exprimere. In genere quoque carneam tendineamque partem, & maxime quales illae in exterioribus musculorum apparent. Neque putamus faciundum, ut singulas cujusque fibras operose describamus: nam esset infinitus labor, & neque nobis jucundus, neque necessarius anatomes Cultoribus; sufficitque earum decursum in universum cognovisse. His autem, qui res parvi momenti colligere amant, non magis quam illis, qui varietates, deerunt addenda. Et fortasse videbimur earum plus etiam satis admiscuisse: fere tamen nullas addemus, nisi quae non modo non turbent,

sed

sed etiam juvent pleniorem cognitionem. Quid singuli soli & toti efficere valeant, cum nihil eis obstat, breviter indicabimus: quandoque etiam, cum pars altera earum, quibus affixi, firmata; aut cum tantummodo agunt parte quadam sui. Atque in his omnibus, ut hoc semel dicatur, cum corporis universi statum, partiumque positum, sumemus, quem in secundo libro definivimus, tantummodo in actionibus recensendis, ubi necessarium videbitur, alios interdum assumturi. Spes enim est simplicibus his regulis effecturos esse, ut qui animum adhibere velint, non multum inventuri sint difficultatis ad eadem in omni alio statu, posituque, intelligenda. Quod vero attinet ad icones, etsi nostra cura expressas dare optavissemus, tamen noluimus editionem hujus historiae differre, donec tantae molis opus aliquando possemus absolvere; praesertim cum exstent Vesalianae & Eustachianae, utraeque profecto bonae, & illae etiam artificii plenae, hae accuratae, perspicuae, & quod non parvi momenti est, judicio concinnatae. Iis itaque, quae praecipuam non modo tyronibus, sed etiam provectioribus, consummatisque in rebus anatomicis, utilitatem praebent, etiam nunc utemur, ut in superiore libro usi sumus. Per quem fere usi sumus Eustachianis, quoniam fere poterant sufficere, & ne per plures quaerendi labore augeremus difficultatem intelligendi: nullibique, nisi ubi illae non sufficiebant, adhibuimus alias. In hoc autem, ut descriptio plenior erit, ita etiam quaecunque bonae, aut tolerabiles sint, laudabuntur. Primasque dabimus Eustachianis, ut quae ad usum optimae. Post eas sequentur Vesalianae, quae rebus quidem illis, quibus Eustachianae inprimis commendabiles, inferiores quam illae sunt; picturae autem artificio, & nativa rerum specie longe superiores. Atque utinam apud

hos

has omnia invenirentur, & non haberemus necesse, alios quoque advocare, eoque onerare bibliothecam Myographicam! Ubi vero illi nos deficient, ad eos, qui quidque optime exhibuerunt, confugiemus. Adhibere autem judicium in omnium delectu, ordineque, annitemur, ut in superiore annisi sumus libro. Haec in singulis musculis exequi studebimus. In eorum vero recensione eum ordinem tenebimus, quo alii post alios à capite ad calcem dispositi sunt, quem superiore libro indicavimus; ut qui ex ejus praescripto quaerere eos aggredientur, aut demonstrari à nobis videbunt, minimo labore cujusque historiam adhibere operi possint: malumus enim in indicem conjicere, quinam ad quamque partem pertineant; eumque in quartum librum rejicere. Postremo decreveramus singulis subjicere nomina omnia, quae data eis sunt ab omnium aetatum Anatomicis, de quibus loquuntur monumenta: sed ea, quae olim conquisivimus, emittere, ut sunt, nolumus, veriti, ne quis error irrepserit; non vacat autem recensere. Non possumus tamen, quin adscribamus nomina, aut si qui sine nomine indicati, breves circumscriptiones, quibus usi sunt, qui principes in Myographia exstiterunt, suarumque observationum fructum publice protulerunt. Nam etsi videamur nostris, ad quae tantam contentionem animi adhibuimus, inprimis favere posse, nec tamen injurioso esse in egregios illos Viros: tamen eorum etiam monumenta apud nos sunt in debito honore & pretio; quae ut facilius ab iis, qui & nostris uti, & illa quoque evolvere, è re sua putabunt, adhibeantur, ipsaque simul noscantur, adjiciemus nomina, aut circumscriptiones, quibus musculi in iis significati. Hic vero ne quis exspectet, nos omnes, qui de quaque re aliquid boni, aut memorabilis tradiderunt, exquisita cura congesturos: non sumus nescii,

quantum susciperemus negotii, si hoc vellemus conari; & cogeremur plus etiam his temporis, quam commode possemus, impendere. Indicabimus praecipuos, & quorum plerosque jam diu collectos nunc habemus in promtu; his, quae nobis non sine labore paravimus, qualiacunque sint, aliis aliquantum gratificandi voluntate. Nunc nihil amplius obstat, quominus ad ipsos musculos Te, Lector optime, admittamus.

REGIO PRIMA. CALVA.

CAPUT I.

De Epicranio.

Tenui quodam involucro tectum caput est, ab imo occipitio, eique ab utroque latere finitima inferiore parte cranii, per latera calvae, perque occiput, verticemque, ac synciput, frontemque, ad supercilia, majoresque oculorum angulos, perque glabellam, & ab ea etiam excurrente per nasi dorsum. Inest ei musculosa natura, carnea ab utroque latere occipitis, carnea in fronte, superciliis, angulis majoribus, naso: *Occipitales* musculos vocant partes carneas posteriores, *Frontales* priorem; inter quas media tendinea. Occipitales [a] oriuntur ab ossibus temporum & occipitis, continuo, transversoque, à radice processus mammillaris, & quidem ab ejus posteriore parte, in occiput ab utroque latere ductu, supra principia Retrahentium auriculas, extremaque Sternomastoïdeorum. Tendinei

a Eustach. Tab. xxix. A. A. & Tab. xxxiv. B. & Tab. xxxi. A. A. & Cowper Myot. ref. ann. 1724. Tab. xxi. E.

b En-

dinei ab initio, mox fiunt carnei : notabilique intervallo disjuncti, ipsi autem tenues & lati, ac breviores quam latiores, oblique per occipitis latera in priora adscendunt, paullatim extenuati, donec in aponeurosem rotundo extremae carnis ambitu quisque abeat. Hae quoque tenues & latae, pergunt, sensimque convergunt ; saepe in fasciculos tendineos visendos distinctae : desinunt autem circa frontem, ab eisque caro procedit, quam dicunt musculos Frontales. Frequenter in robustis vidimus tenues tendineos *fasciculos, secundum superiora lateris calvariae à posteriore parte in priorem porrectos* ; ad quos se Occipitalium oblique ex lateribus adscendentes fasciculi adjungebant, decussantes eos, ipsisque se implicantes. Frontalis [b] uterque ovato mucrone [c] incipit, descenduntque mucrones illi ad frontem [c], & circa superiorem eandemque mediam partem ejus se conjungunt in unum [d] : ex quo nata caro per ipsam frontem se demittit [d], *ejus latitudinem usque in tempora tenens, mediaque parte sui recta descendens* [e] ; *ab hujus utraque parte oblique ex lateribus veniens* [e], eoque fere obliquius, quo temporibus propior. A fronte per glabellam pergit [d], quam integit, ad ejus se figuram anguslans : ab eaque per dorsum nasi, per quod se

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. E. E. & Tab. XXXV. a. a. & Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 1. A. & Cowp. Myot. ann. 1694. Fig. 1. A. A. & ann. 1724. Tab. XXI. A. & Tab. XXII. 17. & Santorin. Tab. 1. A.

c Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 3. A. & Cowper Myot. ann. 1694. Fig. 1. A. & ann. 1724. Tab. XXI. A. & Tab. XXII. 17. & Santorin. Tab. 1. A.

d Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. E E-B.

e Santorin. Tab. 1. A.

f San-

paullatim extenuans, abit in tenuem aponeurosem, quae ab utroque latere confluit cum simili tenuitate eorum, quos Compressores narium appellavimus. Juxta superciliorum capita Frontalium caro extrinsecus dimittere in robustioribus solet portiones duas graciles, ab utroque latere unam; quae per latera summae radicis nasi descendentes, modice convergunt, ac in priora magis quam finitima Frontalium caro, eminent, paullatimque exiliores fiunt, donec se jungant aponeurosi, quam modo diximus. Itemque ab harum externo latere alias duas, quae paullatim angustatae & extenuatae, descendunt, acceduntque ad exteriorem partem principii Levatorum labii superioris alarumque nasi. Ab harum autem externo latere ipsi Frontales se ossi frontis in angulis majoribus oculorum inserunt: atque ita quidem, ut cum ad supercilia venerunt, se ex lateribus secundum supercilia flectant ad angulos majores, ibique in mucronem [f] quisque exeat, paullatim acutiorem, seseque in canthum illum curvantem, & quo dictum est loco, inter ortum Corrugatoris & Orbicularis palpebrarum, mox supra ligamentum, quo angulus major oculi alligatus ossi maxillari superiori, inserentem. In decursu ad canthum illum solent fasciculos quosdam Orbicularibus palpebrarum, aliquando & Corrugatoribus superciliorum continuare. Quin & non raro pars quaedam se Corrugatori circa tempus adjungit, circumeuns cum eo canthum minorem. Quod hujus involucri inter Occipitales, ex occipitio in synciput

[f] Eustach. Tab. xxxv. aa-γ. ut videtur.

ciput, est, tanquam aponeurosi simile. Sic & quod à lateribus supra aures, & in temporibus supereſt, in fine adhaerens auriculis, qua faciunt introitus aurium cartilagineos; summoque margini zygomatum. Caeterum omni amplitudine sua cuti, interveniente panniculo adiposo, pertinaciter adnexum est. Frontales autem sursum & simul aliquantum in diversum trahunt, tenduntque, & explicant supercilia, quod infra supercilia usque ad palpebras est, angulos majores oculorum, glabellam; cutem quoque nasi sursum trahunt, & tendunt; *simulque cutem reliquam capitis, quae retro frontem est, attrahunt ad eam; quo & corrugant frontem*, rugis transversis: juvant etiam Levatores labii superioris alarumque nasi. Cutem capitis retrahunt Occipitales.

Est *Occipito-Frontalis*, Douglas Myogr. Cap. 4.

Partes ejus carneae posteriores sunt *Supercilium trahentes*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 7. *Occipitii musculi*, Fallop. Obs. an. *Occipitales*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 9. Cowper Myot. Cap. 6. Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 3. *Les muscles Occipitaux*, Winslow Exp. an. Trait. de la tête, §. 260. & seq.

Pars carnea anterior, *Musculosa frontis cutem movens substantia*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 7. *Musculi frontis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 3. *Musculus frontis*, Fallop. Obs. an. *Musculi Frontales*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 8. *Musculi cutis frontis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Frontales*, Cowper Myot. Cap. 6. *Musculi frontis*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 9. *Frontales*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 5. *Les muscles Frontaux*, Winslow

low Exp. an. Trait. de la tête, §. 257. & seq.

Pars per nasi dorsum excurrens, *Nasum dilatantes, adhuc à nemine cogniti*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 4. *Quaedam carnosae fibrae, à medio supercilio & spina narium exortae*, &c. Fallop. Obs. an. *Musculus nasi*, Casser. Pent. Lib. III. Sect. I. Cap. 7. & 8. aut pars ejus. Pars *Elevatoris alae nasi*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 10. *Les Pyramidaux*, Winslow Exp. an. Trait. de la tête, §. 330. Huc pertinent *Proceri nasi*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 10.

REGIO II. CIRCA AURICULAM.

CAPUT II.

De Attollente auriculam. [a]

Pertenuis est, & caeteris auriculae musculis amplior, potestque praecedentis involucri pars haberi, à quo supra auriculam, aliquanto infra summum Temporalis, tenuibus sparsisque tendineis filis sensim abscedit rotundi ambitus principio [b], post paullatim angustior & crassior, extremo demum extenuatus, tendineusque; quo se affigit superiori & eidem priori parti eminentiae, quae in dorso auriculae est, qua extrinsecus cavum illud, quod medium inter crura anthelicis. Huc autem fasciculi ejus omni ex parte convergunt: sed prio-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. A. & Tab. XXVIII. c. & Tab. XXXIV. A. & Valsalv. Tab. I. Fig. 3. A. & Santorin. Tab. III. Fig. 4. B. & Tab. I. 4. & Casser. de voc. audit. org. Tab. III. org. aud. Fig. 1. BBB. & Pentaesth. Fig. eadem.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. A-aa. & Tab. XXXIV. A-a. & Santorin. Tab. III. Fig. 4. B.

c San-

priores magis in posteriora vergunt, quam posteriores in priora [c]; & posteriores minus insignes [c]. Sursum trahit auriculam, tenditque illam ejus partem, cui insertus; maxime si eodem tempore agant Frontales & Occipitales.

Est *Auriculae primus*, Fallop. Obs. an. *Primus propriorum auriculae*, Casser. de aud. org. Lib. I. Cap. 5. & Pent. Lib. IV. Sect. I. Cap. 4. *Portio musculi Frontalis supra Crotaphitam ad aurem producti*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 14. *Attollens auriculae*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Le premier de l'oreille*, du Verney Trait. de l'oreil. I. Part. pag. 3. *Attollens auriculam*, Cowper Myot. Cap. 11. *Superior auriculae*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 1. §. 6. *Le premier*, & *le second mitoyen*, Vieussens Trait. de l'oreil. I. Part. Chap. 2. *Superior auriculae*, Santorin. Obs. an. Cap. 2. §. 2. *Le superieur de l'oreille*, Winslow Exp. an. Trait. de la tête, §. 372.

CAPUT III.

De Anteriore auriculae [a].

Pertenuis & hic est, sed multo minor & angustior, eodem caeterum modo nascens ex Epicranio, supra zygoma fere medium. Procedit retrorsum, & simul modice deorsum, paullatim se angustans, & ex carneo in extremum tendineum extenuans. Cum venit ad priorem partem auriculae, subit eam, & se inserit

c Santorin. Tab. III. Fig. 4. B.

a Santorin. Tab. III. Fig. 4. d.

a Val-

ſerit dorſo helicis eminentiae illius, quae concham diſtinguit : eamque eminentiam trahit in priora ſurſum, ac tendit.

Eſt *Auriculae muſculus anterior*, Valſalv. de aur. Part. I. Cap. 1. §. 6. *l'Anterieur*, Vieuſſ. Trait. de l'oreil. I. Part. Chap. 2. *Muſculus novus conchae proprius*, Santorin. Obſ. an. Cap. 2. §. 4. *l'Anterieur de l'oreille*, Winſlow Exp. an. Trait. de la tête, §. 373.

CAPUT IV.

De Retrahentibus auriculae [a].

Tres Retrahentes ſunt ſatis ſimiles inter ſe, parvi, graciles, ab initio tenues, tendinoſi, anguſti; inde ſenſim anguſtiores, ſed carnei, & primo craſſiores, poſt tenuiores; ad poſtremum tendinei. Oriuntur ab exteriore & eadem poſteriore parte radicis proceſſus mammillaris, ſtatim ſupra finem Sternomaſtoïdei : indeque fere ex tranſverſo pertinent ad medium maxime dorſum ſuperioris illorum auriculae cavorum, in quae concham helicis eminentia diſtinguit. Itaque concham tendunt, auriculam trahunt retrorſum. Aliquando medius inſignior eſt, craſſior, longiuſque veniens. Inferior aliquando deeſt, plerumque degenerat: nam & longius venit, ſaepe ex occipitio, aliquando inter ultima extrema Cucullaris & Complexi : & major eſt, &

a Valſalv. Tab. 1. Fig 3. C.C.C. & Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxv. Fig. 7. 39. & Caſſer. de voc. audit. org. Tab. 11. organ aud. Fig. 1. A. B. C. & Pentaeſt. Fig. eadem.

a Eu-

& modo ad inferiorem partem conchae pertingit, modo circa eam in tenuitatem ſenſim evaneſcit, modo etiam parte quadam ſe continuat extremo Sternomaſtoïdeo. Infra hunc aliquando adhuc unum vidimus, pergracilem, & imperfectiorem.

Sunt *Auris muſculus à mammillari proceſſu proficiſcens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 10. *Secundus auriculae*, Fallop. Obſ. an. *Secundus propriorum auriculae*, Caſſer. de aud. org. Lib. I. Cap. 5. & Pent. Lib. IV. Sect. I. Cap. 4. *Proprius auris externae*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 14. *Le ſecond de l'oreille*, du Verney Trait. de l'oreil. I. Part. pag. 3. *Retrahens auriculam*, Cowp. Myot. Cap. 11. *Poſteriores auriculae*, Valſalv. de aur. Part. I. Cap. 1. §. 6. *Le poſterieur*, Vieuſſ. Trait. de l'oreil. I. Part. Chap. 2. *Poſteriores auriculae*, & *Poſtici*, Santor. Obſ. an. Cap. 2. §. 10. Huc quoque pertinent *Poſtici corrugatores*, *ſeu Occipitales minores*, Santor. Obſ. an. Cap. 1. §. 4. *Le poſterieur*, Winſlow Exp. an. Trait. de la tête, §. 374.

REGIO III. FACIES.

CAPUT V.

De Orbiculari palpebrarum [a].

Hic in ſphincterum numero habetur, formamque habet ovatam, tegumento ſimilis. A cantho

T autem

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. 1. FF. & Tab. XXVIII. ee. & Tab. XXXV. bb. & Cowp. Myot. ann. 1694. Fig. 1. B. & ann. 1724. Tab. XXI. B. & Tab. XXII. 27. 27. & Sant. Tab. 1. DEF. & Caſſer. Pent. Tab. 1. org. vis. Fig. 1. BBDD.

b San-

autem majore orsus, circumeunsque oram cavi ossei oculi simul cum utraque palpebra, rursus ad eundem canthum redit [b]. Et in cantho sua superiore parte inhaeret [c] tum ossi frontis, statim supra priorem partem ossis unguis; tum vicinae parti ossis maxillaris superioris: *deinde & superiori parti ligamenti* [c], quod ab osse maxillari superiori, è regione commissurae palpebrarum in cantho majore, ex transverso ad commissuram illam deductum, pro longitudine sua latum, planum, robustum. Inferiori in eodem cantho inhaeret [c] orae foraminis oculi, factae à processu nasali ossis maxillaris *superioris*; *itemque inferiori parti ligamenti* [c], quod diximus. Et qua his inhaeret, tendinosus est. Praeterea exigua portione canthum majorem aliquando circumit, ea non affixus parti ulli. Est vero insignior & crassior, qua ab ora *foraminis oculi incipit*: *exilior*, *angustiorque*, qua à ligamento. Illa [d] quoque parte crassior manet, & latior: hac [e], qua inprimis palpebrae obductae [e], tenuior, & angustior; quanquam totus non admodum crassus sit. Praeter palpebras autem totum tenet *supercilium*, magnamque genae partem, & quod ab angulo minore usque in tempus est [f], cum harum partium cute interventu panniculi adiposi omni exteriore amplitudine sua conglutinatus. Adde quod juxta caudam supercilii accipiat insignem Cor-

b Santorin. Tab. 1. *DEF* fin.
c Santorin. Tab. 1. *.
d Santorin. Tab. 1. D. & Casser. Pentaesth. Tab. 1. organi visus Fig. 1. BB.
e Santorin. Tab. 1. E. F. & Casser. Pentaesth. Tab. 1. org. vis. Fig. 1. DD.
f Santorin. Tab. 1. D.

g San-

Corrugatoris supercilii partem [g], eaque extimus ejus margo per canthum minorem, genamque, fiat [g]. Atque ille margo ex fasciculis laxius conjunctis constat, reliquo musculo strictius compacto. Et fere solus ille margo circum canthum minorem continuus est: partes enim, quae per palpebras incedunt, suis fibris ultra canthum minorem conveniunt in angulos acutos [h], seseque decussant, implicantque, ea parte frequenter tendineae, & aliquando tendineum discrimen efficientes. Vidi easdem partes dicto in loco simul in acutum mucronem abeuntes, panniculo adiposo innexum, integentemque illum *Orbicularis marginem*, quem ex supercilio circum canthum minorem in genam continuo ductu incedere dixi. Cum incipit Orbicularis agere, palpebras adducit ad se invicem: cum pergit fortius, easdem comprimit, corrugatque; supercilium praeterea, & angulum minorem, genamque, cum palpebris, & contrahit, & aliquantum adducit ad canthum majorem; premit denique globum oculi.

Interdum ab ejus inferiore parte, quae juxta canthum minorem est, & quae à Corrugatore fit, pergracilis secedit portio [i], descenditque oblique, mox adjungens se ad exteriorem marginem Levatoris labii superioris, (aut ad Zygomaticum minorem) & cum eo per labium illud dispergens; quod paullo quam ille magis extrorsum attollit: & videri quoque potest Orbicularem posse detrahere.

g Santorin. Tab. 1. C.
h Santorin. Tab. 1. E. F.
i Santorin. Tab. 1. o.

a San-

Est, qui *duo palpebrarum musculi*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 9. *Palpebrarum primus*, *orbicularis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 8. *Exterior*, *qui totum oculum ambit*, Fallop. Obs. an. *Orbicularis palpebrarum*, Fabric. de ocul. Part. I. Cap. 12. una cum *supercilii musculo*, Ibid. Part. III. Cap. 14. *Orbicularis palpebrae musculus major*, Casser. Pent. Lib. V. Indic. Tab. I. Fig. 1. BBB. una cum *minoribus palpebrarum musculis*, Ibid. DD: vide & Lib. V. Sect. I. Cap. 8. *Orbicularis latus* cum *Ciliari*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 10. Qui *Claudentes palpebras*, *sive Semicirculares*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Sphincter*, Molinett. Diss. an. path. Cap. 5. *Orbicularis palpebrarum*, Cowper Myot. Cap. 7. Douglas Myogr. Cap. 5. *Orbicularis oculi*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 6. & seq. *Le muscle Orbiculaire*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 286. & seq.

Portio, quae se adjungit ad Levatorem labii superioris, est *perpetuus lacertulus ab imo Orbiculari*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 7.

CAPUT VI.

De Corrugatore supercilii a.

Ab osse frontis in glabella (ubi alter alterum pacne contingit) & capite supercilii incipit, modo uno latiore, modo duobus, modo tribus tendinosis acutis principiis: indeque paullatim latior, & pri-

a Santorin. Tab. 1. I. & Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XXV. Fig. 5. b.

b San-

primo crassior, mox tenuior, per dorsum supercilii ossei se inflectit, cumque ultra mediam ejus longitudinem processit, se valde extenuat, acceditque ad interiorem, & ad superiorem Orbicularis palpebrarum partem; cum qua confluit, pergitque circum angulum minorem [b], ut in ejus historia retulimus, cum eo quoque adnexus cuti, interventu panniculi adiposi: partim se etiam extremo Frontali continuare solet. Glabellam & supercilium deprimit, adducitque simul ad nasum; glabellam & caput supercilii corrugat, & in priora magis eminere facit, pilosque earum partium erigit in priora; caudam supercilii, & quod mox infra eam est, non corrugat, sed praetendit palpebrae superiori: ac cum Orbiculari contrahit ambitum oculi.

Est, *qui sub cute supercilii*, &c. Coiter. Obs. anatom. chirurg. pag. 109. An pertinet ad *supercilii musculum*, Fabric. de ocul. Part. III. Cap. 14.? *Notatus a Volchero Coiter, deprimendo, corrugando, & retrahendo versus nares supercilio destinatus*, Riolan. Anthropog. Lib. V. Cap. 8. *Corrugator*, apud Cowper. Myot. Cap. 6. in Frontali. *Musculus Frontalis verus, seu Corrugator Coiteri*, Douglas Myogr. Cap. 4. *Corrugator*, apud Morgagn. Adversar. anat. II. Animadv. 12. *Corrugator supercilii*, Santorin. Obs. anat. Cap. 1. §. 6. *Le muscle Sourcilier*, Winslow Exposit. anat. Trait. de la tête, §. 265. 266.

b Santorin. Tab. 1. C.

a Cow-

CAPUT VII.

De Compreſſore naris [a].

Parvus hic muſculus, totuſque tenuis, anguſto principio oritur ab exteriore parte radicis alae naſi, juxta illam, cui inſertus eſt Levator labii ſuperioris alaeque naſi; cum cujus etiam extremo ad alam naſi pertinente, à principio commiſtus eſt. Ab ortu lateſcit ſenſim, & per lateris naſi amplitudinem illam, quae inter extremum naſum oſleum alamque eſt, incurvo ductu incedit ad dorſum naſi: quod antequam attingat, *ſe in membranae ſpeciem extenuat*, eaque ſe cum ſimili membranaceo Frontalium extremo conjungit; faſciculis porro ſubtilibus dorſum naſi conſcendens, donec eos dexter ſiniſterque commiſceant [b], praeſertim ſuperiores. Latus mobile naſi premit ſeptum verſus, eoque narem aliquantum comprimit, & cutem lateris mododicti corrugat ex tranſverſo: ſed neceſſe eſt, ut alae radix eodem tempore retineatur à Depreſſore ſuo; caeteroquin enim eam attollit in priora, inprimis ſi dexter ſiniſterque conſpirent. Quod ſi uterque cum Depreſſoribus illis agat, his tamen praevalentibus, alae deprimuntur, & narium latera mobilia aguntur ſeptum verſus, ac cutis, qua latera illa, & ad quam ea pertinent dorſi naſi pars, veſtita, circum ea ipſa tenditur. Atque hic notandum, Compreſſoris principium cum Depreſſore alae per-

a Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxi. gG. & Tab. xxii. 35. & Santorin. Tab. I. aa. ſin. & a. dext.

b Santorin. Tab. I. aa. ſin. & a. dext.

a Eu-

pertinaciter connexum esse; & cum eodem ita eum naturam aliquando conjungere, ut efficiat pene unum ex duobus illis.

Est, de quo Falloppius, *Alium praeterea invenio musculum carneum*, &c. Obs. an. in musculis nasi, buccarum, & labiorum. An *parvus nasi musculus*, Casser. Pent. Lib. III. Sect. I. Cap. 9. qui est *alius externus, qui alam naris dilatat sine elevatione nasi*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 13. & *primi paris Constringentium alas*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5.? *Elevator alae nasi*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 10. De quo Morgagni; *Itaque animadvertimus in Eustachii Tabulae*, &c. Adv. an. II. Anim. 12. *Transversus*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 11. & 12. Videtur esse *le Transversal ou inferieur*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 332.

CAPUT VIII.

De Levatore labii superioris alaeque nasi [a].

Labii superioris partem, quae à latere alae nasi est, & finitimam ipsius alae attollit canthum majorem versus, unde à processu nasali ossis maxillaris superioris, secundum surgentem de gena nasum, descendit; partimque fasciculos tenues inserit superiori parti alae, juxta genam; partim ulterius per vicinum labium decurrit [b], ubi pertinaciter & ad panniculum adiposum, &

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. H. & Tab. XXVIII. g. & Casser. Pent. Tab. II. org. olfact. Fig. 1. G. & Santorin. Tab. 1. S T.

b Santorin. Tab. 1. S.

c San-

& ad Naſalem labii ſuperioris, Orbicularemque oris adnexus. Principii anguſti eſt, tenuiſque, & tendinoſi: inde à primo paullatim latior, primumque craſſior, mox tenuior, per labium denique inſigniter extenuatus, ſenſimque evaneſcens. In fine ſe conjungit & commiſcet cum principio Compreſſoris naris, extremoque Levatoris labii ſuperioris: & antequam ad labium venerit, pertinaciter connectit cum Depreſſore alae naſi, ei ſe etiam aliquando parte quadam continuans. Ad haec à parte ea, qua ſpectat naſi latus, portionem [c] tenuem per pingue lateris naſi demittit ad alam, eam verſus paullatim evaneſcentem. Dum vero attollit labium cum ala, cutem, quae inter haec eſt angulumque majorem, laxat, & in priora aliquantum ſurgere facit; augetque lacunam illam, qua gena ab ala naſi labioque ſuperiore diſterminatur. Atque eandem lacunam, ut ſemel quaeque, quantum fieri poteſt, dicantur, pariter, cum agunt, inſigniorem efficiunt Levator labii ſuperioris, Zygomaticus uterque, Levator anguli oris, Buccinator.

Eſt pars *alae naſi muſculi*, *praeſentis capitis* (de buccarum, labrorum, & naſi alarum muſculis) *in altero latere quinti*, *aut omnium noni & decimi*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 13. Pars paris *ſexti* (eorum, *quibus narium pinnae*, *labia*, *& totius faciei cutis moventur*) *ab ipſo* (Veſalio) *quinto in loco numerati*, Fallop. Obſ. an. in muſculis naſi, buccarum, & labiorum. Vide & Co-

c Santorin. Tab. I. T.

2 Eu-

Columb. de re anat. Lib. V. Cap. 6. *Musculus supercilii musculo junctus superiori labro insertus*, Casser. Pent. Lib. III. Indic. Tab. II. Fig. 1. G. *Pars primi, nasi alas abducentis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Retractor alae nasi & Elevator labii superioris*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 9. *The second of the common of the nose*, Dougl. Myogr. Cap. 7. Pars *Elevatoris labii superioris proprii*, Ejusd. Cap. 8. *Dilatator alae nasi & Elevator labii superioris*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 10. *Pyramidalis*, cum *Pyramidalis vel socio vel parte*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 9. *La grande portion de l'Incisif lateral*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 562. una cum illo, quem dicit, *le muscle oblique ou lateral*, ibid. §. 331. ut videtur.

CAPUT IX.

De Levatore labii superioris [a].

Latum ei principium, & aliquando simplex [b], aliquando in duo [c], aut tria capita paene aequaliter [c], alias & inaequaliter fissum; quo in gena supra foramen, quod infra orbem osseum oculi est, oritur secundum inferiorem partem istius orbis, latitudinem, quae ferme à surgente de gena naso, usque qua os jugale in latus prominere incipit, porrecta, tenens. Perque genam se modice in priora ad labium superius demit-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. I K. & Tab. XXVIII. h.

b Eustach. Tab. XXVIII. h.

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. I. K.

d Eu-

tit, sensim angustior, nec admodum crassus. Ad labium autem inter nasum angulumque oris pertingit [d], & cum praecedente, ejus etiam ad exemplum, desinit: quin & priusquam se per labium extenuet, cum Depressore alae nasi pertinaciter connectit. Labium trahit oculum versus, modiceque simul in latus: eoque in priora surgere facit, quod genae inter oculum labiumque est.

Est pars *alae nasi musculi*, *praesentis capitis* (de buccarum, labrorum, & nasi alarum musculis) *in altero latere quinti, aut omnium noni & decimi*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 13. Pars paris *sexti* (eorum, *quibus narium pinnae, labia, & totius faciei cutis moventur*) *ab ipso* (Vesalio) *quinto in loco numerati*, Fallop. Obs. an. in musculis nasi, buccarum, & labiorum. Vide & Columb. de re an. Lib. V. Cap. 6. *Ex propriis, qui superius labrum sursum trahit*, Riolan. anthr. Lib. V. Cap. 12. Pars *primi, nasi alas abducentis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Elevator labii superioris*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. Pars *Elevatoris labii superioris proprii*, Dougl. Myogr. Cap. 8. *Elevator labii superioris*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 7. *Elevator musculus proprius labri superioris, seu Incisorius*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 22. *L'autre portion de l'Incisif lateral*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 562. 563. & 564.

[d] Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. IK-*a*.

CA-

[a] Eu-

CAPUT X.

De Zygomatico minore [a].

Quem Zygomaticum minorem appellamus, eum plerisque datum invenimus, exilem, orientem [b] à priore parte lateris externi ossis jugalis, paullo infra quam à media ejus altitudine; & in priora ad labium superius descendentem; quod in latus oblique sursum trahit. Propter illud autem exteriori se margini Levatoris labii superioris jungit, cum eoque per idem illud labium dispergit. *Fit ut pars* [c] *exilis abscedat ab ejus principio, quae se ad imum Orbicularis* palpebrarum marginem adjungat, per eum incedens canthum majorem versus.

Est *the shortest fleshy slip*, &c. Dougl. Myog. Cap. 8. in Elevatore labii superioris proprio. De quo Morgagn. *Sic ab osse jugali fasciculum fibrarum non contemnendum*, &c. Adv. an. II. Anim. 12. *Zygomaticus minor*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 23. *Le petit Zygomatique*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 560.

CAPUT XI.

De Levatore anguli oris [a].

Oritur [b] è fossula, quae impressa priori parti ossis maxillaris superioris, inter dentes molares primos

V 2

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. L. Santorin. Tab. 1. Q.
b Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. L-α.
c Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. L-β.
a Eustach. Tab. XLI. Fig. 3. E.
b Santorin. Tab. 1. O. dext.

a Cow-

mos & foramen, quod infra orbem osseum oculi; ex eaque circa mediam altitudinem intervalli, quod modo diximus: estque ab ortu tenuis, latiorque. Paullo deinde crassior, & modice angustatus, descendit ad latus anguli oris, juxta quem se praecipue continuat [c] Depressori ejus, atque etiam Orbiculari oris partem dat, qua is se per labium inferius flectit. Angulum illum, malaeque partem, quae à latere menti est, attollit: quo & gena, qua sub oculo prominet, collecta surgit in priora, ut in subridente.

An est pars *alae nasi musculi*, *praesentis capitis* (de buccarum, labrorum, & nasi alarum musculis) *in altero latere quinti*, *aut omnium noni & decimi*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 13. ? Ipse tamen *tertii* eorundem *paris*, qui sunt Zygomatici majores, partem esse suspicatus est, in Examine Obs. Fallop. in nasi alas, labia, & buccas moventibus; *Num tertium vero meum*, &c. Est, de quo Fallop. *Dum tertium par descripsit*, *novum musculum praetermisit*, &c. Obs. an. De quo Riolan. *Labrum inferius sursum trahitur à musculo*, &c. Anthr. Lib. V. Cap. 12. *Secundus*, *ad latera trahens*, *sive abducens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Elevator labiorum*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. & ann. 1724. Cap. 7. *Elevator labiorum communis*, Dougl. Myog. Cap. 8. *Elevator labrorum communis*, *seu caninus*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 24. & 36. *Le Canin*, Winslow Exp. an. Trait. de la tête, §. 561.

C A-

[c] Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxii. 21. continuatus 22.

a Eu-

CAPUT XII.

De Zygomatico majore [a].

Major ab externo latere ejusdem, à quo minor, ossis, paullo supra hujus marginem inferiorem, ibi ubi processum suum posteriorem inchoat, eodem atque ille modo, nisi quod descendat rectius, incedit ad oris angulum, ultraque eum pergens, seseque deorsum curvans, abit in Depressorem ejus [b]. Principium habet tenue, angustum, tendinosum: ab eo fit modice plenior, sic ut gracilis maneat, & multo latior sit, quam crassior: post sensim modiceque latior fit, tenuiorque. Juxta oris angulum non modo abit in Depressorem ejus, sed quadam etiam tenui parte decurrit pone continuationem Depressoris Levatorisque anguli ejusdem, & se juxta illum angulum adjungit exteriori parti Buccinatoris, cum eoque pergit ad Orbicularem oris, ejus deinde partem efficiens. Ab exteriore quoque parte, à latere anguli oris, subtilissimis fasciculis per exteriora primum Depressoris anguli, dein Depressoris labii inferioris, sub pingui labii, quod statim post cutem est, excurrit, à latere anguli per proximam labii inferioris partem in latus oppositum. Angulum oris cum subjecta ei malae parte attrahit eum locum versus, qui medius inter tempus & aurem:

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. N. & Tab. XXVIII. k. & Tab. XXXV. f. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXII. 20. & ann. 1694. Fig. 1. G. Santorin. Tab. 1. P.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. N-β. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. 1. G. continuatus H.

a Eu-

aurem : atque eo simul genam , ut praecedens , verum insignius , in tumorem sub oculo collectam surgere in priora facit, eandemque cogit tempus versus, ut in ridente.

Est unus ex *quatuor musculorum labris propriorum duobus primis* , Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 13. *Zygomaticus* , Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 12. *Primi paris, sive attollentis labium superius* , Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. haud dubie. *Zugomaticus* , Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. *Zygomaticus* , Dougl. Myog. Cap. 8. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 7. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 12. *Zygomaticus major*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 26. & 36. *Le grand Zygomatique* , Winsl. Exp. an. Trait. de la tête , §. 559.

An fasciculi ejus sub pingui labii inferioris excurrentes, sunt *Corrugatoris seu Protrusoris*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 31. *ordo exterior* , §. 32.?

CAPUT XIII.

De Depressore anguli oris [a].

Depressor anguli oris valde tenuis est , & ab exteriore parte pertinaciter conjunctus cum panniculo adiposo , ab interiore cum Depressore labii inferioris. Incipit [b] ab exteriore parte imi marginis maxillae

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. P. dext. & Tab. XXXV. 1. utr. lat. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXII. 22. & ann. 1694. Fig. 1. H. Santorin. Tab. 1. X.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. P-aa. Santorin. Tab. 1. X.

c Eu-

xillae inferioris, à latere menti; latus ibi, sed statim angustior, seseque quo magis adscendit, magis angustans, totusque modice in priora recurvans. Adscendit usque ad angulum oris; juxta quem se exteriore sui parte continuat [c] Zygomatico majori: interiore autem, quae praecipua, Levatori anguli [d]. Qua vero angulum oris spectat, secundum eum se flectit ad labium superius, abitque in exteriorem Orbicularis partem, qua is labium superius ab oris angulo juxta os ambit. Angulum oris deprimit; contrarius praeterea Zygomatico majori & Levatori anguli oris. Quibusdam in imo mento dexter sinisterque lunato ductu cohaerent [e].

Hic à Vesalio haud dubie habitus pro parte Latissimi colli, qui est *alterius lateris primus musculus*, eorum *qui buccas & labra movent*, de H. C. F. Lib. II. Cap. 13. Est *à menti lateribus adscendens in labrum supernum*, Sylv. Isagog. anat. Lib. II. Cap. 7. in musculis moventibus labra. *Labium superius deorsum movens, à mento in* illud *labium delatus*, Laurent. Histor. anat. Lib. V. Cap. 15. *Ex propriis, quo superius labrum deorsum movetur*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 12. *Quarti paris propriorum labiis*, Vesling. Synt. Cap. 13. *Depressor labiorum*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. & ann. 1724. Cap. 7. *Depressor labiorum communis*, Dougl. Myogr. Cap.

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. P-β. Cowper. Myot. ann. 1694. Fig. 1. H. continuatus G.

d Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXII. 22. continuatus 21.

e Eustach. Tab. XXXV. ii-α.

a Eu-

Cap. 8. *Labrorum communis depressor, seu Triangularis*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 28. & 36. *Le Triangulaire*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 566.

CAPUT XIV.

De Depressore labii inferioris [a].

Tenuitate praecedentis similis, paullo supra, quam ab eo, unde ille, maxillae loco oritur, ab initio ad finem usque latus. Saepe autem margo ejus exterior fit à portione Latissimi colli, ad eum accedente. Ad os à *latere menti*, perque *menti latus*, & per labium inferius, oblique adscendit, & pertinet ad totam prope longitudinem labii inferioris, hoc ubi rubrum esse incipit desinens, fine extenuato. Ac dexter cum sinistro sua amplitudine quasi conglutinatus est; itemque alter cum Orbiculari oris, uterque cum Depressore anguli oris. Labium inferius, & quod infra id à latere menti est, ipsumque mentum, oblique in latus, in quo situs, detrahit.

Est unus ex *quatuor musculorum labris propriorum duobus inferioribus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 13. A quo *labrum inferius deorsum movetur*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 12. *Tertii paris, deprimentis inferius labium*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Quinti paris propriorum labiis*, Vesling. Synt. Cap. 13. *Depressor labii*

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. Q. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXII. 25. Santorin. Tab. 1. Y.

a San-

labii inferioris, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. & ann. 1724. Cap. 7. *Depreſſor labii inferioris proprius*, Dougl. Myogr. Cap. 8. *Labri inferioris Depreſſor proprius*, Santorin. Obſ. an. Cap. 1. §. 32. Pars ejus, qui *le Quarré*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 567.

CAPUT XV.

De Naſali labii ſuperioris [a].

Muſculus quidam parvus tenuiſque, cui Naſalis labii ſuperioris nomen poſuimus, ſe à globo, imaque parte ſepti naſi demittit; in globo ab apice cartilaginis, è qua cum pare ejus globus ille majorem partem fit, oriens tenuiſſimo principio: indeque continuo ſecundum marginem ſepti, ex ejus involucris, uſque qua labium ſepto continuatum, principio pariter tenuiſſimo, ſed latiore. Retrorſumque ſecundum ima ſepti incedit ad labium, ſenſim craſſior, ſenſimque latior, & ſaepe cum pare ſui conjunctus. Cum ad labium venit, flectit ſe, perque labium incedit angulum oris verſus, adjungens ſe ad Orbicularem oris, hac parte pertenuis, ſenſimque evanidus: ita autem ad Orbicularem ſe adjungit, ut pro parte ejus haberi poſſet. Et juvat eum, adducendo angulos oris ad ſe mutuo, & ex tranſverſo contrahendo & corrugando labium ſuperius: videtur etiam deprimere naſi ſeptum, globun que.

An ad *Elevatorem labii ſuperioris proprium* relatus à

a Santorin. Tab. 1. i. ab utr. lat.

a Eu-

Cowpero, Myot. ann. 1724. Cap. 7. ? Est *tertius fibrarum ordo*, &c. Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 20. Caeteri non distinxerunt ab Orbiculari oris.

CAPUT XVI.

De Buccinatore [a].

Buccinatore, qui tenuis est, membrana oris, qua buccam vestit, extrinsecus tota operitur, per eam ab utraque maxilla, ubi hae dentes molares posticos continent, interque eas à partibus finitimis, ad os procedente. *A superiore, principio tenui, nec valde lato, oritur* extrinsecus pone molarem intimum, statim supra gingivam: ab inferiore, principio simili, ab eminentia oblonga, quam ejus illa causa habet inter intimi pariter molaris exteriorem partem, & *radicem processus coronoïdei.* Loco *intermedio* continuatus est Constrictori superiori pharyngis: praetereaque mox supra continuitatem illam, tenui angustoque & tendineo principio oritur ab exteriore parte extremi hamuli processus *aliformis*: tali quoque orientem vidi à *fundo intercapedinis*, quae est inter *hamulum* & *lamellam* externam dicti processus. Per buccam ad os procedit; ad quod cum pervenit, abit in interiorem partem Orbicularis oris: & quidem aliqui ex superioribus ejus fasciculis in illam Orbicularis abeunt, quae in labio superiore: sic & aliqui ex inferioribus in eam, quae in inferiore: quidam

[a] Eustach. Tab. XLI. Fig. 3. D. & Tab. XXXIII. D. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXII. 19. Santorin. Tab. I. N.

a Eu-

dam in ipso augulo oris se decussant, sic ut illi, qui ex inferiore parte veniunt, ad eam Orbicularis, quae in labio superiore, pertineant; qui è superiore, ad eam, quae in inferiore. Totus autem ad membranam os vestientem, tanquam si agglutinatus esset, adhaeret. Angulum oris cum utroque labio in latus retrorsum trahit, ac contrahit angulum; quo ea simul buccae pars, quae à latere oris est, contrahitur in rugas. Caeterum buccam quoque firmat, & movet.

Est *Buccarum, labrorum, & nasi alarum, secundus alterius lateris*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 13. *Musculus buccae*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 6. *Bucco*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 12. *Contrahens, communis buccarum labiorumque*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Buccinator*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. & ann. 1724. Cap. 7. Dougl. Myogr. Cap. 9. Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 35. & 36. *Le Buccinateur*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 556. & 558.

CAPUT XVII.

De Orbiculari oris [a].

Orbicularis oris prima specie videtur toti circumductus esse ori, ac per utrumque se flectere labium, sibique ipsi tanquam in circuli speciem continuari, & neque oriri, neque se inserere. Est vero

X 2 alio-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 3. GG. & Fig. 1. RR. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXII. 23.

b *Dex-*

aliorum propago, si non totus, certe prope totus: nempe Buccinatorum, Depressorum angulorum oris, Levatorumque, & Zygomaticorum majorum. Pars ejus interior fit à Buccinatoribus, quibus se adjungit Zygomaticorum majorum portio. Pars prior in labio superiore, à Depressoribus angulorum: in inferiore, à Levatoribus. Etenim ex inferiore parte secundum angulum oris adscendit, & dein per labium superius decurrit pars Buccinatoris, una cum parte Depressoris, Buccinatori extrinsecus adjuncta: ex superiore secundum eundem angulum descendunt, juxtaque eum praecedentes decussant, ac dein per labium inferius decurrunt, pars itidem Buccinatoris cum parte Zygomatici, adjunctaque istis ab exteriore parte portio Levatoris. Ita conjunctae, & ex dextra sinistraque parte venientes propagines, sibi invicem per labia continuantur: ex quo fit, quem vulgo putant esse continuum per oris ambitum; nisi quod dubitaverim, an viderim aliquot tenues fasciculos per angulos oris circumductos filo continuo; & quidem inter Buccinatorum Zygomaticorumque propagines à parte posteriore, & illas Depressorum Levatorumque angulorum à priore. Accedunt (nuper tamen nullas vidimus) quatuor portiones, ab utraque utriusque maxillae parte una, quas adjicere ipsi posse videmur. Duae [b] parvae, tenues, nec admodum latae, ab exteriore parte maxillae inferioris, utrimque infra eminentem alveolum dentis canini incipiunt, indeque in diversa euntes, se secun-

[b] *Dextra*, Santorin. Tab. 1. s.

[c] *Dex-*

cundum inferiorem partem Orbicularis incurvo ductu, lateſcenteſque, ferunt ad ſui quiſque lateris angulum oris; magisque extenuati & dilatati, ſe commiſcent cum Orbiculari, continuantque inferiori & eidem interiori parti Buccinatorum. Ejuſmodi deinde duae [c], ab utraque parte una, mox ſupra gingivam ſuperiorem, qua ea ſupra dentes, qui ſecant, eſt, ortae, ſimiliter eunt ad oris angulos, commiſcentque ſe cum Orbiculari, & continuant Buccinatorum parti ſuperiori. Ex his omnibus fit muſculus quidam tenuis, nec valde latus, *ambiens os; cui à priori parte pertinaciter adnexi ſunt Naſales labii ſuperioris, juxta naſum*; inde uſque ad oris angulos, Levatores labii ſuperioris alarumque naſi, Levatores labii ſuperioris, Zygomatici minores: in labio inferiore, Depreſſores hujus labii. A poſteriore parte velatur membrana oris. Ex quo perſpicuum, os eum contrahere, & corrugare labia. Si vero omnes labiorum & buccarum muſculi ſimul agant, labia, buccaſque, apprimunt ad *dentes, & gingivas*; & diverſimode quidem, ſi ipſi *diverſis modis agant, aut vi inaequali*: ſin aliqui eorum, aut aliis aliiſque partibus ſui, aut virium differentia, aut ſucceſſione quadam, & inexplicabilibus quidem diverſitatibus, buccas, & inprimis labia, tot modis movent non modo, ſed etiam in tot, tamque diverſas figuras formant, ut mirabile ſit.

Eſt moles carnea, muſculoſa tamen, quae utrumque labium

c *Dextra*, Santorin. Tab. 1. h.

a Cow-

bium format, Fallop. Obſ. an. in muſculis naſi, buccarum, & labiorum: vide quae Veſalius in Exam. Obſerv. Fall. in naſi alas, labia, & buccas moventibus, in fine. *Muſculus orbicularis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 12. *Quartum par*, *Conſtringens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Conſtrictor labiorum*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. *Sphincter labiorum*, Dougl. Myogr. Cap. 8. *Orbicularis labiorum*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 7. Vid. Santorin. Obſ. an. Cap. 1. §. 21. & 36. quo etiam pertinet *Corrugatoris ſeu Protruſoris*, Ejuſdem, ibid. §. 31. *interior ordo*, §. 32. Sunt *les Demi-Orbiculaires*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 553. 554.

Portiones acceſſoriae inferiores ſunt *Productores inferioris labri*, Santorin. Obſ. an. Cap. 1. §. 30. *Les Acceſſoires du Demi-Orbiculaire inferieur*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 569.

Portiones acceſſoriae ſuperiores ſunt *Labri ſuperioris fibrarum ſecundus ordo*, Santorin. Obſ. an. Cap. 1. §. 19. *Les Sur-Demi-Orbiculaires*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 555.

CAPUT XVIII.

De Depreſſore alae naſi [a].

Hic ab oſſe maxillari ſuperiore extrinſecus ubi gingiva, ab alveolis dentium inciſorum, ſaepe & à ſuperiore parte alveoli canini, lato, ſemicirculari, & tendinoſo principio orſus, inde aliquantum lateſcens, totuſ-

a Cowper Myot. ref. ann. 1694. Fig. 111. D.

b San-

totuſque craſſitudinis modicae, adſcendit, ſeſeque tegumentis naſi inſerit per tractum hunc; à ſepto naſi ſecundum foramen naſi, qua is cum labio cohaeret, uſque ad alam, ac deinde circum hujus radicem: vidi qui ſe non niſi circum alam inſereret. Atque hanc naſi partem deorſum trahit, eoque ſimul labium ſuperius, quoniam id cum naſo conjunctum, modice deprimit: quin & narem aliquantum comprimit, alam cogens ſeptum verſus. Ejus ſuperior pars pertinaciter connexa cum Compreſſore naris, Levatore labii ſuperioris alaeque naſi, Levatore labii ſuperioris: & plerumque parte quadam ad interiorem Compreſſoris naris accedit; aliquando & accipit aliquam à Levatore labii ſuperioris alaeque naſi.

Huic adjacentem vidimus *Anomalum* quendam [b], qui aberrans ipſius pars eſſe videtur, ſubjectuſque Levatori labii ſuperioris alaeque naſi, & Levatori labii ſuperioris, quibuſdam tributus. Anomalum dicimus, quoniam unus omnium eidem oſſi, à quo oritur, inſertus, totoque decurſu eidem illi oſſi incumbit, à principio ad finem uſque rectus, nec contingens partem mollem, quam movere poſſit. Quare nullum etiam uſum habere videtur. Ab oſſe maxillari ſuperiore circa ſummam partem foſſulae canini orientem vidimus, deſinentemque ad locum, qui eſt paullo infra ortum Levatoris labii ſuperioris: à primo tendinoſum, anguſtum, tenuem; dein carneum, latiorem, craſſiorem; à medio rurſus anguſtantem ſe, exte-

b Santorin. Tab. 1. f.

c Talis

extenuantemque ; in fine tendineum. Vidimus & à principio latum, & prorsus cohaerentem cum Depressore alae nasi : inde sensim angustiorem, primoque diu crassiorem, dein tenuiorem, in fine tendineum, insertumque ossi maxillari circa mediam altitudinem orae foraminis nasi ossei. Vidimus alias ejus varietates [c].

Est *Constrictor alae nasi ac Depressor labii superioris*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 9. *Depressor labii superioris proprius*, Dougl. Myogr. Cap. 8. *Constrictor alae nasi*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 10. *Musculus labri superioris arctandis naribus communis*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 17. & 18. & huc quoque pertinet *Myrtiformis*, *seu pinnarum Dilatator proprius*, ibid. §. 14. *L'Incisif mitoyen*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 565.

Anomalus est *Rhomboidaeus*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 25. Ejus generis quoque est *narium Lateralis*, ibid. §. 13.

CAPUT XIX.

De Levatore menti [a].

Levator menti, ex priore parte maxillae inferioris mox infra marginem ejus superiorem, inter eminentem alveolum canini symphysemque maxillae, veniens, descendit ad mentum, sensimque se alter ad alte-

c Talis apud Santorin. Tab. 1. d.

a Santorin. Tab. 1. q. Cowp. Myot. ref. a. 1694. Fig. IV. F. ab utr. lat. & ann. 1724. Tab. XXXI. 26. ab utr. lat.

a Eustach.

alterum curvat, donec se in mento commisceant, partimque continuent; cujus praeterea pingui fasciculos immiscent. Modicae latitudinis est, sensimque latescit, nullibi, quam qua coit cum altero, latior; ex quo ambo simul lunae cornutae speciem quodammodo referunt: fit & ex tenuiore sensim crassior. Hoc mentum attollimus: quod cum attollitur, simul labium inferius sursum cogitur.

Est *Elevator labii inferioris*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. & ann. 1724. Cap. 7. *Elevator labii inferioris proprius*, Dougl. Myogr. Cap. 8. *Elevator labri inferioris*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 29. *L'Incisif inferieur*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 568.

REGIO IV. MALA CUM LATERE CALVAE.

CAPUT XX.

De Massetere [a].

Masseter longe praecedentibus crassior & valentior, brevis, & aliquantum quam latior, longior. Origo ei est primo ab inferiore & eadem priore parte extremi processus ossis maxillaris superioris [b], cui os jugale innixum: tum à toto margine inferiore, totaque interiore parte zygomatis [c], usque ad tuber-

Y cu-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. D. & Tab. XXXIII. C. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. C. & Tab. 4. A. & Tab. 5. D.

b Santorin. Tab. 1. M. dext.

c Santorin. l. c.

d Cow-

culum committendae maxillae inferioris causa eminens : & supra zygoma etiam ab interiore parte membranae tendineae, qua Temporalis extrinsecus obductus, quaeque affixa zygomati. Descendit per exteriorem partem lateris maxillae inferioris, ejusque se amplitudini prope toti affigit, à summo processus coronoïdei, usque ad angulum maxillae [d]. Dum descendit, fit primo sensim crassior, post tenuior : & angustat se paullatim, sed permodice. Estque valde tendinosus, maxime qua oritur, quaque se inserit : & qua oritur, extrinsecus etiam à priore parte plane tendineus, indeque diu per exteriora deorsum : carneus autem, qua oritur ab interiore parte zygomatis, & à membrana tendinosa. Exteriore autem parte sua, praeterquam qua juxta aurem est, oblique in posteriora descendit : interiore (quae ex parte à posteriore exterioris nuda) rectius deorsum, maxillam cito attingens, desinensque ad processum coronoïdeum. Quibusdam duae illae partes diu distinctae, aliis ex toto. Atque his pars illa, quam oblique descendere diximus, oritur ab osse maxillari, & à jugali, aliquanto ante inferiorem partem futurae zygomatis oriri desinens : rectior autem à tota longitudine zygomatis, & à membrana tendinea quam diximus ; sensimque fit angustior, & ubi à zygomate abscedit, tenuior est, extremo quoque tenuior, & tendinosa, aut tendinea. Masseter maxillam inferiorem recte adducit ad superiorem, ad eamque apprimit : illa autem ab hac deducta,

[d] Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXIII. 67.

a Eu-

ducta, ac firmata, capitis priorem partem deprimit. Cumque pars ejus rectior sola agit, productam maxillam restituit.

Est *inferiorem maxillam moventium alterius lateris secundus, seu Masseter*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 15. *Masseterus & mansorius dictus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 11. *Massiter*, Fallop. Obs. an. *Tertius attollens maxillam masseter*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 15. *Tertii paris, lateralis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Masseter*, Cowper Myot. Cap. 18. Dougl. Myogr. Cap. 20. Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 37. *Le Masseter*, Winsl. Exp. an. Trait. de muscl. §. 828. & seq. & §. 1221.

CAPUT XXI.

De Temporali [a].

Temporalis primum sui principii ambitum quasi semicircularem [b] habet, pertenuemque: se autem demittit ab omni illa amplitudine lateris calvariae, quae fit à processu superiore ossis jugalis, à finitimo latere ossis frontis, à processu maximo ossis multiformis, ab osse verticis, & squamoso: demittit quoque à membrana tendinea, qua extrinsecus vestitus; tendinosus quidem qua ab osse jugali, & ab eminentiis, quae in inferiore parte lateris processus multiformis, & vicini squa-

Y 2

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 3. A. & Tab. XXXIII. A. & Tab. XXXVI. a. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. A. & Tab. 4. r.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 3. A-aaa, & Tab. XXXVI. a-aaa.

c Cow-

squamosi ; caeterum fere carneus. Ex tanta amplitudine fibras in angustum colligit, quanto angustior, tanto fere quoad oritur crassior ; post paullatim decrescens, donec ei processus coronoïdeus maxillae inferioris illigetur [c]. Ante sui autem medium magis magisque ex minimis initiis ita in tendineam naturam vertitur, ut in fine majorem partem tendineus sit. Et jam circa medium, indeque ad finem usque, extrinsecus tendineus [d] est : tendinisque principium occultat caro tenuis, quae radiata forma ad exteriorem ejus partem sensim accedit, eumque accessu tendineae naturae, in quam abit, auget. Affigit se vertici processus modo dicti, indeque margini tum priori [e], tum posteriori [f], fere ad radicem usque : ab interiore autem praeterea parte eminentiae, quam idem ille processus habet juxta priorem partem radicis suae ; totique fere amplitudini, quae est pone dictam illam eminentiam, tantum qua huic amplitudini affixus, nec ibi fere nisi extrinsecus, carneus. Caeterum à priori parte quasi in duos abit mucrones : breviorem eundemque tenuiorem, affixum priori margini processus : longiorem & eundem crassiorem, affixum eminentiae, quam processum illum ex interiore parte habere modo diximus. Maxillam inferiorem attollit, & ad superiorem apprimit, eandemque simul trahit retrorsum.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxi. supra F.
d Eustach. Tab. xxxiii. A-α. & Tab. xxxvi. a-β.
e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. V. Fig. 2. 66. insertus E.
f Casser. Tab. apud Spigel. Lib. iv. Tab. 1. Fig. 1. L. insertus n. Bidloo Tab. xii. Fig. 5. N.

a Eu-

sum. Parte sua media, itemque posteriore, sed inprimis media, caput maxillae, cum id sub tuberculo ossis squamosi haeret, retrahit in sinum ejusdem. Contrariis modis caput movet, ubi maxilla inferior à superiore deducta, firmataque. Nec praetereundum, quod pars ejus posterior & eadem inferior, sub zygomate ad maxillam descensura, se circum sinuatam radicem processus zygomatici inflectat, praesertim si maxilla inferior deducta sit: quo fit, ut eam rectius sursum trahat, quam caeteroqui posset.

Est inferiorem maxillam moventium primus alterius lateris musculus, seu temporalis, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 15. *Temporalis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 11. Fallop. Obs. an. Arant. An. obs. Cap. 28. Riolan. Anthr. Lib. 5. Cap. 15. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. Cowp. Myot. Cap. 18. Dougl. Myogr. Cap. 20. Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 37. *Le Crotaphite*, Winsl. Exp. an. Trait. de muscl. §. 832. & seq. & §. 1220.

REGIO V. CAVUM OCULI.

CAPUT XXII.

De Levatore palpebrae superioris [a].

Palpebra superior musculo exiguo, quo attollatur ad aperiendum oculum, instructa est; cui origo

a Eust. Tab. xxxix. Fig. 2. G. Bidloo Tab. xi. Fig. 4. A.

b Eu-

à ſuperiore parte foraminis oſſis multiformis, quo nervus opticus intrat ; unde ſub lacunari foraminis oculi ad palpebram incedit. Ex anguſto principio ſe primum modice dilatat, poſteaque ſenſim longe magis, totus praetenuis, à principio tendineus, inde carneus, primumque craſſior, poſt extenuatus, & ad poſtremum in aponeuroſem [b] carnea parte tenuiorem verſus ; qua paullatim exileſcente, ad cartilaginem palpebrae ſuperioris, cui tarſi nomen, pertinet [c]. Sic vero decurrit, ut primo rectiore ductu conſcendat globum oculi, dein circum eum ſe demittat. A globo itaque *hic muſculus, cum agit, ſuſtinetur*, tarſumque circum eum ſurſum in poſteriora vertit, eodem interim ad globum interna parte ſua aequaliter apto manente. Eoque aperit oculum, palpebram aequaliter complicatam retrorſum trahens, ſimulque tarſum ſubjiciens ei parti ambitus oculi, quae infra ſupercilium eſt. Hic, Rectuſque attollens oculi, à principio cohaerent inter ſe, unaque cum vagina nervi optici.

Eſt *palpebrarum ſecundus, oculum aperiens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 8. *Muſculus parvus & tenuis*, &c. *palpebram attollens*, Fallop. Obſ. an. in muſculis palpebrarum. De quo Veſal. *Is namque gracili admodum principio*, &c. Exam. Obſ. Fallop. in palpebram moventibus. *Qui ſuperiori palpebrae aperiendae deſtinatus eſt*, Arant. Anat. obſ. Cap. 19. *Rectus*, Fabric. de oculi.

b Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 2. G-β. c Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 2. G-γγ.

a Eu-

ocul. Part. I. Cap. 12. *Palpebrae ſuperioris primus*, Caſſer. Pent. Lib. V. Sect. I. Cap. 8. *Superiorem palpebram attollens*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 10. *Apertor oculi, attollens palpebram ſuperiorem*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Pyramidalis*, Molinett. Diſſert. an. path. Cap. 5. *Aperiens palpebram Rectus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 7. & ann. 1724. Cap. 8. *Aperiens palpebram rectus*, Dougl. Myogr. Cap. 5. *Le Releveur propre*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 285.

CAPUT XXIII.

De Obliquo ſuperiore oculi [a].

Obliquus ſuperior ſingulari artificio prae caeteris oculi conſtructus eſt. Juxta internum latus Levatoris palpebrae ſuperioris, ab eodem optici foramine oritur, principio tenui anguſto tendineo: gracili deinde ventre, eoque ad medium longitudinis intumeſcente, poſt detumeſcente, procedit ad canthum majorem, *ubi in* gracilem tendinem [b] abit. Is vero ſpeciem orbiculi, oſſi frontis juxta canthum majorem ſub ſupercilio affixi [c], tranſit; tranſeunsque, ſe circum cartilaginem ejus [d] deorſum curvat [e], & cum elapſus ex eo eſt, retrorſum ſimul & in latus externum deſcendit [f] ad ſuperiorem partem globi oculi; ad quem appropinquans lateſcit, & extenuatur; ſeſeque

a Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 4. D.
b Euſt. Tab. xxxix. Fig. 4. D-εγδ.
c Caſſer. Penteſth. Tab. 11. Org. viſus Fig. 1. & 2. G. Bidloo Tab. xi. Fig. 7. K.
d Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 4. E.
e Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 4. D-γ.
f Euſtach. Tab. xxxix. Fig. 4. D-δ.

g Eu-

seque scleroticae inserit [g], paullo post mediam summam partem globi. Globum oculi vertit, sic ut pupillam deorsum ad prominentem sub cantho minore genam dirigat: eundem eodem tempore à superiore parte per latus internum, perque partem inferiorem, in latus externum rotat: quin & totum globum in priora protrahit, canthum majorem versus. Orbiculus supradictus constat ex tenui cartilagine [d], per transversum concava, & semicanalis assimili; à posteriore autem parte in priorem orbiculata; à cujus extremis orta, & ossi frontis affixa ligamenta tenuia, orbiculum perficiunt, crassitudini tendinis Obliqui sua diametro respondentem; ita tamen, ut tendo ille libere per eum mobilis sit: mobilis quoque ipse orbiculus, qui cartilagine sua tendinem sustinet, & continet; permittente quoque figura cartilaginis, ut tendo ad eam ante & retro facillime volvatur. Ab hoc orbiculo tendinem ad globum usque comitatur membranacei quid, specie vaginae obsequiosae, lubricaeque.

Hoc in loco alium quoque musculum [h], quem aliquando invenimus, memorasse aptissimum fuerit. Rarus is admodum inventu, & unde nomen dari posset, gracillimus, comes Obliqui superioris, cum eodem oriens, sed juxta orbiculum in tenuitatem se dilatans, visusque in lubricam, laxamque membranam, quae tendinem Obliqui complectitur, evanescere. An fuit aberrans quaedam Obliqui pars?

Vide

g Eustach. Tab. xxxix. Fig. 4. D-d. Fig. pag. 25. G?
h An Molinett. Diss. anat. & path.

a Eu-

Vide Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 12, *circumductionis opifices*. Est *Tertius palpebrarum*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 8. *Duorum in gyrum flectentium prior*, Fallop. Obs. an. in oculi musculis. *Quintus*, ibid. & Vesal. Exam. in oculos moventibus. *Obliquus ille, qui per trochleam ducitur*, Arant. Anat. obs. Cap. 19. *Trochleae musculus*, Fabric. de ocul. Part. I. Cap. 11. *Trochlearis*, Casser. Pent. Lib. V. Sect. I. Cap. 18. *Alter ex obliquis Superior seu Major*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 11. *Sextus*, *Obliquorum secundus*, *Circumagens interior*, *aut superior*, *vel etiam major*, Spigel. de H. C. F. Lib. II. Cap. 5. *Obliquorum*, *qui major est*, Molinett. Diss. an. path. Cap. 4. *Obliquus superior or Trochlearis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 8. & ann. 1724. Cap. 9. *Obliquus superior*, Dougl. Myogr. Cap. 6. Morgagn. Adv. an. VI. Anim. 77. & 78. *L'Oblique superieur*, Winslow, Hist. de l'Acad. Roy. de Scienc. ann. 1721. p. 310. & seq. & Exp. an. Trait. de la tête, §. 245. 246. 252. & seq.

An Gracillimus est *Rectus quintus*, Molinett. Diss. an. path. Cap. 4. & *musculus Trochlearis*, ibid. Indic. Tab. pag. 25. G ?

CAPUT XXIV.

De quatuor Rectis oculi [a].

Recti pene similes inter se, ab intimo foramine oculi [b] deducuntur ad globum, & ad quatuor Z qui-

a Eustach. Tab. xxxix. Fig. 2. 3. 4. 5. b Bidloo Tab. xi. Fig. 7. & 8.

c Eu-

quidem partes ejus, superiorem, inferiorem, lateralem utramque. Principiis suis continent nervum opticum [c], ubi is primum ingressurus est foramen oculi: *Attollens* [d] autem oritur partim à margine ossis multiformis, qui inter foramen optici, & quod infra id sequitur, medius; partim à superiore parte ipsius foraminis optici, ab externo latere Levatoris palpebrae superioris: *Abductor* [e] à marginis foraminis illius, quod post optici foramen sequitur, parte inferiore eademque cavum osseum oculi spectante, qua foramen illud rotundum est, juxta rimae, in quam abit, initium: *Depressor* [f] ab inferiore & eadem cavum osseum oculi respiciente parte portionis osseae, quae foramen modo dictum, illudque optici discriminat: *Adductor* [g] ab illo latere foraminis optici, quod est à parte nasi. Omnes ab initio prope tendinei sunt, mox carnei: omnes ab initio tenues, & angusti, procedentes fiunt sensim aliquantum latiores, & primo crassiores, extremo modice angustiores, & non longe ab eo extenuati, abeunt in tendinem [h] tenuem, satis latum, brevem. *Attollens* plerumque ab initio cohaeret cum Levatore palpebrae superioris, & cum *Adductore*; hic cum *Depressore*, hic cum *Abductore*. Inter eos vero *Abductor* longissimus est [i], *Adductor* brevissimus, reliqui

c Eustach. Tab. xxxix. Fig. 3. C-α. F-α. G-α. & Fig. 7. C-α. E-α. F-α.
d Eustach. Tab. xxxix. Fig. 3. F.
e Eustach. Tab. xxxix. Fig. 3. G. & Fig. 7. C.
f Eustach. Tab. xxxix. Fig. 5. EE.
g Eust. Tab. xxxix. Fig. 3. C. & Fig. 7. F.
h Eustach. Tab. xxxix. Fig. 3. F-β. G-β. Fig. 4. C-β. Fig. 5. F-β. C-β. E-β.
i Eustach. Tab. xxxix. Fig. 3. G.

k ut

qui duo prope aequales. Quoad ad globum incedunt, rectiores sunt: eum cum attigere, circum eundem se inflectunt [k], donec pervenerint ad locum, qui est multum ultra mediam rotunditatem globi, inter opticum & corneam intercedentem; ubi se inserunt [l], à partibus illis quatuor, quas in principio diximus. Et innectunt se scleroticae, ac cum ea prorsus conjungunt in unum. Globum oculi in partem omnem quam facillime, & vi levissima versatilem, vertunt, ac pupillam dirigunt, *Attollens* sursum, *Depressor* deorsum, laterales in suum quisque latus: quod efficere valent, quia se & priori parti globi inserunt, & circum globum extremo suo curvant, plane ut de Levatore palpebrae superioris docuimus.

Attollens est *Tertius oculum movens*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 11. Unus ex *quatuor oblongis musculis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 9. Unus ex *quatuor*, *qui rectis motibus praefecti*, Fallop. Obs. an. in musculis oculorum. Ex iis, *qui rectis famulantur motibus*, Arant. Anat. obs. Cap. 19. *Rectus superior*, Fabric. de ocul. Part. I. Cap. 11. *Qui à physiognomicis superbus dicitur*, Casser. Pent. Lib. V. Sect. I. Cap. 18. *Attollens*, *sive Superbus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 11. *Primus*, *Attollens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Superbus*, Molinett. Dissert. an. path. Cap. 4. *Elevator oculi*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 8. & ann. 1724. Cap. 9. *Elevator*, Dougl. Myogr. Cap. 6. *Le Releveur*, Winslow,

k ut G. Fig. 4. Tab. xxxix. Eustach. G-γ. Fig. 5. C-γ. E-γγ.
l Eustach. Tab. xxxix. Fig. 3. F-γγ.

a Eu-

ſlow, Hiſt. de l'Acad. Roy. de Scienc. ann. 1721. & Exp. an. Trait. de la tête, §. 241. & ſeq. & 249. & ſeq.

Abductor eſt *Secundus oculum movens*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 11. Unus ex *quatuor oblongis muſculis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 9. Unus ex *quatuor*, *qui rectis motibus praefecti*, Fallop. Obſ. an. in muſculis oculorum. Ex iis, *qui rectis famulantur motibus*, Arant. Anat. obſ. Cap. 19. *Rectus exterior*, Fabric. de ocul. Part. I. Cap. 11. *Quem indignatorium appellant*, Caſſer. Pent. Lib. V. Sect. I. Cap. 18. *Abducens ſive Indignatorius*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 11. *Quartus*, *Abducens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Iracundus*, Molinett. Diſſert. an. path. Cap. 4. *Abductor oculi*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 8. & ann. 1724. Cap. 9. *Abductor*, Dougl. Myogr. Cap. 6. *L'Abducteur*, Winſlow, Hiſt. de l'Acad. Roy. de Scienc. ann. 1721. & Exp. an. Trait. de la tête, §. 241. & ſeq. & 249. & ſeq.

Depreſſor eſt *Quartus oculum movens*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 11. Unus ex *quatuor oblongis muſculis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 9. Unus ex *quatuor*, *qui rectis motibus praefecti*, Fallop. Obſ. an. in muſculis oculorum. Ex iis, *qui rectis famulantur motibus*, Arant. Anat. obſ. Cap. 19. *Rectus inferior*, Fabric. de ocul. Part. I. Cap. 11. *Qui humilis vocatur*, Caſſer. Pent. Lib. V. Sect. I. Cap. 18. *Deprimens*, *ſive Humilis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 11. *Secundus ſive Depreſſor*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Humilis*, Molinett. Diſſert. an. path. Cap. 4. *Depreſſor oculi*, Cow-

Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 8. & ann. 1724. Cap. 9. *Depreſſor*, Dougl. Myogr. Cap. 6. *Deprimens*, Morgagn. Adv. an. VI. Anim. 77. *L'Abbaiſſeur*, Winſlow, Hiſt. de l'Acad. Roy. de Scienc. ann. 1721. & Exp. an. Trait. de la tête, §. 241. & ſeq. & 249. & ſeq.

Adductor eſt *Primus oculum movens*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 11. Unus ex *quatuor oblongis muſculis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 9. Unus ex *quatuor*, *qui rectis motibus praefecti*, Fallop. Obſ. an. in muſculis oculorum. Ex iis, *qui rectis famulantur motibus*, Arant. Anat. obſ. Cap. 19. *Rectus interior*, Fabric. de ocul. Part I. Cap. 11. Qui *barbaris bibitorius appellatur*, Caſſer. Pent. Lib. V. Sect. I. Cap. 18. *Adducens*, *ſive Bibitorius*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 11. *Tertius*, *Adducens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Bibitorius*, Molinett. Diſſert. an. path. Cap. 4. *Adductor oculi*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 8. & ann. 1724. Cap. 9. *Adductor*, Dougl. Myogr. Cap. 6. *L'Adducteur*, Winſlow, Hiſt. de l'Acad. Roy. de Scienc. ann. 1721. & Exp. an. Trait. de la tête, §. 241. & ſeq. & 249. & ſeq.

CAPUT XXV.

De Obliquo inferiore oculi [a].

Solus inter oculi muſculos à priore parte foraminis ejus incipit [b], caeteriſque longitudine cedit. In

a Euſtach. Tab. XXXIX. Fig. 5. D.
b Caſſer. Penteſth. Tab. 11. Org. vi-

ſus, Fig. 1. N. & Fig. 2. Q.

a Val-

fundo foraminis modo dicti, juxta oram ejus, ab osse maxillari superiore, inter futuram ejus ossis propriam, & os unguis, hic musculus oritur, principio angusto tenui tendineo: à quo carneus, & paullatim latior, crassiorque primo, post tenuior, sub globo oculi procedit ad externum latus, & simul nonnihil oblique retrorsum; seseque ad globum oculi sursum incurvans, ad externum ejus latus, ultra mediam rotunditatem, quae inter corneam & opticum, desinit, extremo tendineo tenui & lato, eo quo Recti modo, sclerioticae se innectens. Hic contrarius superiori, pupillam sursum ad caudam supercilii dirigit, simulque globum ab externo latere per partem inferiorem, latusque porro internum, in superiora nonnihil rotat. Globum quoque protrahit nasum versus, aeque ac superior, verum deorsum.

Vide Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 11. *circumductionis opifices.* Est *Quintus oculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 9. *Sextus*, Fallop. Obs. an. in musculis oculorum, & Vesal. Exam. in oculos moventibus. *Obliquus alter brevis*, Arant. Anat. obs. Cap. 19. *Obliquus inferuus*, Fabric. de ocul. Part. I. Cap. 11. *Sextus*, Casser. Pent. Lib. V. Sect. I. Cap. 18. *Inferior*, *seu minor obliquus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 11. *Quintus*, *qui Obliquus primus est*, *& Volvens*, *sive Circumagens exterior nobis dictus*, *aut inferior*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Obliquus minor*, Molinett. Differt. an. path. Cap. 4. *Obliquus inferior*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 8. & ann. 1724. Cap. 9. Dougl. Myogr. Cap. 6.

Mor-

Morgagn. Adv. an. VI. Anim. 78. *L'Oblique inferieur*, Winslow, Hist. de l'Acad. Roy. de Scienc. ann. 1721. & Exp. an. Trait. de la tête, §. 247. & seq. & 252. & seq.

REGIO VI. AURICULA.

CAPUT XXVI.

De Tragico [a].

Sequentes auriculae minusculi sunt, & praetenues, veri tamen, quorum etiam actiones in nobis observavimus. *Ex iis Tragicus paullo minus latus quam longus*, oritur à media exteriore parte cartilaginis conchae, juxta tragum, secundum quem adscendit, & ad cujus etiam superiorem partem, vicinamque conchae, desinit, medio paullo crassior quam extremis. Eam, cui incumbit, conchae partem deprimit, facitque planiorem: superiorem tragi marginem in priora extorsum vertit. Vidimus gracili portione usque ad acutum *helicis processum pertinentem*, ad eum detrahendum. *Vidimus non modo dicto processui insertum*, sed etiam continuatum *Majori helicis musculo*.

Est *Musculus tragi*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 1. §. 7. Santorin. Obs. an. Cap. 2. §. 7. De hoc, & sequentibus auriculae, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 375.

CA-

a Valsalv. de aur. Tab. 1. Fig. 4. B. Tab. 1. 8.
Santorin. Tab. 111. Fig. 4. f. &

a Val-

CAPUT XXVII.

De Antitragico [a].

Qua antitragus maxime eminet, ibi ab exteriore parte cartilaginis ejus Antitragicus procedit; indeque secundum exteriora illius partis marginis conchae, quae supra antitragum est, adscendit, usque ad imam partem anthelicis, ubi se eidem margini in ipso angulo incisurae, quam cartilago auriculae pone antitragum habet, inserit. A latiore & subrotundo principio fit sensim angustior: ab initio, & in fine tendinosus est, & tenuior. *Extremum anthelicem* deprimit antitragum versus; hujus maxime eminentem marginem nonnihil extrorsum in posteriora vertit; marginem conchae, inter ortum insertionemque suam medium, premit, incurvat, ut in concham assurgat, magisque tendatur.

Est *Musculus antitragi*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 1. §. 7. Santorin. Obs. an. Cap. 2. §. 9.

CAPUT XXVIII.

De Majore helicis [a].

Helicis musculorum major à superiore parte processus ejus acuti [b] per eam ipsius helicis partem,

[a] Valsalv. de aur. Tab. 1. Fig. 4. D. Santorin. Tab. III. Fig. 4. g.
[a] Santorin. Tab. III. Fig. 4. b. & Tab. I. f.
[b] Santorin. Tab. III. Fig. 4. a.

a San-

tem, quae ſtatim ſupra illum proceſſum, atque adeo tragum eſt, adſcendit, cartilagini ejus extrinſecus adjectus. Oblongus eſt, & anguſtus; ubi incipit, tendinoſus, in fine extenuatus, pertinens ad cartilaginem helicis, qua ea incipit à capite abſcedere. Premit, deprimit, percutit partem eam helicis, cui incumbit: illam vero, cui inſertus, modice deorſum trahit.

Eſt *Helicis muſculus*, Santorin. Obſ. an. Cap. 2. §. 5.

CAPUT XXIX.

De Minore helicis [a].

Minor & ab helice oritur, & eidem ſe inſerit. Helix ubi è concha per priora auriculae adſcenſura eſt, inciſuram in cartilagine ſua habet, cujus inferiori margini altera ſui hic muſculus parte affixus eſt: altera, poſtquam inde per exteriora helicis adſcendit, *hujus ipſius margini*, prope è regione cruris *inferioris anthelicis*; utraque parte illa tendinoſus, & tenuior; ipſe anguſtus, breviſque. Inciſuram illam contrahit, partemque quam occupat, premit, percutit.

Sunt *Fibrae muſculares in plana helicis facie*, Santorin. Obſ. an. Cap. 2. §. 6.

a Santorin. Tab. 1. 7. & Tab. 111. Fig. 4. c.

a Val-

CAPUT XXX.

De Transverso auriculae [a].

Amplior his Transversus, sed minus carneus, à concha ad anthelicem & scapham brevibus pertinet fasciculis. Dorso cavi superioris conchae adhaeret, ubi illa à posteriore, & à superiore parte maxime eminet. Inde magis latescens, se ima maxime parte retrorsum ex transverso fert: supra eam, ut quaeque superior est, ita ea magis magisque sursum; summa pene recta. Et affigit se cavo anthelicis dorso, eminentique scaphae. Aliquando pars scaphae inserta, ab altera distincta est. Laxius autem fasciculi, ex quibus hic musculus constat, conjuncti sunt, media parte crassiores, extremis tenues, & tendinei: qui ad anthelicem pertinent, longiores, quam qui ad scapham. Contrahit quod auriculae inter concham & anthelicem cum scapha intercedit: idem, una cum concha, & scapha, tendit. Hoc cum, si quid possit, effecturum, res ipsa docet. Plerumque autem imperfectus est, carneae naturae expers: quo minus mirum videri debet, actionem ejus in vivis non apparere, ut neque nobis adhuc apparuit. Quoniam tamen in robustis conspicuus est, musculis eum inseruimus.

Sunt *Fibrae transversae in gibbo auriculae*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 1. §. 7. *Fibrae, quae in convexa conchae parte*, Santorin. Obs. an. Cap. 2. §. 9.

CA-

[a] Valsalv. de aur. Tab. 1. Fig. 3. D D.

a Du

REGIO VII. AURIS INTERNA.

CAPUT XXXI.

De Externo mallei [a].

Ex minimis sunt, qui ad malleum & stapedem pertinent. Externo autem mallei, quamvis tantulo, & venter, & tendo, sicut multis maximorum. Venter oblongus est, & ab acuto initio primo crassior, mox gracilescit, atque in tendinem, se ipso multo longiorem, abit. Oritur ab exteriore parte acuti *processus, quem ultimus ossis multiformis angulus*, inter os squamosum & petrosum interseptus, *exigit*: procedit secundum finitimam commissuram ossis squamosi & petrosi, atque adeo oblique in latus retrorsum modiceque sursum: rimam deinde, quae ad finem modo dictae commissurae inter eadem illa ossa relicta, tendine suo intrat [b], posteaque se retrorsum flectens, pergit per eum extremi osseae partis illius, quae porum *acusticum continet*, sinum [c], per quem malleus *processum suum longissimum eundemque gracillimum* porrigit; totique se *processus illius longitudini* affigit [d]. Malleum in priora trahit, modiceque porum acusticum versus; ex quo malleum sequens membrana tympani planior fit, & modice laxior; sed inaequaliter,

a Du Verney, Pl. VI. Fig. 5. C D. & Fig. 4. C. & Pl. V. Fig. 1. K. & Pl. VII. Fig. 2. E. Valsalv. Tab. III. Fig. 5. I. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 3. & 4. 41.

b Du Verney Pl. V. Fig. 1. K.

c Du Verney Pl. VII. Fig. 2. E. in 2. 3.

d Du Verney Pl. VI. Fig. 5. D. insertus 2.

a Val-

maxime laxata illa parte, quae à priori parte mallei.

Est *Musculus auris externus*, Folio, apud Bartholin. Epist. medicin. Cent. I. Ep. 63. Indic. Fig. 2. h. & g. *Le premier de ceux qui appartiennent au marteau*; & *l'externe*, du Verney Trait. de l'organ. de l'oüie, I. Part. pag. 27. & II. Part. p. 76. *Obliquus auris*, Cowper Myot. Cap. 12. *Musculus processus minimi*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 7. & Part. II. Cap. 5. §. 2. *Obliquus auris vel externus Duvern.* Douglas Myogr. Cap. 11. *Le muscle anterieur du marteau*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 400.

CAPUT XXXII.

De Laxatore tympani [a].

Inter mallei musculos minimus Laxator tympani; qui à nobis, ni quid forte in re tam subtili difficilique hallucinati sumus, adhuc inventus est oriri ibi ubi membrana tympani adhaeret poro acustico; & quidem juxta illius pori partem eandem & superiorem, & nonnihil posteriorem. Sensim autem gracilior, manubrio se mallei juxta radicem processus brevioris affigit, extremo gracillimo; toto decursu descendens introrsum, & modice in priora. Mallei manubrium trahit retrorsum simul & sursum, & porum acusticum versus; eoque membranam tympani eodem versus trahit, laxat, facitque planiorem.

Est

a Valsalv. de aur. Tab. III. Fig. 1. H. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 1. & 4. 40.

a Eu-

Est *Alter in superiori meatus auditorii regione consistens*, Casser. de aud. org. Lib. I. Cap. 13. & Pent. Lib. IV. Sect. I. Cap. 12. *Qui à me primum inventus est*, Casser. de aud. org. Lib. III. Cap. 10. & Pent. Lib. IV. Sect. III. Cap. 10. *Novus musculus*, Fabric. de aur. Part. I. Cap. 6. *Exterior*, ibid. Part. III. Cap. 6. *Auris internae externus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 14. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Externus mallei*, Schelham. de aud. Part. I. Cap. 3. §. 4. *Externus auris*, *vel Laxator externus*, Cowper Myot. Cap. 12. *Musculus processus minoris mallei*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 6. & Part. II. Cap. 5. §. 2. *Externus auris Aquapendent. vel Jul. Casser. Placent.* Douglas Myogr. Cap. 11. *Le muscle externe ou superieur du marteau*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 399.

CAPUT XXXIII.

De Tensore tympani [a].

Similis Externo mallei Tensor tympani, sed major. A superiore hic parte tubae Eustachianae [b], qua nempe tuba illa calvariae basem spectat, assimilisque est naturae cartilagineae, circa ossis multiformis foramen admittens vasa ad duram matrem, tenuissimo principio abscedit: unde procedens, primo modice crassior fit, latiorque; dein rursus gracilior, donec

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 9. & Fig. 10. Du Verney Pl. VI. Fig. 4. D. & Fig. 5. E F. Cowper Myot. ref. anm. 1724. Tab. XXVI. Fig. 4. 3. 8. & 2. 42. Valsalv. Tab. III. Fig. 5. K. & Tab. X. Fig. 1. d.

b Valsalv. Tab. X. Fig. 1. e.

c Eu-

in tendinem vertatur [c]. Procedit retrorsum ad tympanum, dein per id ipsum, modice simul & extrorsum & sursum declinans. Mox autem ab ortu recipitur in semicanalem, qui ejus caussa partim supra tubae osseam partem, partim in superiore & eadem priore parte tympani, è regione membranae tympani, formatus est; atque in eo vagina [d] quadam tendinosa, quae canalem perficit, retinetur, ne elabatur. Ad cujus canalis finem cum tendo ejus pervenit, exit ex eo, flectitque se [e] circum vaginam, decurrens membranam tympani versus [f], simulque modice retrorsum: seseque ad postremum mallei manubrio inserit [g], infra processum ejus gracillimum; & ei quidem manubrii parti, quae spectat fundum tympani, oppositum membranae. Hic musculus ob singularem suum decursum aptus est ad mallei manubrium à poro acustico retrahendum ad oppositam tympani partem, & modice eodem tempore in priora; quo fit, ut cum malleum sequatur membrana tympani, eam intro trahere valeat, ac tendere, cavamque efficere à parte pori acustici.

Est *musculus ossiculi malleo comparati*, Eustach. Epist. de audit. organ. *Musculus ab Eustachio observatus*, Arant. Anat. obs. Cap. 12. 14. 15. & 16. *Musculus malleum*

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 9. & 10. Du Verney Pl. VI. Fig. 4. D. Valsalv. Tab. III. Fig. 5. K. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 4. C.

d Du Verney Pl. VI. Fig. 5. 3. 4. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 2. & 8. a.

e Du Verney Pl. VI. Fig. 5. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 3. C. & Fig. 4. C.

f Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 8. & 3. C.

g Du Verney Pl. VI. Fig. 4. D.

malleum ad incudem movens, Fabric. de aur. Part. I. Cap. 6. *Internus*, ibid. Part. III. Cap. 6. *Auris internae secundus*, Casser. de aud. org. Lib. I. Cap. 13. *Qui ab osse cuneiformi prognatus*, Casser. de aud. org. Lib. III. Cap. 10. & Pent. Lib. IV. Sect. III. Cap. 10. *Alter internus, & in concha latitans*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 14. *Internus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Musculus internus auris*, Molinett. Diss. an. path. Cap. 9. *Internus mallei*, Schelham. de aud. Part. I. Cap. 3. §. 4. *Le second de ceux qui apartiennent au marteau*; & *l'externe*, Du Verney Trait. de l'organ. de l'oüie, I. Part. p. 28. & II. Part. p. 76. *Internus auris*, Cowp. Myot. Cap. 12. *Musculus majoris processus*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 5. & Part. II. Cap. 5. §. 6. *Internus auris Eustach.* Douglas Myogr. Cap. 11. *Le Monogastrique*, Vieuss. Trait. de l'oreill. Part. II. Chap. 4. *Le muscle interne du marteau*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 401. 402.

CAPUT XXXIV.

De Stapedio [a].

Stapedius quoque ventrem & tendinem habet. Venter haeret in cavernula ossis petrosi, quae in tympano ante interiorem partem aquaeductus Falloppii est: ex eaque oritur, & per eandem oblique in priora adscen-

a Du Verney Pl. v. Fig. 8. B. & Pl. VIII. Fig. 1. e. Valsalv. Tab. III. Fig. 10. B. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 4. 43. Fig. 8. & 3. L.

ſcendit. At tendo ejus ex ejuſdem cavernulae rotundo ore exit [b], & quamprimum exiit, flectit ſe per tympanum in priora [b], rectaque petit [c] poſteriorem partem capituli [d] ſtapedis. Hoc igitur capitulum ad os cavernulae attrahit, quo ita movet ſtapedem, ut pars poſterior baſis ejus in veſtibulum auris introeat, prior ab eodem recedat.

Anne eſt *ligamentum peculiare*, à quo ſtapes *ſuſtinetur*, Schelham. de audit. Part. I. Cap. 3. §. 6? Eſt *le muſcle de l'étrier*, du Verney Trait. de l'org. de l'oüie, I. Part. p. 30. & II. Part. p. 85. *Muſculus ſtapidis*, Cowp. Myot. Cap. 12. *Stapedis muſculus*, Valſalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 11. & Part. II. Cap. 5. §. 3. *Stapidaeus vel muſculus ſtapedis*, *Duvern.* Dougl. Myogr. Cap. 11. *Le ſecond muſcle de l'oreille interne, que nous appellons petit*, Vieuſſ. Trait. de l'oreill. Part. II. Chap. 4. *Le muſcle de l'etrier*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 403.

REGIO VIII. COLLUM.

CAPUT XXXV.

De Latiſſimo colli [a].

Tegmen eſt ſub communibus tegumentis explicatum, carneum, latum, tenue, cum panniculo

b Du Verney Pl. VIII. Fig. 1. e.
c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 3. L.
d Du Verney Pl. V. Fig. 8. Valſalv. Tab. III. Fig. 10. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVI. Fig. 4. 43.

a Euſtach. Tab. XXX. 11. Veſal. de H. C. F. Lib. II Tab. 3. r. & Epit. Tab. muſc. 1 O. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXI. 18. 18. 18. 18. 19.

b Eu-

lo adipoſo conglutinatum. In pectore infra claviculam, & in humero, inque latere colli, à membrana, qua panniculus adipoſus ex interiore parte obductus, tenuiſſimum ſparſis fibris format orſum; à quo paullatim craſſior, & paullo anguſtior, per collum, cujus partem dimidiam alteram velat, adſcendit, oblique in priora à recto tramite deflectens. A priori parte pertingit ad menti latus, ibique ſe maxillae infra ortum Depreſſoris anguli oris inſerit [b]. Mox autem à poſteriore parte finis mododicti malam conſcendit [c], *ubi primo plerumque portionem dat Depreſſori labii inferioris, faſciculos praeterea tenues interiori parti* Depreſſoris anguli oris, poſt cum eodem ſe conjungens, decurrenſque, & ſaepe fibras per exteriorem partem ejus ad angulum oris porrigens. Sed in latere colli multi faſciculi priuſquam malam attingant, deſinere ſolent. Saepe etiam tum à priori parte infra mentum, tum maxime in latere, multi à reliquo muſculo disjuncti, & quaſi errantes inveniuntur. *Angulum oris, labium inferius, quod malae à latere menti eſt, cutem colli, quae eſt infra malam*, trahit deorſum & parum oblique in latus: eodem tempore totam cutem, quae ſuperiorem partem pectoris, vicinum humerum, vicinamque colli partem veſtit, ſurſum in priora trahit, ac colli cutem premit, truditque extrorſum. Maxillam vero depri-

b Euſtach. Tab. xxx. x. ann. 1724. Tab. xxi. 19.
c Euſtach. Tab. xxx. y. Cowp. Myot.

d San-

mere valeat, nec ne, difficile dictu; quanquam non putarem.

Non alienum videtur hic loci subjicere similes membranaceos musculos, qui aliquando Latissimi partes haberi possunt, aliquando distincti sunt, saepe desunt. Eorum alter [d] insignior, ex mala, circa medium Masseteris, nascitur ut Latissimus; quibusdam etiam ex ipsa tendinosa Masseteris superficie: inque priora per malam, è modica latitudine sensim angustior, procedit, tandemque se Latissimo jungit, & cum eo angulum se oris versus curvat sursum, perque exteriora *Depressoris anguli oris*, *posteaque sub tenuitate* Zygomatici majoris, quae per labium inferius excurrit, sensim evanescit. Alter ad auriculam pertinet [e], constatque ex fibris tenuibus, sensim infra auriculam primum conspicuis, *in fine tendineis*, ac desinentibus ad priorem partem lobi auriculae, & ad inferiorem cartilaginis, quae ima conchae & auris introitus cartilaginei efficit. Hic auriculam detrahit, tenditque concham & principium introitus auris: ille angulum *oris trahit retrorsum modiceque deorsum*. *Inveniuntur*, quibus ejus, qui ex mala venit, loco, Latissimus latior est, vestiens id omne quod à latere menti, labiique inferioris, usque ad subjectam lobo auriculae partem malae est [f]; summaque parte sui veniens ex colli parte, quae non multum abest à lobo; interque eum

d Santorin. Tab. 1. n.

e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxi. 18. juxta lobum auriculae; ubi pars est Latissimi.

f Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 32 [illegible] QH.

cum & locum ubi ipſe ſe maxillae inſerit, interjectam malam conſcendens. Eorumque faſciculorum quo quiſque ſuperior, eo minus recta per collum, perque malam in priora adſcendit, ſummo denique margine, à confinio lobi ad angulum oris, aut plane, aut fere tranſverſo; cujus tamen ſummi marginis faſciculi aliquando ad os ipſum non pertinent, ſed in itinere circa priora Maſſeteris evaneſcunt.

Eſt *alterius lateris primus muſculus*, eorum *qui buccas & labra movent*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 13. *Muſculus latus in collo poſitus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 5. Πλάτυσμα μυώδες, Fallop. Obſ. an. in auricularum muſculis. *Quinti paris maxillae*, Arant. Anat. obſ. Cap. 30. *Muſculus auriculae & utrique labro communis*, Caſſer. de aur. Lib. I. Cap. 5. & Pent. Lib. IV. Sect. I. Cap. 4. *Muſculus latus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 15. *Detrahens quadratus*, *communis buccarum labiorumque*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Quadratus genae*, *ſeu Tetragonus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 10. *Quadratus genae vel Latiſſimus colli*, Dougl. Myogr. Cap. 9. *Quadratus genae*, *or Quadratus colli*, *by ſome call'd Tetragonus*, *and by Galen*, *Platyſma myoides*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 7. *Platiſma-myodes*, Santorin. Obſ. an. Cap. 1. §. 33. *Le Peaucier*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 570. & ſeq.

Pars ex mala naſcens, eſt *Riſorius novus*, Santorin. Obſ. an. Cap. 1. §. 34.

Pars ad auriculam pertinens, eſt *Portio muſculi cutanei ſupra parotidem ad aurem adſcendentis*, Riolan.

Anthr. Lib. V. Cap. 14. *Adducens ad anteriora*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. Sunt *fibrae carneae à musculo Quadrato colli ad partem auriculae inferiorem delatae*, Vallalv. de aur. Part. I. Cap. 1. §. 6. *The common, proceding from the Quadratus genae*, Dougl. Myogr. Cap. 10.

CAPUT XXXVI.

De Sternomastoïdeo [a].

Anguſtum, & fere tendineum Sternomaſtoïdei principium, à quo per exteriora carnis ſuae aliquandiu tendinoſus. Eique principio origo ab oſſis pectoris parte priore & eadem ſuperiore [b], non longe à capite claviculae. Unde uſque ad finem paullatim latior, & diu magis magiſque intumeſcens, poſt rurſus ſenſim extenuatus, & ad poſtremum in brevem, ſed latum, & tenuem tendinem [c] verſus, aut extremo ſuo majorem partem tendineus; adſcendit ad illam capitis partem, quae retro aurem eſt [d], atque ibi ſe incurvo ductu affigit exteriori parti proceſſus mammillaris, ab imo ad ſummum, fere per amplitudinem ejus mediam; continuoque retrorſum, vicinae parti mammillari oſſis temporis, huicque vicinae parti occipitis: & ubi ſe affigit, ibi oſſa illa eminent, & aſperiora ſunt, lunato, inque inferiora patulo, ductu. Caput,

a Euſtach. Tab. xxxv. f. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. Θ.
b Euſtach. Tab. xxxv. f-ω.
c Cowper Myot. ref. ann. 1724. Tab. XLIII. 94. C.
d Euſtach. Tab. xxxv. f-β. & Tab. xxxii. z.

a Eu-

put, si rectum sit, oblique in illud latus, in quo situs, inque priora deorsum agit, cervicem eo versus curvans, faciemque in oppositum latus aliquantum dirigens. Si cervix in posteriora flexa sit, eo eam, simulque in latus, magis, priusquam supra dicto modo flectat, incurvat, ac caput deprimit. Cervice recta, rigidaque, caput, cum ita conversum est, ut facies in illud latus, in quo ipse situs, directa sit, restituit.

Est *Musculi à pectoris osse & clavicula in caput inserti*, pars *ex pectoris osse pronata*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. Pars eadem *septimi caput moventis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. Eadem *septimi paris*, eorum qui caput movent, Eustach. de mot. capit. Eadem *Mastoidei*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 21. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Cowper Myot. Cap. 22. *Mastoidaei*, Dougl. Myogr. Cap. 18. Eadem ejus, qui *le Sterno-mastoidien, ou Mastoidien exterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 706. & seq. & §. 1169. & seq.

CAPUT XXXVII.

De Cleidomastoïdeo [a].

Similis prope Cleidomastoïdei decursus: nam à summo pectoris recta petit processum mammillarem, sed incipiens à superiore & eadem priore clavi-

a Eustach. Tab. xxxv. t. dext. & Tab. xxix. K. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. Y.

b Eu-

culae parte [b], juxta caput ejus, quo ossi pectoris innixa; & aliquando ab ipsa hujus capitis radice; desinens ad priorem partem mucronis processus modo dicti [c]: quocirca rectius adscendit. Contra etiam quam ille, ex lato paullatim angustior; atque ex tenuiore, cum procedit, primo tantum modice crassior, deinde tenuior. Et jam ab initio maximam partem carneus, sed extrinsecus tendinosus, in fine demum fit tendo [d] crassus, brevis, ex ea parte, qua incumbit ei Sternomastoïdeus, primum & praecipue incipiens. Actio ejus ab illa praecedentis, cujus & aliquando pars censeri potest, vix discrepat, nisi quod caput rectius quam ille, in latus trahat, collumque rectius quoque curvet, ac caput non aeque multum convertat. Vidi in duas caudas jam cito abeuntem, quae una ad processum mammillarem usque incedebant. Vidi ab ejus posteriore parte separatam partem exteriorem, eamque sensim modiceque angustiorem & crassiorem, seseque adjungentem posteriori margini Sternomastoïdei, cujus, solito angustioris, latitudinis partem prope dimidiam faciebat. Vidi similem portionem graciliorem.

Est *Musculi a pectoris osse & clavicula in caput inserti*, pars *a clavicula pronata*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. Pars eadem *Septimi caput moventis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. Eadem *septimi paris*, eorum

b Eustach. Tab. xxxv. t-a.
c Eustach. Tab. xxix. K-a.
d Eustach. Tab. xxxv. t-3.

a Eu-

rum qui caput movent, Euſtach. de mot. capit. Eadem *Maſtoidei*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Cowp. Myot. Cap. 22. *Maſtoidaei*, Dougl. Myogr. Cap. 18. Eadem ejus, qui *le Sterno-maſtoidien*, *ou Maſtoidien anterieur*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 706. & ſeq. & §. 1169. & ſeq.

CAPUT XXXVIII.

De Coracohyoïdeo [a].

EX *ventribus duobus* [b], *quos tendo medius jungit* [c], conſtat: interdum tamen, praeſertim in aetate junioribus, ubi caeterum tendo eſt, nil niſi caro anguſta & tenuis invenitur, & ea quibuſdam ex parte tendinea. Ventres longi, tendo brevis. Ventrium primus principio lato & praetenui procedit à ſumma ora ſuperioris marginis ſcapulae [d], juxta lunulam, quae ad radicem proceſſus coracoïdei; aliquando etiam à *ligamento lunulam illam perficiente*: in aliis autem *inde eum tenui & anguſtiore tendine vidimus procedere*, eoque *longo*, paullatim anguſtiore, & à ſua ſuperiore parte carnem producente, ex qua venter à primo initio acutus, ut ſenſim naſcebatur, latior & craſſior. In quibuſdam ab ora ſuperiore ſcapulae, non longe

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. 5. ll. & Tab. XXXIII. Z. ſin. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 5. RS. & Epitom. Tab. muſc. III. MN.

b Euſtach. Tab. XLI. Fig. 5. l. l.

c Euſtach. Tab. XLI. Fig. 5. ll-β. Veſal. Lib. II. de H. C. F. Tab. 5. inter RS.

d Morgagn. Adverſ. I. Tab. I. T.

longe ab angulo superiore oritur : in aliis ab eo ipso angulo ad lunulam usque, principio latiore. Ab ortu circum thoracem, vicinaque colli, in priora modiceque sursum procedit incurvo ductu, paullatim quam ab initio angustior, & crassior : ubi vero ad priorem colli partem appropinquat, extenuatur, atque angustatur, & in tendinem illum, quem diximus, densatur, angustiorem, & tenuiorem, tanquam si inter Cleidomastoïdeum à parte priore, & Scalenum priorem venamque jugularem internam à posteriore, compressus fuisset. Hic tendo è superiore parte ventris primi sensim ortus, se quoque sursum curvat, post rursum carneus redditus, efficit ventrem alterum, quem ex sua interiore parte primum producit, eumque primo sensim crassiorem, dein tenuiorem, ac primo etiam sensim modiceque latiorem, in fine angustiorem. Adscendens is oblique, ipse autem primo leviter incurvus, post rectus, pervenit ad os hyoïdes, ejusque se basis inferiori eidemque priori parti, juxta cornu hyoïdis, extremo tenuiore, eoque tendineo, inserit [c]. Frequenter ex parte continuat se extremo Stylohyoïdeo. Os hyoïdes eodem tempore trahit & deorsum, & retrorsum, & in illud latus, ubi ipse situs : quanquam non nisi cum pare sui animadvertatur agere, cum eoque recte detrahat, ac simul retrorsum cogat. Ubi se per collum curvat, retinetur membrana quadam, eaque quibusdam subtendinea, quae ab eo ad claviculam usque exporrecta. Sed in

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. ll-y.

a Eu-

in uno, alteroque corpore multo brevior fuit, incipiens à media longitudine claviculae, à parte ejus superiore.

Est *septimus*, & *octavus propriorum ossis* υ *referenti*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 17. *Quartus hyoidis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 12. *Quarti paris hyoidis*, Fallop. Obs. an. in musculis hyoïdis ossis. *Quarti paris, ossi hyoidi, ad linguae motum destinatorum*, Arant. Anat. obs. Cap. 26. *Quarti paris ossis hyoidis*, Casser. Pent. Lib. II. Sect. I. Cap. 8. *Coracohyoideus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 16. *Paris quarti, oblique deorsum trahentis, Coracohyoidei appellati*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Coracohyoideus*, Cowper Myot. Cap. 13. *Coracohyoides*, Morgagn. Adv. an. I. §. 27. *Coracohyoidaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 12. *Coraco, seu Costo-Hyoides*, Santorin. Obs. an. Cap. 6. §. 18. *L'Omoplat-hyoidien, communement Coraco-hyoidien*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 865. & seq. & 1246. & seq.

CAPUT XXXIX.

De Sternohyoïdeo a.

Sternohyoïdei principium plerumque affixum interiori parti ossis pectoris, & quidem eminenti margini partis ejus illius, qua sustinet claviculam, juxta cartilaginem costae primae, atque ejus etiam car-

Cc tila-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. m. & Tab. XXXIII. c. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. I. C. & Tab. 4. S. Cowp. Myot. a. 1724. Tab. XXII. 44.

b Eu-

tilaginis [b] finitimae superiori eidemque posteriori parti, ligamentoque, quo clavicula cartilagini illi alligatur: aliquando praeterea capitis claviculae parti eidem & posteriori & inferiori. Adscendit, modice primum parem sui versus, mox rectius: latus ab ortu, & pertenuis; dein paullo quam in principio crassior, leviterque se ad finem usque angustans, donec extenuato tendineo fine pertingat ad inferiorem partem basis hyoïdis, juxta ejus medium [c]. Eamque detrahit. Interdum intus in carne ejus, ibi ubi aliquantum supra sternum progressus, linea [d] tendinea transversa tenuis. Vide autem, quî natura à proposito aliquando declinet. In optimo quodam corpore latum principium oriebatur ab interiore parte sterni, juxta finem costae primae; & ab externo latere abibat in Sterno-hyoïdeum: ab interno autem, postquam venerat ad cartilaginem, qua augetur sustentaculum claviculae, ei se, tanquam si in itinere deficeret, inserebat, parte visenda, cui extremum extenuatum erat, & tendineum.

Est *ossi v referenti proprium alterius lateris primus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 17. *Primus hyoidis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 12. *Primi paris hyoidis ossis*, Fallop. Obs. an. in musculis hyoidis ossis. *Primi paris ossi hyoidi, ad linguae motum destinatorum*, Arant. Anat. obs. Cap. 26. *Secundi paris ossis hyoidis*, Casser. Pent.

b Eustach. Tab. XXXIII. f.
c Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. m-s.
d Morgagn. Adv. an. I. Tab. 2. Fig. I. n.

a. Est

Pent. Lib. II. Sect. I. Cap. 8. *Sternohyoidaeus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 16. *Secundi paris, detrahentis, Sternohyoidei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Sternohyoideus*, Cowper Myot. Cap. 13. *Sternohyoides*, Morgagn. Adv. an. I. §. 7. *Sternohyoidaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 12. *Sternohyoides*, Morgagn. Adv. II. Anim. 13. *Sterno-Hyoides*, Santorin. Obſ. an. Cap. 6. §. 18. Heiſter. Comp. anat. §. 322. in nota. *Le Sternohyoidien, ou Sterno-cleido-hyoidien*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 870. & ſeq. & 1249.

CAPUT XL.

De Sternothyreoïdeo [a].

Infra eum Sternothyreoïdeus naſcitur, pariter tenuis, ſed latior, & inſigniter, dum adſcendit, anguſtans ſe. Ab initio autem adhaeret amplitudini internae oſſis pectoris, è regione inferioris partis cartilaginis coſtae primae; poſt margini ejuſdem oſſis, *juxta eandem dictae cartilaginis partem, atque ejus etiam ipſius cartilaginis finitimae interiori parti.* Latiore & tenuiore, & fere tendineo, fine inſerit [b] ſe eminentiae oblongae, quae oblique excurrit per externam partem lateris cartilaginis thyreoïdeae: qui tamen aliquando multo anguſtior fuit, tantummodo ad imam partem ejuſdem eminentiae pertinens. Anguſtiore

Cc 2

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. 5. n. ſin. & Fig. 12. G. & Tab. XXXIII. b. e. dextr. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 5. P.

b Euſtach. Tab. XLI. Fig. 5. n-β. & Fig. 12. G-β.

c Eu-

ſtiore autem, quam praecedens eſſe ſolet, & eodem craſſiore, tendinoſoque, ac cum praecedente aliquando conjuncto, ſe inſerit tuberculo, quod ex eadem illa cartilagine, ſupra dictam eminentiam, ad priorem partem radicis proceſſus ſuperioris eminet. Medio inter hos fines loco plerumque portione quadam accedit ad pharyngis Conſtrictorem inferiorem: ſaepe & ab exteriore parte adſcendit longius [c], jungitque ſe poſteriori margini Hyothyreoïdei, & cum eo pertinet ad cornu hyoïdis. Alias ludit eo natura magis, ut bicipitem invenerim, capitibus ſe demum, poſtquam aliquandiu per collum proceſſerant, conjungentibus, ac deinde tamen fere ad finem uſque diſtinctis: eorumque alterum praecipuum erat, oriebaturque tum ab imo margine oſſis primi ſterni, tum à laterali, à fine coſtae ſecundae fere uſque ad ſummum primae; tum ab ipſa proxima ſuperiore parte cartilaginis primae: alterum, quod pro acceſſorio muſculo haberi poſſet, anguſtum, oriens à ſuperiore & eadem poſteriore parte mediae longitudinis cartilaginis primae, & à vicino ligamento, quo clavicula ad cartilaginem illam alligata. Caeterum in pleriſque, cum ſupra os pectoris proceſſit, lineam tendineam [d] tenuem undulatam habet, eamque in aliis tranſverſam, in aliis obliquam. Cartilaginem thyreoïdeam, atque adeo laryngem deprimit; ſi cum ſui pare agat, recte: nam ſiquando ſolus ageret, oblique deprimeret. Dum vero

[c] Euſtach. Tab. XLI. Fig. 12. G-γδ.
[d] Caſſer. de Laryng. Tab. I. Fig. 2. ſupra I. infer. & Fig. 3. ſupra E. infer. & Caſſer. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. 2. Fig. 3. ſupra E. infer.

a Eu-

vero deprimit, simul laxat asperam arteriam. Dici etiam posset adjutor esse Constrictori pharyngis supradicto, itemque Hyothyreoïdeo ad deprimendum hyoïdes, cum partem eis dat.

Est *communium laryngis musculorum tertius, & quartus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. *Primus communis laryngis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 14. Secundi paris *communium laryngis musculorum*, Fabric. de laryng. Part. I. Cap. 8. & Part. III. Cap. 8. *Primi paris communium laryngis*, Casser. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. Cap. 4. & Lib. III. Cap. 9. *Bronchius*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 18. *Primi paris extendentium thyroidem, vulgo Bronchii dicti, at nobis Sternothyroidei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Sternothyroideus*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 15. *Sternothyroides*, Morgagn. Adv. an. I. §. 6. & 7. *Sternothyreoideus*, Dougl. Myogr. Cap. 14. *Sternothyroides*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 13. *Sternothyroideus*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 17. *Sterno-Thyroides*, Santor. Obs. an. Cap. 6. §. 5. 6. & 8. *Le Sterno-Thyroïdien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 445. & seq. & 462.

CAPUT XLI.

De Hyothyreoïdeo [a].

Procedit ab inferiore & eadem interna parte tum basis [b] ossis hyoïdis juxta cornu, tum basi pro-

Cc 3 pin-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. 6. & Fig. 12. E.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 12. E-α.

c Eu-

pinquae ipsius cornu [c] longitudinis fere dimidiae; tenuis ab initio, ac satis latus. Primum deinde aliquanto crassior, post extenuatus, eadem prope, qua ortus, latitudine descendit, pertingitque [d] ad eandem in thyreoïdea eminentiam oblongam, ad quam Sternothyreoïdeum desinere diximus; aliquando & ad imum thyreoïdeae marginem, ante illam eminentiam. Hoc thyreoïdeam attollimus, hyoïdes deprimimus: recte rursus, utentes utroque; cum si possemus uno, attolleremus, deprimeremusque oblique.

Est *communium laryngis primus*, *& secundus*. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. *Secundus communium laryngis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 14. *Primi paris communium laryngis musculorum*, Fabric. de laryng. Part. I. Cap. 8. & Part. III. Cap. 8. *Secundi paris communium laryngis*, Casser. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. Cap. 4. & Lib. III. Cap. 9. *Hyothyroideus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 18. *Paris flectentis thyroidem*, *quod Hyothyroides dicitur*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Paris Hyothyreoidei*, de Marchett. Anat. Cap. 11. *Hyothyroideus*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 15. & ann. 1724. Cap. 17. *Hyothyroides*, Morgagn. Adv. an. I. §. 6. *Hyothyreoidaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 14. *Hyo-Thyroides*, Santorin. Obs. an. Cap. 6. §. 7. *Le Thyro-Hyoïdien*, *ou Hyo-Thyroïdien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 447. & 462.

CA-

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 12. E-β. & Fig. 5. o-β.
d Eustach. Tab. XLI. Fig. 12. E-γγ.

a Eu-

CAPUT XLII.

De Biventre maxillae inferioris [a].

Radicem processus mammillaris ossis temporis ex interiore parte findit incile quoddam, ex quo, & quidem ab interiore eodemque humiliore margine ejus, Biventer oritur [b], inde ad imum mentum leviter lunato, directisque sursum cornubus, procedens ductu; atque ibi se inserens [c] posteriori parti imi marginis maxillae inferioris, juxta menti medium. Est vero medius tendineus [d], extremis utrimque carneus [e], *id est*, *vere biventer*. *Venter primus*, *qui ab initio non admodum latus est*, fit primo ex tenuiore crassior, mox totus paullatim gracilescit, & in tendinem abit, ex parte sui exteriore, qua spectat Pterygoïdeum internum, citius sensimque prodeuntem: atque is tenuis est, teres, portione musculi longus; rursusque in ventrem, & ab inferiore quidem parte citius, vertitur, sensim & tumidiorem, & latiorem; juxta *maxillam autem extenuatum*, *angustioremque*, & ab *ortu suo aliquandiu*, *maxime ex interiore parte*, *tendinosum*. Tendinosus quoque venter primus, praesertim

a Eustach. Tab. xxxv. m α α n. & Tab. xxxii. rr. sin. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 5. HI. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxiii. 68. 68.

b Eustach. Tab. xxxv. m-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxiii. 68. infra C.

c Eustach. Tab. xxxv. n-γ. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxiii. 68. juxta B.

d Eustach. Tab. xxxv. mn-αα. Cowper Myot. ref. ann. 1724. Tab. xxxi. B.

e Eustach. Tab. xxxv. m. n. Cowper Myot. ref. ann. 1724. Tab. xxxi. A. C.

f Cow-

tim qua oritur, praesertimque à posteriore parte: alter qua se inserit. Saepe à ventre secundo vario modo abludit portio, eaque quibusdam insignis, se conjungens cum eodem ventre Biventris alterius lateris, aut cum simili abludente portione ejus. Tendinis extremo laxe annuli specie superinjecta aponeurosis quaedam, qua concursus Sternohyoïdei, Coracohyoïdei, Stylohyoïdei, Mylohyoïdei, extrinsecus obductus; eaque satis lata, tenuis, laxa. Quin & è tendinis extremo, tendinosoque initio ventris secundi, ab inferiore parte exit aponeurosis [f] lata, tenuis, adjungens se ad aponeurosem modo dictam, & plerumque priori parti basis hyoïdis adnectens [g], fine lato, inter extrema Mylohyoïdei, Sternohyoïdei, Coracohyoïdei: eâque laxe adnectitur hyoïdi. Unde fit, ut deorsum acto hyoïde, in tendinis ventrisque secundi confinio se insigniter flectat, retentus aponeurosibus, quas diximus; atque adeo ab ortu ventre primo, tendineque, rectius incedat in priora deorsum usque ad latus ossis hyoïdis; flexoque ibi tendine extremo, postea ventre secundo in priora recto ducto adscendat ad mentum [h]. Frequenter praeterea medius tendo per medium Stylohyoïdeum, ob id tunc fissum, transit [i]. Hic musculus & maxillam inferiorem movet, & caput. Maxillam proprie, quam à superiore oblique deducit, agitque retrorsum, aponeurosibus, quae retinere videntur,

f Cowper Myot. ref. ann. 1724. Tab. xxxi. D.

g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxiii. supra M.

h Eustach. Tab. xxxv. m a a n.

i Eustach. Tab. xxxv. m a a n. sinist. & Tab. xxxii. r r. sin.

a Eu-

dentur, non impedientibus ob laxitatem suam, ne contractione ventrium rectus fieri possit, breviorque; immoto interim, neque tamen ne moveatur, retento, hyoïde. Caput, cum maxilla, ne deorsum cedat, magis quam caput firmata; tunc posteriorem capitis partem detrahens, eoque efficiens, ut prior se attollat. Atque ita eum natura construxit, ut rectus fieri contractione sua possit, neque tamen impedimento sit partibus vicinis, aut ab eis ipsis impediatur. Dedit habere carneam naturam, ubi sat spatii est, ei, etiam contractae, recipiendae, id est *tum à principio, inter processum mammillarem &* maxillae posteriorem partem; tum in extremo, *infra* maxillam: tendinem autem, ubi sub maxilla deducitur per angustias; quibus etiam ventres in tendinis confinio accommodavit; effecitque primum, ubi maxillae angulum subiturus est, sensim graciliorem; secundum, ubi emersurus est, ex gracili sensim habitiorem. Videtur autem natura, quoniam unus ven*ter non sufficisset ob parvitatem, dedisse duos, non permittente loci angustia, ut efficeret unum majorem*: tendinemque laxe alligasse hyoïdi, ut *in* loco suo, quantum satis est, retineretur, ne aliquantum deflecteret cum laryngem cum hyoïde & lingua modo deorsum insigniter agimus, modo sursum. Ex quibus, puto, intelligi potest & id, quod efficit; & modus, quo agit; & constructionis singularis ratio. Quanquam autem constructionis singulorum rationem tradere non suscepe*rim, in hoc* tamen non erat praeterienda, quo intelligeretur actio clarius; praesertim cum aliud atque

aliud naturae institutum hic quaesiverint clarissimi homines. An autem & hyoïdes, cum id insigniter deorsum actum, adductaque eodem tempore maxilla inferior ad superiorem, attollit? non negaverim posse, quamvis certe huic officio paratus non sit.

Est *alterius lateris maxillam moventium quartus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 15. *Maxillae inferioris quartus, os aperiens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 11. *Quarti maxillae paris*, Arant. Anat. obs. Cap. 27. *Digastricus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 15. *Alterius paris maxillae, Deprimentis biventris*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Paris Digastrici, sive Biventris*, Vesling. Synt. Cap. 13. *Digastricus seu Biventer*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 18. *Digastricus*, Dougl. Myogr. Cap. 20. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 12. *Digastricus, seu Biventer*, Cowp. Myot ann. 1724. Cap. 18. *Digastricus*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 37. *Le Digastrique*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 848. & seq. & 1224. & seq. *The Digastric*, Monro, Medic. Essais, Vol. I. Art. 11.

CAPUT XLIII.

De Stylohyoïdeo [a].

Stylohyoïdeus exili tendine, qui deinde per exteriorem partem carnis aliquandiu decurrit, oriens ab inferiore parte [b] processus styliformis ossis temporis,

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 1. i. & Tab. XXXV. l. sin. & Tab. XXXII. f. sin. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. Q.

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXIII. D.

c Eu-

ris, juxta ossiculum, quod illi processui adjunctum, in multis mobile est; aut ab eadem parte initii illius ipsius ossiculi; musculus sit sensim paullo habitior, gracilis tamen, ac prope teres; dein rursus gracilescit: descenditque oblique in priora ad os hyoïdes, ac se fine tenui tendineo affigit priori & eidem inferiori parti basis hyoïdis [c], qua cornu cum ea connexum, statim supra Coracohyoïdeum, cui se saepe ex parte continuat. Quibusdam non basi, verum cornu juxta basem insertus. In quodam ab exteriore margine suo demittebat *fasciculum ad Hyothyreoïdeum, ejus se exteriori margini continuantem. Non raro fissus*, transitum praebet Biventri [d], ut superiore capite jam annotatum. Frequenter autem se, cum ad os hyoïdes appropinquat, findit in portiones duas, inter quas elabitur Biventris tendo; easque planiores, sensim graciliores, vertentes se in tendines tenues, planos, sensim angustiores, breves; qui, postquam Biventris tendo exiit, conjungunt se in extremum tendineum, *breve, tenue, acutum. Invenimus* aliquando *in duos graciles distinctum, inter quos Biventris tendo incedebat.* Os hyoïdes, solus si ageret, traheret sursum, ac simul retrorsum, & in latus: nunc autem, cum fere dexter sinisterque aequa vi agant, os illud recta attollunt in posteriora. Semel defuit unus.

Est tertii paris ossi υ referenti propriorum, Vesal. de

c Eustach. Tab. xxxv. l. xxxii. s. fin.
d Eustach. Tab. xxxv. l. fin. & Tab.

a Eu-

H. C. F. Lib. II. Cap. 17. *Tertius hyoidis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 12. *Tertii paris hyoidis ossis*, Fallop. obs. an. in musculis hyoidis ossis. *Tertii paris ossi hyoidi, ad linguae motum destinatorum*, Arant. Anat. obs. Cap. 26. *Tertii paris ossis hyoidis*, Casser. Pent. Lib. II. Sect. I. Cap. 8. *Styloceratoides*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 16. *Tertii paris, oblique sursum trahentis, sive Styloceratohyoidei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Paris Stylohyoidei*, de Marchett. Anat. Cap. 11. *Stylohyoideus*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 13. *Stylohyoidaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 12. *Stylohyoideus*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 13. *Stylo-hyoides major*, Santorin. Obs. an. Cap. 6. §. 20. *Le Stylo-hyoidien*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 862. & seq. & 1245.

CAPUT XLIV.

De Stylohyoïdeo altero [a].

Quidam & alterum habent, haud multum dissimilem, longe autem exiliorem, ejusdem usus. *Visus is est ab ejusdem processus* extremo, ab ejus inferiore parte, oriri, & cum praecedente incedere, sed citius in tendinem tenuem teretemque abire, eumque in fine magis extenuatum, & in quibusdam aliquantum dilatatum; alias in extremum gracile, ad postremum tendineum: suoque fine pertinere ad hyoïdis officuli gra-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. II. K. XXVIII. Fig. 3. X. Cowper Myot. ann. 1724. Tab.

a Eu-

graniformis latus, quo illud spectat cornu subjectum; aliquando etiam ad ipsius cornu finitimam priorem partem. In alio oriebatur cum Stylopharyngeo, tendine gracili, longoque; unde caro sensim primo intumescens, & in duas inaequaliter divisa partes, referentes musculos duos.

Est *Stylo chondrohyoidaeus vel Stylo hyoidaeus alter*, Douglas Myogr. Cap. 12. *An elegant small muscle*, &c. Drake Anthr. Book III. Chap. 17. De quo Cowper, *Besides this, i have frequently found another muscle*, &c. Myot. ann. 1724. Cap. 13. in Stylohyoideo. *Stylo-hyoides novus*, Santorin. Obs. an. Cap. 6. §. 20.

CAPUT XLV.

De Styloglosso [a].

Ab eodem styliformi [b] & Styloglossus, gracilis, longissimusque linguae. Procedit ad eam ab illa styliformis parte, quae mobilis in junioribus; plerumque autem fere ab extremo ejus, alias à longitudine media; & à superiore quidem eademque interiore parte; frequenter & à vicino ligamento, quod inter processum illum, maxillaeque angulum intercedit. Hinc paullatim latior, & primo tendinosus, tenuis, satis angustus; mox totus carneus, & paullo primum crassior, mox sensim tenuior, in priora intror-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 8. H. & Fig. 11. F. Bidloo Tab. XIV. Fig. 1. C.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 8. H-α. & Fig. 11. F-α.

c Bid-

trorsum vadit, petens eam imae partis linguae partem, quae est juxta marginem ejus lateralem; in quam & dilatatus quasi evanescit, ad eam primo accedens juxta finem Ceratoglossi [c], atque inde juxta eum [c], juxtaque finem Basioglossi [c], ulteriusque in priora fasciculis tenuibus usque ad linguae apicem excurrens. Solet quoque, ubi primum ad finem Ceratoglossi venit, partem aliquam ab inferiore parte sua deorsum curvare, eaque se continuare huc adscendenti tum Ceratoglossi [d], tum Geniogloſſi. Linguam oblique in latus retrorsum trahit; & si depressa sit, eodem simul tempore attollit. Potest & os hyoïdes attollere, cum est Ceratoglosso continuatus: & premere membranam oris, cum Geniogloſſo. Linguam, quando simul agit dexter & sinister, dilatant.

Est *quintus*, & *sextus linguae musculorum*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 19. Columb. de re an. Lib. V. Cap. 13. *Tertii paris linguae musculorum*, Fallop. Obs. an. in linguae musculis. *Tertii paris propriorum linguae*, Arant. Anat. obs. Cap. 27. *Secundi paris linguae*, Casser. Pent. Lib. II. Sect. I. Cap. 6. & Sect. III. Cap. 5. *Styloglossus*, Riolan. Anthr. Lib. 5. Cap. 17. *Sexti paris, oblique trahentis, Stylogloſſi*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Styloglossus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 14. Dougl. Myogr. Cap. 13. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 14. *Le Stylo-Glosse*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 518. & seq. & 527. CA-

c Bidloo Tab. XIV. Fig. 1. C. Fig. 2. OP.
d Casser. Pentesth. Tab. 1. Org. gust.

a Eu-

CAPUT XLVI.

De Stylopharyngeo [a].

Ab eodem quoque processu [b] Stylopharyngeus, pariter gracilis, longusque, ut qui se ad cartilaginem thyreoïdeam demittat. Ab interiore & eadem inferiore parte principii portionis illius, quae adjuncta styliformi, mobilis est aetate junioribus, oritur. Tenuis primo, & tendinosus, sensimque primo crassior, post tenuior, quasi teres, sed aliquantum tamen latior quam crassior, & paullatim ab ipso *usque principio*, *modiceque se dilatans*, *in priora*, modiceque simul introrsum descendit ad latus pharyngis, & ad membranam, ex qua is proprie constat, se applicat: per cujus deinde latus pergit descendere, inde inprimis paullatim latior [c], extenuatusque, ac cum extremo Palatopharyngeo conjunctus [d]; cum quo commune extremum [e] efficit, ad thyreoïdeam [f], pharyngemque [g] pertinens. Sed & à priori parte illius, *qua se thyreoïdeae inserit*, *secundum membranam pharyngis*, *ac dein secundum interiora thyreoïdeae* decurrit latescens, & per membranam, quae laryngem ex interiore parte vestit, tenuissimis, paullatimque

a Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. O. & Tab. XLII. Fig. 8. F. & Fig. II. I. & Tab. XXXIII. P.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 8. F-α. & Fig. II. I-α.

c Cowper Myot. ann. 1694. Fig. 6. A.

d Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. Q. & P. & Tab. XLI. Fig. II. P.

e Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. P. & Tab. XLI. Fig. II. P.

f Eustach. Tab. XLI. Fig. II. P-α. & Tab. XLII. Fig. 6. P-β.

g Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. P-αα. inf. & Tab. XLI. Fig. II. P.

a Eu-

que dispersis fibris evanescit. Adde quod à superiore parte aliquando det portionem Constrictori superiori pharyngis. Nonnihil retrorsum ac simul extrorsum attollit thyreoïdeam cum pharynge; quo pharyngem etiam facit breviorem. Si dexter simul cum sinistro agat, pharyngem, cui in descensu adhaerent, in latera diducunt.

Est *Quarti paris linguae*, *quod & faucibus adscribi potest*, Fallop. Obs. an. in linguae musculis. *Stylopharyngeus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 19. *Tertii paris faucium*, *Stylopharyngei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Stylopharyngeus*, Cowper Myot. Cap. 16. *Stylopharyngaeus*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 20. & 21. *Stylopharyngaeus*, Morgagn. Adv. an. I. §. 8. *Stylo-pharyngaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 15. *Stylopharyngaeus*, Morgagn. Adv. II. Anim. 14. *Stylo-Pharyngaeus*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 7. *Le Stylo-Pharyngien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 477.

CAPUT XLVII.

De Mylohyoïdeo [a].

Mylohyoïdeus appellatur, qui à maxilla inferiore, maxime qua ea parte in mala est, pertinet ad os hyoïdes. Cujus tendinosa origo [b], ab eminentia

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. a. & Tab. XXXV. k k. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. R. Casser. de Laryng. Tab. 1. Fig. 1. E E. in utr. lat. & Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 2. Fig. 1. E. & E.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. a-αβ.

c Eu-

nentia per longitudinem maxillae, à dente molare intimo fere usque ad symphysem maxillae, ex inferiore parte oblique porrecta: à cujus longitudine tota procedit oblique in priora, ac sui parem versus, cum quo & coit per totum illud intervallum, quod inter mentum & os hyoïdes; ad hoc posteriore solummodo parte sua pertingens. Partim igitur ad os hyoïdes [c], fine autem tendineo tenui lato, desinit; & quidem ad basis [d] ejus priorem eandemque inferiorem partem: partim ad parem sui [e], cum quo saepe in ipso coitu lineam tendineam tenuem efficit, & interdum ab inferiore parte aponeurosem tenuem, satisque latam; multis caeterum fibris carneis pari sui continuatus. Et pars ejus prior brevissima; ut sequuntur sequentes, ita longiores; longissima, quae pertinet ad hyoïdes. Latus est, & fere latitudinis ejusdem à principio ad finem: est & satis crassus; primum vero modice crassescit, post se lente extenuat. Cum vero dexter sinisterque se maximam partem conjungant inter se, ut unus dici possint, una etiam agunt, partesque quae statim supra eos sitae sunt, premunt, aguntque sursum: hyoïdes depressum si sit, attollunt, firmant deinde. An & depresso hyoïde, retentoque, maxillam inferiorem deprimunt?

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. a-γ δ. Casser. de Laryng. Tab. I. Fig. I. F. & Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 2. Fig. 1. D.

d Eustach. Tab. XXXV. kk.

e Eustach. Tab. XXXV. kk. kk. Casser. de Laryng. Tab. I. Fig. I. E E. EE. & Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 2. Fig. 1. E. E. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XXVII. 47. Bidloo Tab. XV. Fig. 1. E E.

a Eu-

Est *Secundi paris ossi v referenti propriorum*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 17. *Secundi paris hyoidis ossis*, Fallop. Obs. an. in musculis hyoidis ossis. *Secundi paris ossi hyoidi, ad linguae motum destinatorum*, Arant. Anat. obs. Cap. 26. *Primi paris ossis hyoidis*, Casser. Pent. Lib. II. Sect. I. Cap. 8. *Milohyoideus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 16. *Primi paris, recta attollentis, Geniohyoidei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Mylohyoideus*, Cowper Myot. Cap. 13. *Mylohyoidaeus, Fallop.* Dougl. Myogr. Cap. 12. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 13. *Mylo-Hyoides*, Santorin. Obs. an. Cap. 6. §. 19. *Le Mylo-hyoidien*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 854. & seq. & 1243.

CAPUT XLVIII.

De Geniohyoïdeo [a].

Geniohyoïdeus ab eadem maxilla, verum ab illa parte [b], quae ex adverso menti est, ab asperae, quam ibi habet, eminentiae parte inferiore, recta decurrit ad scrobem, quae in superiore & eadem priore parte basis *hyoïdis*, juxta illius medium [c]. Plus una vice extremum suum praeter solitum latius habentem vidimus, ut latitudinem basis hyoïdis ad cornu usque fine suo teneret; parte illa, qua latior soli-

to,

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. b. & Fig. 8. M.

b Casser. de Laryng. Tab. 1. Fig. 2. sub A. superiore. Eust. Tab. XLI. Fig. 8. M-α.

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 5. b-β. & Fig. 8. M-β.

a Eu-

to, tenuior: quam etiam vidimus distinctam ab eo, insertamque & basi juxta cornu, & proximae superiori cornu parti. Ex graciliore fit primo paullo crassior, dein extenuatur ad finem usque, à principio ad finem usque modice latescens, à priore, & à posteriore parte, & qua contingit parem sui, planior, nec fere nisi in ipso ortu tendinosus. Os hyoïdes ad mentum trahit. Hyoïde autem depresso, satisque retento, maxillam detrahere fortasse potest.

Est *Quinti paris hyoidis ossis*, Fallop. Obs. an. in musculis hyoidis ossis. *Quinti paris ossi hyoidi*, *ad linguae motum destinatorum*, Arant. Anat. obs. Cap. 26. pars hyoidi inserta. *Geniohyoideus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 16. Cowper Myot. Cap. 13. *Geniohyoidaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 12. *Le Genio-hyoidien*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 859. & seq. & 1244.

CAPUT XLIX.

De Ceratoglosso [a].

Ceratoglossus & Basioglossus breviores & latiores, quam de quo ante egimus, Styloglossus; tenues praeterea, & toti carnei. Ille orsus à parte exteriore marginis inferioris cornu hyoïdis [b], saepe ab ipso ejus extremo ad eam partem fere usque, qua cum basi connexum; adscendit modice extrorsum, sensim angustior.

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 8. I. b Eustach. Tab. XLI. Fig. 8. I-*aa*.

c Bid-

gustior. Extremas fibras paullatim dispergit per partem inferiorem eandemque posteriorem & lateralem linguae [c], quam deorsum & introrsum trahit, & si cum pare sui agit, ex lateribus contrahit, angustatque. Forsitan & os hyoïdes, lingua magis quam illud firmata, aut sursum acta, attollit. Cumque fibris posterioribus quibusdam Stylogloſſo continuatus [d] est, ut saepe fieri diximus in illius historia, eum quoque detrahit.

Videtur esse pars *tertii*, *& quarti linguae musculorum*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 19. *Secundi paris linguae*, Fallop. Obs. an. in linguae musculis. *Secundi paris propriorum linguae*, Arant. Anat. obs. Cap. 27. *Tertii linguae musculorum paris*, Casser. Pent. Lib. II. Sect. I. Cap. 6. & Sect. III. Cap. 5. Pars *Basiogloſſi*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 17. Est *Quinti paris*, *Deprimentis*, *sive Ceratogloſſi*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Ceratogloſſus*, Cowp. Myot. Cap. 14. *Ceratogloſſi* pars, quae *properly the Ceratogloſſus*, Dougl. Myogr. Cap. 13. Pars *Ceratogloſſi*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 13. *Le Kerato-Gloſſe*, pars ejus qui *le Hyo-Gloſſe*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 520. & seq. & 528. Ad hunc quoque, aut potius fortasse ad Basiogloſſum, pertinet *le Chondro-Gloſſe*, Ejusd. ibid. §. 520. & seq.

CA-

c Bidloo Tab. XIV. Fig. 1. H. guſt. Fig. 2. PO.
d Casser. Pentaesth. Tab. 1. Organ.

a Eu-

CAPUT L.

De Baſiogloſſo [a].

Hic autem inſignior, & primo anguſtior, oritur à baſis [b] hyoïdis inferiore & eadem priore parte, juxta cornu; & ab ipſius cornu proxima priore: adſcendit ut praecedens, ſed ſenſim latior: ad linguam deſinit [c], ut idem ille, ſed à parte ejus priore: &, ad quam deſinit, linguae partem movet, contrahitque, fere ut ille ſuam; ac forſan quoque os hyoïdes, ut illum diximus, attollit.

Videtur eſſe pars *tertii*, *& quarti linguae muſculorum*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 19. Haud dubie pars *ſecundi paris linguae*, Fallop. Obſ. an. in linguae muſculis: itemque *ſecundi paris propriorum linguae*, Arant. Anat. obſ. Cap. 27: & *tertii linguae muſculorum paris*, Caſſer. Pent. Lib. II. Sect. I. Cap. 6. Eſt pars *Baſiogloſſi*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 17. Videtur & pars *quinti paris*, *Deprimentis*, *ſive Ceratogloſſi*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. Eſt *Ceratogloſſi* pars *named Baſio-gloſſus*, Dougl. Myogr. Cap. 13. Pars *Ceratogloſſi*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 13. *Baſiogloſſus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 14. *Le Baſio-Gloſſe*, pars ejus qui *le Hyo-Gloſſe*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 520. & ſeq. & 528.

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. K.
b Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. K.
c Bidloo Tab. XIV. Fig. 1. D.

a Eu-

CAPUT LI.

De Chondrogloſſo.

Eadem fere, ſed minus inſignis, actio Chondrogloſſi, muſculi parvi, quem ſaepe invenimus, à ſuperiore parte principii oſſiculi graniformis, aliquando etiam à vicina baſi hyoïdis, ad linguam adſcendentem, ſeſeque Geniogloſſo intermiſcentem, immergentemque inferiori parti radicis linguae, à latere, juxta initium Lingualis.

Eſt *paris Chondro-gloſſi*, *vel Ceratio-gloſſi*, *latine Corniculo-lingualis*, Verheyen. Anat. Tract. IV. Cap. 19. Fortaſſe & *Chondrogloſſus*, Valſalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 20. An *Chondrogloſſus*, Dougl. Myogr. Cap. 13. in *Ceratogloſſo*?

CAPUT LII.

De Geniogloſſo [a].

Geniogloſſus major eſt, quam linguae caeterorum quiſque. *Principium* ei anguſtum & tendinoſum, oriens ſtatim ſupra Geniohyoïdeum, ab aſpera eminentia, quae in interiore parte maxillae inferioris eſt, propter ejus ſymphyſem. Ab eo fit primo paullo craſſior, mox ſenſim extenuatur. Ab eodem ſe paullatim,

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. II. A. & B. & Fig. 8. L. Caſſer. Pentaeſth. Tab. II. Org. guſt. Fig. I. H I. Cowper Myot. ann. 1604. Fig. V. D. & D. & ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. I. 49.

b Cow-

tim, insigniterque pandit, retrorsum euns ad imam partem linguae [b], cujus se longitudini toti juxta medium immiscet, atque etiam ultra excurrit ab inferiore parte. Et divergunt fibrae ejus, ab uno quasi puncto tanquam radii ad longitudinem illam pertingentes. Superiores breviſſimae, ad linguam retrorsum vadunt sub membrana oris, & cum ad linguam pervenere, decurrunt ad ejus apicem: sequentes quo inferiores, eo & longiores, eoque ad linguae partem ab apice remotiorem perveniunt. Ob quam causſam omnes trahunt linguam in priora, sed pro vario decursu suo, quem linguae situs mutat, diversimode. Ubi linguam attigere, flectunt se in latus, supra Ceratogloſſum & Basiogloſſum ad linguae marginem tendentes. Ab inferiore autem parte juxta basem linguae abit in fasciculum gracilem, brevem, in fine aliquando fere tendineum; quo se inserit superiori parti principii ossiculi graniformis hyoïdis. Ibidemque praeterea à latere, mox supra fasciculum illum, multos fasciculos tenues in latus per membranam pharyngis sursum curvat; quorum pars maxima accedit ad interiorem partem Ceratogloſſi: pars per latus pharyngis decurrit retrorsum sursumque: pars se priori parti Constrictoris superioris pharyngis visa continuare; pars Stylogloſſo. Ergo & os hyoïdes ad mentum trahere potest: membranam pharyngis firmare, premere, contrahere. Semel praeterea vidi ligamentum, quo os hyoï-

b Cowper Myot. ann. 1694. Fig. v. D. & D. & ann. 1724. Tab. xxviii. Fig. 1. 49.

c Heiſt.

hyoïdes alligatum proceſſui ſtyliformi, paullatim in tenuem carnem abeuns, ſenſim latiorem, & cum Ceratogloſſum ſubierat, curvantem ſe ſurſum, continuantemque imae, eique ſe ſurſum curvanti, parti illius portionis Genioglossi, quae incedit per latus pharyngis. Caeterum Genioglossus in duos poſſet diſtingui, lateralem, & medium: illum huic ab externo latere applicatum, & ab eodem ejus latere cum eo ſe linguae longitudini fere ad apicem uſque inſerentem: hunc paullo majorem, & non modo ad mediam linguae longitudinem totam pertinentem, ſed etiam ad hyoïdes, & per latus pharyngis excurrentem, quo dictum modo.

Ubi autem Genioglossus dexter ſiniſterque juxta poſticam partem radicis linguae ſe contingunt, & conjungunt; ibi vel ab iis, vel ab ipſa lingua, aſſurgunt fibrae [c], efficientes faſciculum ſenſim & exiliorem & anguſtiorem, qui per epiglottidis ligamentum medium incedens, pertinet ad illius dorſum, eamque in priora erigit, curvatque.

Eſt *nonus linguae*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 19. *Tertius*, & *quartus linguae*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 13. *Primi paris linguae*, Fallop. Obſ. an. in linguae muſculis. *Quinti paris oſſi hyoidi*, *ad linguae motum deſtinatorum*, Arant. Anat. obſ. Cap. 26. pars ad linguam pertinens. *Primi paris muſculorum linguae*, Caſſer. Pent. Lib. II. Sect. I. Cap. 6. *Genioglossus*, Rio-

[c] Heiſt. Comp. Tab. VIII. Fig. 34. k.

a An

Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 17. ubi vitiose impressum *Basiogloſſus*: vide Anthr. ann. 1618. & 1626. *Secundi paris, Extrahentis linguam, Geneogloſſi*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Geniogloſſus*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 14. Dougl. Myogr. Cap. 13. Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 14. *Le Genio-Gloſſe*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 522. & ſeq.

Faſciculus ad epiglottidem pertinens: hic vide Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. *duos muſculos laryngis operculi*: Columb. de re an. Lib. V. Cap. 14. *Veſalius binos alios muſculos communes deſcribit*, &c. Eſt *unus muſculus in epiglottide humana*, Fabric. de laryng. Part. I. & III. Cap. 3. Vide Caſſer. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. & III. Cap. 6: Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 18: Morgagni *geminum epiglottidis levatorem*, Adv. an. I. §. 28: *Hyo-epiglotteos*, Pauli Praef. in van Horne opuſc. §. 63. *Ab utroque latere* epiglottidis membranacei *ligamenti plures fibrae*, &c. Verheyen. Anat. Tract. III. Cap. 11. Eſt *Retractor epiglottidis*, Santorin. Obſ. an. Cap. 6. §. 16. *Epiglottidis attollens*, Heiſt. Comp. an. §. 324. in nota l. *Gloſſo-epiglottideus*, ibid. Explic. Tab. VIII. Fig. 38. k. Vide *les Hyo-Epiglottiques*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 458.

CAPUT LIII.

De Linguali [a].

Inferiori parti linguae, inter ejus medium latuſque, Lingualis totus inhaeret, ex ipſius linguae radice

Ff ſen-

a An Euſtach. Tab. XLI. Fig. II. C?

a Eu-

ſenſim exoriens, decurrenſque inde ad apicem uſque, in quo ſenſim evanidus. Modicae latitudinis eſt, ac tenuis. Inque decurſu ſuo commiſcet ſe cum Baſiogloſſo, qua is ſe linguae immiſcet; dein cum Styloglosſo, ad apicem uſque: atque etiam per linguam incedenti inhaeret Geniogloſſo, fibras ejus decuſſans. A principio faſciculos quoſdam accipit à Geniogloſſo: inter cujus partem eam, quae ſe in latus curvans, accedit ad Ceratogloſſum; illamque, quae ſe linguae ibidem inſerit, oritur. Linguam facit breviorem, contrahit, curvatque in inferiora, apicem ejus trahens in fundum oris.

Eſt *Lingualis*, Dougl. Myogr. Cap. 13. An *les fibres longitudinales*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 513?

CAPUT LIV.

De pharyngis Conſtrictore inferiore [a].

Lati autem & tenues ſunt pharyngis *Conſtrictores* à *nobis vocati*, quorum operimento pharynx extrinſecus veſtita. Quos neque unum putamus eſſe dicendos, à multis, iiſque diverſis, partibus orientem; neque in tot ſcindendos, à quot partibus oriuntur. Non unum dicendos, quia ſatis primum diſtincti ſunt in dextros & ſiniſtros; evidenter autem ab

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. R. & Tab. XLII. Fig. 4. K. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 3. P Q.

b Eu-

ab utroque latere *in tres*, actione etiam aliquantum discrepantes. Non scindendos in tam multos, quia revera sunt tantummodo ab utraque parte tres, sed à pluribus una partibus procedentes, ut multi alii, etiam majores, quos tamen non partimur : nihilque attinet, hic tam minute partiri, & in re non facili, etiam augere difficultatem iis, qui cognoscere cupiunt. Qui è sex illis ab utraque parte inferior est, se à cartilagine cricoïdea, & à thyreoïdea [b] retrorsum flectit, ambitque pharyngis inferiora, usque ad mediam posticam partem ejus, ubi cum pare sui coit [c]. *Ut ipse latus, ita & principium ejus, sed in aliquot portiones divisum* : & primum angustiore [d] oritur ab inferiore parte lateris externi cricoïdeae, juxta partem ejus posteriorem, mox infra processum inferiorem thyreoïdeae, qui cricoïdeam continet : deinde [e] angusto, ab exteriore parte imi processus modo dicti thyreoïdeae : post ampliore, ab ejusdem cartilaginis eminentia oblonga, cui Sternothyreoïdeus, & *Hyothyreoïdeus*, inserti : tum angusto, à tuberculo, *quod in eadem cartilagine est ad radicem processus ejus superioris* ; aliquando & ab exteriore parte marginis ejus, qui supra tuberculum illud : partem insuper medio loco inter duas postremas portiones accipit à Sternothyreoïdeo ; nonnunquam & à

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 8. R-*aa*.
c Valsalv. de aure Tab. VI. GG GGgg-3.
d Valsalv. de aure Tab. VI. H.
e A thyreoïdea, Valsalv. de aure Tab. VI. GGg. Eustach. Tab. XLI. Fig. 8. R-*aa*.

f Val-

Cricothyreoïdeo, inter priores duas. Ejus fibrae [f] inferiores valde tenues; sequentes insigniores. Inferiores magis transversae; sequentium quaeque magis & magis adscendunt: qua de causa, quo quaeque superiores, ita & longiores, itaque ad angulum acutiorem ex utroque latere conveniunt: at inferiores pleraeque earum, quae à cricoïdea procedunt, potius incurvo ductu dextrae sinistris continuantur [g]. Sic conjuncti inter se dexter sinisterque, dum se circum pharyngem curvant, sursum versus simul in longum mucronem porrigunt, acutoque ejus extremo desinunt aliquanto supra mediam pharyngis longitudinem. Idem, qua adjacent Constrictoribus sequentibus, in fine fibras suas cum iis commiscent. Pharyngem constringunt: fortasse & laryngem attollunt, parte sua superiore.

Pars ejus, quae oritur à thyreoïdea, est *Communium laryngis musculorum quintus*, *& sextus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. *Oesophagum complectentis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 14. pars unius lateris. *Tertii paris musculorum*, *qui faucibus dilatandis*, *aut constringendis inserviunt*, Fallop. Obs. an. pars *insertâ in primam cartilaginem laryngis.*

Ipse totus est *Communium laryngis musculorum tertii paris*, Fabric. de laryng. Part. I. & III. Cap. 8.

Pars,

[f] Valsalv. de aure Tab. VI. HH. Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 3. 57. infer.

[g] Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 3. PQ.

a Eu-

Pars, quae à thyreoïdea, *Oesophagum ambientis*, Casser. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. Cap. 4. & Lib. III. Cap. 9. pars unius lateris. Eadem *quarti faucium*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 19. *Quem Oesophageum vocant*, ibid. Quaest. 5. Eadem *Oesophagei*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 19. *Primi paris constringentium fauces*, *Oesophagiaei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. & *Secundi paris*, *Cephalopharyngaei*, ibid. pars *in thyroidem cartilaginem inserta*.

Ipse totus, *Sphincteris*, *seu Oesophagei*, de Marchett. Anat. Cap. 11. pars unius lateris.

Pars, quae à thyreoïdea, *Oesophagaei seu Sphincteris gulae*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 16. pars unius lateris. *Paris Thyropharyngaei*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 20. *Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Thyreo-pharyngaeus Valsf. Thyropharyngaeus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 18. Pars *Oesophagei*, *seu Sphincteris gulae*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 16. *Thyro-pharyngaeus*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 8. & 10. *Le Thyro-Pharyngien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 482.

Pars, quae à cricoïdea, est *Cricopharyngaeus*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 20. *Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Crico-pharyngaeus Valsf.* Pars *Oesophagaei*, *seu Sphincteris gulae*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 16. *Crico-Pharyngaeus*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 10. *Le Crico-Pharyngien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 483.

CAPUT LV.

De pharyngis Constrictore medio [a].

Haud aliter medius & complectitur pharyngem mediam, & ab ejus postica parte cum eodem alterius *lateris* convenit [b], oriens ab hyoïde. Angustior est ubi oritur; post se admodum dilatat. Itaque fibrae ejus tanquam ex puncto radiatim divergunt, brevissimis inferioribus, & quasi transversis; reliquis, ut situ superioribus, etiam longioribus, & magis adscendentibus: unde & qua dextrae sinistris occurrunt, *angulos faciunt, eo minores*, quo quaeque superiores. Supra quoque *ambo hi musculi* in longum, ut inferiores, mucronem desinunt, qui per pharyngis posteriora adscendens, & ad extremum tendineus, *tenuis*, affigit se ossi occipitis, ante foramen magnum, à parte inferiore. Quare attollunt os hyoïdes, atque adeo & laryngem: pharyngem constringunt, attollunt, faciunt breviorem. In aliis autem uno hic musculus capite incipit à superiore parte fere totius cornu hyoïdis [c], & *aliquando* praeterea à *proxima additamenti graniformis*; in aliis à solo additamento: in aliis, capitibus duobus, mox confluentibus; altero [d], eoque latiore, à superiore & eadem exteriore parte extremi cornu; altero [e], ab additamento. Hu-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. II. L. & Tab. XLII. Fig. 4. I. dext. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 3. O.

b Eustach. Tab. XLII. Fig. 4. II-α.

c Eustach. Tab. XLI. Fig. II. L-αα.

d Valsalv. de aure Tab. VI. F. infer.

e Valsalv. de aure Tab. VI. F. super.

Hujus pars, quae à cornu hyoïdis oritur, est *Tertii paris musculorum, qui faucibus dilatandis, aut constringendis inserviunt*, Fallop. Obs. an. pars *inserta in hyoidis latera.* Pars *tertii faucium*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 19. Pars *Cephalopharyngei*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 19. *Secundi paris faucium*, *Cephalopharyngei*, pars *in hyoidis latera inserta*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Pterygopharyngei*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 16. pars, quae oritur *from the extremities of the os hyoides.*

Ipse totus est *paris Hyopharyngaei*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 20.

Pars, quae à cornu, *Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Hyo-cerato-pharyngaeus.*

Pars, quae ab ossiculo graniformi, *Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Chondro-pharyngaeus.*

Ipse totus, *Pterygopharyngei*, Drake Anthr. Book I. Chap. 9. pars, quae *from the os hyoides. Hyopharyngaeus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 18. Pars *Oesophagaei, seu Sphincteris gulae*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 16. *Hyo-Pharyngaeus*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 8. & 10. *Le Hyo-Pharyngien*, Winslow Exp. an. Trait. de la tête, §. 479.

Pars inserta ossi occipitis, est *Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Cephalo-pharyngaeus. Pharyngis musculi Solitarii seu Azygi*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 2. *Le Cephalo-Pharyngien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 475.

CA-

CAPUT LVI.

De Constrictore pharyngis superiore [a].

Pharyngem hic pariter, sed partem ejus superiorem, amplectitur; pariterque ex latere advenit, & in fine sui se pari immiscet, continuatque [b]. Partes unde procedit, sunt hae: primum Geniogloſſi pars, quam se per latus pharyngis curvare diximus: supra hanc, latus radicis linguae, ubi primum Stylogloſſus attingit Ceratogloſſum; unde pertenuis portio: dein interna maxillae inferioris, juxta superiora foſſulae molaris *poſtremi*: tum *media principii Buccinatoris*, cui continuatus eſt: poſt interna totius longitudinis hamuli [c] proceſſus pterygoïdei, & hujus ipſius lamellae internae, ad hamuli radicem: plerumque & pars ſuperior *marginis poſtici tendinis Circumflexi* palati [c], ubi ille ultra hamulum dictum proceſſit. Ad ſuperiorem partem ejus extrinſecus accedentem frequenter inveni portionem ab imo petroſo, ex latere retrorſum ſe curvantem, gracilem, lateſcentem, & ubi dilatata, tenuiſſimam: *aliquando & parvum faſciculum* à proceſſu *ſtyliformi*, decurrentem ab interno latere Stylopharyngei: alias ſimilem faſciculum ad partem ejus inferiorem, abſcedentem autem à ſuperiore & eadem interna Stylopharyngei, ubi is ſe primum applicat pharyngi. In decurſu ſuum ſuperiorem marginem

a Euſtach. Tab. XLII. Fig. 4. H. in utr. lat. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 3. MN.
b Euſtach. Tab. XLII. Fig. 4. HH-aa.
Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 3. MN. MN.
c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 2. L.

a Eu-

nem incurvum habet, ſurſum patulum ; eoque ſe ſub Levatore palati *mollis*, & ſub tuba Euſtachiana per latus retrorſum flectit in ſuperiora : eandemque viam ſequentes fibrae tenent, niſi quod quo inferiores, eo ad extremum magis è tranſverſo decurrant ad finem. Sed imas, quae priores earum, quae à maxilla inferiore, inveni deflectentes à praecedentibus, ac ſe deorſum in priora curvantes, fibriſque Genioglofſi continuantes. Caeterum extremum hujus muſculi ſe Conſtrictori medio, praeter deflectentes illas fibras, innectit. Pharyngis partem, quam ambit, premit, conſtringit, *trahit in priora*, ſurſumque. *Ad haec illa* pars ejus, quae oritur à tendine Circumflexi palati, deorſum molle trahit palatum.

Pars ejus, quae oritur à maxilla inferiore, an eſt *Septimus*, *& Octavus linguae muſculorum*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 19? *Nonus*, *ac decimus linguae muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 13? *Primi paris propriorum linguae*, Arant. Anat. obſ. Cap. 27? *Miloglofſus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 16. ann. 1618. & 1626? quem praeteriit ann. 1649. *Quarti paris linguae*, *Attollentis*, *Myloglofſi*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6? *Paris Myloglofſi*, Veſling. Synt. an. Cap. 11? de Marchett. Anat. Cap. 11? *Paris Mola-lingualis*, Verheyen. Anat. Lib. I. Tract. IV. Cap. 19? *Eſt Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Mylo-pharyngaeus*. An *Myloglofſus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 13? Eſt *Oeſophagaei*, *ſeu Sphincteris gulae*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 16. pars, quae oritur ab inferiore

maxilla, Explanat. Tab. 28. Fig. 3. MM. *Paris Mylo-pharyngaei*, Santorin. Obſ. an. Cap. 7. §. 5. & 10. Haud dubie *le Mylo-Gloſſe*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 517. & 528. vide & §. 480.

Pars, quae à lingua, *Tertii paris muſculorum, qui faucibus dilatandis, aut conſtringendis inſerviunt*, Fallop. Obſ. an. pars, quae *inſeritur in radicem linguae. Pterigopharyngei*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 16. pars, quae oritur *from the root of the tongue. Paris Gloſſopharyngaei*, Valſalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 20. aut pars ejus. *Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Gloſſo-pharyngaeus. Pterygopharyngei*, Drake Anthr. Book I. Chap. 9. pars, quae *from the ſide of the tongue. Oeſophagaei*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 16. pars, quae oritur à radice linguae, Explan. Tab. 28. Fig. 3. NN. *Paris Gloſſo-pharyngaei*, Santorin. Obſ. an. Cap. 7. §. 6. & 10. *Le Gloſſo-Pharyngien*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 478.

Pars, quae à proceſſu pterygoïdeo, fortaſſe eſt *Sphenopharyngaeus*, Veſling. Synt. an. Cap. 3: & *paris Sphaenopharyngaei, ſive Pterygopharyngaei*, de Marchett. Anat. Cap. 11. Eſt *Pterigopharyngei*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 16. pars, quae oritur *from the pterygoidal proceſſus of the os cuneiforme. Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Pterygo-pharyngaeus. Pterygopharyngei*, Drake Anthr. Book I. Chap. 9. pars, quae *from the proceſſus pterygoides.* Eſt *paris Pterygopharyngaei*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 18. *Oeſophagaei*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 16. pars, quae oritur à proceſſu pterygoideo, Explan. Tab. 28. Fig. 3.

3. LLL. Est *paris Pterygo-Pharyngaei*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 3. *Le Ptérygo-Pharyngien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 476.

Pars, quae à tendine Circumflexi, *Oesophagaei*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 16. pars, quae à tendine Pterygostaphylini, Explan. Tab. 28. Fig. 3. LLL.

Pars, quae à Geniogloſſo, haud dubie *Lacertus alter ab lingua ad pharyngem*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 7. Est *Le Génio-Pharyngien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 480.

Portio à petroso, an *Pharyngaei*, Dougl. Myogr. Cap. 15. pars, quae *Salpingo-pharyngaeus? Le Pétro-Pharyngien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 476?

CAPUT LVII.

De Salpingopharyngeo [a].

Salpingopharyngeus, exiliſſimus pharyngis muſculorum, ab inferiore eademque priore cartilagineae, quae tubae Euſtachianae ineſt, naturae prope extremae *incipiens parte*, *poſtquam inde per poſteriora* pharyngis, per ſpatium ſatis notabile, deſcendit, adjungit ſe ad Palatopharyngeum, & cum eo commiſtus pergit [b], deſinitque; tenuis primo, anguſtus, tendineus; paullo deinde craſſior; qua accedit ad Palatopharyngeum, lateſcens; qua pergit cum eo, magis magiſque, tenuior ſimul. Pharyngem attollit, nonnihil in priora; & facit eum eodem tempore brevio-

a Euſtach. Tab. XLII. Fig. 6. L. b Euſtach. Tab. XLII. Fig. 6. LMP. a Eu-

viorem. Quin & tubam nonnihil detrahit. Erunt fortaſſe, quibus videbitur Palatopharyngeo fuiſſe adjungendus: nos autem ſeparavimus ab eo, quod ipſe diu ſeparatus eſt; & ne ejus acceſſione Palatopharyngeus intelligeretur difficilius.

Sunt carneae fibrae, quae oriuntur *from the root of the cartilage excavated for the meatus à palato ad aurem*, &c. Drake Anthr. Book I. Chap. 9. Eſt *Salpingo-pharyngaeus*, Santorin. Obſ. an. Cap. 7. §. 4. An *le Spheno-Salpingo-Pharyngien*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 476?

CAPUT LVIII.

De Palatopharyngeo [a].

Dubii aliquandiu, in palatone, an in pharynge hujus initium poneremus, maluimus in palato, quoniam in pharynge prorſus in unum conjunctus eſt cum Stylopharyngeo, ibi ſine controverſia deſinente; non multum repugnaturi, ſi quis *malit in pharynge, quia palato potius, quam pharyngi tributus.* Ergo in medio latitudinis palati mollis, à palati oſſei poſtico margine uſque ad radicem uvulae, lato principio incipit: ſic autem, ut dexter ibi ſiniſtro continuatus ſit, & à priori etiam parte juxta poſticum marginem palati oſſei, medio loco inter aponeuroſes Circumflexorum,

a Euſtach. Tab. XLII. Fig. 6. NM. XXIX. Fig. 1. N. & Fig. 2. N. Cowper Myot. ann. 1724. Tab.

b Val-

orum, ex membrana tendinosa, quae è naribus veniens procedit per superiora palati mollis, enasci ex parte soleat: & accipere fasciculum, qui è postico margine aponeurosis Circumflexi exeat. Principium hoc tenue est, tenuius autem juxta radicem uvulae. Inde dexter sinisterque à se invicem in latera digrediuntur [b], angulos suis fibris in posteriora patulos facientes, maxime prioribus, sequentibus minus minusque. In latus igitur per palatum molle decurrit, qua per id decurrit, paullatim angustior; posterioribus quidem *fibris paene transversis, caeteris ut prioribus, magis retrorsum euntibus.* Cum ad *palati finem* venit, se porro in latus modiceque retrorsum curvat, sensimque rursus latior, descendit per lateralem pharyngis partem [c], oblique posteriorem petens; & ubi fere ad posteriorem venit, se non multo post commiscet [d] cum Stylopharyngeo & Salpingopharyngeo, ut supra diximus. Communeque horum trium extremum [e] per posteriora pharyngis eundo *latescit, extenuat se, & ad postremum partim inserit cartilagini thyreoïdeae* [f], *tum lateri ejus* externo ad radicem processus superioris, tum porro toti margini postico, infra eundem processum: partim evanescit [g] in inferiorem partem membranae pharyngis,

b Valsalv. de aure Tab. VI. 2. 2. & Tab. V. Fig. 2. GHH. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXIX. Fig. 1. NN.
c Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. M.
d Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. MO LP.
e Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. P.
f Eustach. Tab. XLI. Fig. II. P-α. & Tab. XLII. Fig. 6. P-ϑ.
g Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. P-αα.

h Eu-

cujus latitudinem, inter margines posticos thyreoïdeae interjectam, cum pare sui tenet [h]; cum quo etiam, & cum Constrictore tum medio tum inferiore, fibras commiscet. Ubi à palato per pharyngem descendit, decurrit per arcum illum, qui in faucibus se à radice uvulae pone tonsillam demittit. Hic ignoscant, qui aliter sentiunt, quod hunc, qui simplex nobis apparuit, in plures, eo, quod fere triplicem ortum habeat, non divisérimus. Cum utrique Palatopharyngei simul agunt, ut agere semper apparent, palatum molle detrahunt, praesertim latera ejus, maxime *juxta uvulam: simul curvant illud*, redduntque concavum in inferiora & priora, *& ex lateribus* contrahunt: suntque contrarii Circumflexorum margini posteriori. Pharyngem vero eodem tempore sursum trahunt, redduntque breviorem, & laxiorem. Hi inprimis, cum deglutimus, ex faucibus depellunt cibum, & potionem; clauduntque viam, quae in nasum patet; adjuti à Constrictoribus superioribus pharyngis, & à lingua. Etenim palatum molle contrahunt, aguntque deorsum *simul & contra linguam*; eoque deprimunt *deglutiendum*, cum id sub palato molli haeret; impediuntque, ne pressione ejus palatum cedat in superiora, sinatque illabi aliquid in nasum. Cumque eodem tempore Constrictores superiores contrahunt fauces circa palatum, eo & apprimunt eas, aptantque ad postica palati mollis, ne quid intermedio loco pellatur in nasum; & à posterio-

h Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. PQ.

a Cow-

riore parte premunt deglutiendum contra linguam. Viciſſim autem *hoc* eodem tempore, quo & Palatopharyngei, & Conſtrictores ſuperiores, quo dictum modo agunt, lingua, ea parte, quae in faucibus eſt, tum ſurgit contra palatum molle, tum poſteriorem partem faucium urget. Et non modo exquiſite aptant ſe inter ſe mutuo lingua, palatum molle, & poſtica faucium, ut ſpatium nullum remaneat intermedium: ſed ita etiam ſe inter ſe comprimunt, ut, ſi quid contineant deglutiendum, premant illud, comprimantque undique, praeterquam à parte inferiore; & ſimul depellant *in pharyngem*, quam *Palatopharyngei* eadem contractione ſua & attollunt, ut occurrat deglutiendo; & laxant, ut facile accipere id poſſit; adjuti in eo à Stylopharyngeis & Salpingopharyngeis. Quin & iidem Palatopharyngei laryngem hoc eodem tempore attollunt. Dabitur fortaſſe venia, ſi praeter inſtitutum hujus libri ſequentia deglutitionis hic ſummatim adſcribamus, quoniam illuſtrari eo poterunt utilitates *muſculorum*. Ex faucibus dum depellitur, quo diximus *modo*, *deglutiendum*, & *clauditur aditus* ad laryngem, ne quid illabatur; & expeditur via, quae eſt per pharyngem in ſtomachum: ad hunc autem modum. Lingua hoc tempore, dum poſtica faucium urget, retrorſum inclinat epiglottidem. Mox celeritate magna larynx attollitur contra linguam, eique valide apprimitur: quo fit, ut non modo glottis ſupponatur inclinatae epiglottidi; ſed etiam ut *ipſa* epiglottis, à lingua ſummoque laryngis intercepta, preſſaque, integat laryngis ſummum, totamque operiat glotti-

glottidem. Hoc itaque tempore ſtatim infra radicem linguae poſtica pars laryngis ſequitur, ſubmota plane epiglottide, ut depulſionem non impediat, tutiſſimeque condita glottide. Tunc Conſtrictores pharyngis protinus contrahunt eam circa laryngem, ac deglutiendum ad poſtica laryngis apprimunt, facileque, & ex toto, ob lubricitatem viae, depellunt in ſtomachum: quo facto relaxant ſe omnia, & reſtituunt. Atque haec apparent conſideranti fabricam partium, eaque quae fiunt, cum deglutimus. Ut vero Palatopharyngei depellunt ex faucibus, ita etiam condunt ſimul glottidem, attollendo laryngem. Non attollunt autem ſoli, ſed una cum Stylopharyngeis & Hyothyreoïdeis. Nunc redeamus ex hac digreſſione in viam, dicamuſque de Conſtrictore iſthmi faucium, à quo cum pare ſui agente, depulſio ex faucibus juvatur.

Aut hic, aut Conſtrictor iſthmi faucium, ſunt *les fibres demi-circulaires*, &c. Dionis, Anat. VIII. Demonſt. *on voit à côté deux arcades qui ſont l'entrée des ſentes naſales; elles ſont faites de fibres demi-circulaires*, &c. Eſt *paris Pharyngoſtaphylini*, Valſalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 19. & *Staphylinopharyngaei*, ibid. §. 20. *Muſculus columellae, in thyroidis lateralem oram infixus*, Morgagn. Adv. an. I. §. 8. Eſt *Thyreo-ſtaphilinus*, Dougl. Myogr. Cap. 16. Sunt fibrae carneae, quae oriuntur *from the ſide of the uvula*, Drake Anthrop. Book I. Chap. 9. Eſt *Oeſophagaei*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 16. pars *ſpringing from the uvula*, Explan. Tab. 28. Fig.

Fig. 2. NN. *Thyro-Palatinus* cum *Hypero*, *seu Palato-pharyngaeo*, Santorin. Obſ. an. Cap. 7. §. 12. & 13. *Le Pharyngo-Staphylin*, una cum eo, qui *le Thyro-Staphylin*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 496. & 497. *Le Thyro-Pharyngo-Staphylin*, ibid. §. 497. quo etiam pertinet *le Periſtaphyli-Pharyngien*, ibid. §. 478.

CAPUT LIX.

De Conſtrictore iſthmi faucium.

Nempe Conſtrictor iſthmi faucium exilis, & latitudinis modicae, tenuiſque, fibrarum carnearum contextus eſt, muſculo non abſimilis, à ſuperiore parte marginis linguae circa radicem ejus, palatum molle forma conſcendens arcus; per id deinde lateſcens, donec ſe pari ſui ex altero latere venienti continuet [a]. In palato connexus eſt cum principio Palatopharyngei. Inter linguam palatumque decurrit ante tonſillam, per arcum illum, qui in faucibus à latere linguae pertinet ad palatum molle. Palatum ad linguam trahit, contrahit, concavum facit à parte linguae; hanc contra palatum agit: ſic contrahit iſthmum faucium, ex quo nomen invenit. Haec autem maxime fiunt, ſimul agente utroque.

Aut hic, aut Palatopharyngeus, ſunt *les fibres demi-circulaires*, Dionis Anat. VIII. Demonſtr. *on voit à côté deux arcades qui font l'entrée des fentes nazales; elles*

a Cowper Myot. ann. 1714. Tab. XXIX. Fig. 1. 53. 53. ſupra H. continuati.

a Eu-

ſont faites de fibres demi-circulaires, &c. Eſt *paris Gloſſo-ſtaphylini*, Valſalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 19. *Gloſſo-ſtaphilinus*, Dougl. Myogr. Cap. 16. *Gloſſoſtaphylinus*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 15. *Paris Gloſſo-ſtaphylini, ſeu Gloſſo-palatini*, Santorin. Obſ. an. Cap. 7. §. 14. *Le Gloſſo-Staphylin*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 495.

CAPUT LX.

De Levatore palati mollis [a].

Contrario atque Palatopharyngei & Conſtrictores modo dicti, majorem partem modo palatum molle trahunt, quibus ab officio Levatorum nomen dedimus: attollunt enim retrorſum. Vera huic Levatori origo ab extremo oſſe petroſo [b], qua id tuba Euſtachiana perforatum eſt; & ab inferiore quidem parte canalis illius extremi, ſtatim ſub principio partis tubae ejuſdem illius, quae tota mollis. In principio autem tenuis, anguſtus, tendinoſus; fit deinde carneus, craſſior, latior, quaſi teres, ſed per latera planior; poſt rurſus tenuior, lateſcere pergit, ut procedit, latior, tenuiorque, ſed lente. Et ad palatum molle deſcendit in priora introrſum; ubi hoc attingit, inprimis lateſcens. Per hoc deinde decurrit, intexens ſe ei, fibris ad mediam ejus latitudinem, ſed ſimul oblique in priora, incedentibus: nam & in priora maxime lateſcit: atque ita lateſcit, ut per-

a Euſtach. Tab. XLII. Fig. 6. F. dext. & FF. ſiniſt. Valſalv. de aur. Tab. IV. n. dext. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 4. 5 4.

b Valſalv. de aur. Tab. IV. ad K. inferiorem.

c Eu-

pertineat ad totam illam longitudinem palati mollis, quae est à *postico* margine ossei, usque ad radicem uvulae. In medio denique palato dextri sinistrique fibrae inter se coeunt [c], invicemque se continuant, sic ut angulos in ipso coïtu efficiant, in posteriora patulos; quorum qui priores, minores. Et in eodem palato commiscent se cum Palatopharyngeis. Ad quorum etiam similitudinem se à priori parte fine tendineo tenui innectunt membranae tendinosae, quae incedit per superiora palati mollis, veniens è naribus; cum eaque ad *medium posticum marginem ossei pertinere videntur. Hi sunt, qui, dum palatum molle retrorsum* attollunt, viam, quae caeteroquin ex ore, & ex faucibus, in nasum est, claudunt eo tempore, quo ore, nasoque patulis, solo tamen ore spiritum ducimus. Duobus enim modis via è faucibus in nasum clauditur. Primo, cum patulo licet naso, spiritum solo ore ducimus; quo tempore palatum molle attollitur, & oppanditur viae in nares; quod est Levatorum *palati: quanquam fere eodem tempore agentes Constrictores superiores pharyngis, angustent quoque* postica faucium circa palatum molle. Altero, cum deglutimus; quo tempore & palatum molle ex lateribus contractum agitur deorsum, & fauces circa palatum ex transverso contractae, ad id ipsum aptantur, apprimunturque: quorum illud est Palatopharyngeorum, hoc pharyngis Constrictorum superiorum. Priorem modum facile animadvertimus, si fauces in speculo

[c] Eustach. Tab. XLII. Fig. 6. FFF-αα.

a Eu-

contemplantes, depressa leniter lingua, ore solo nitimur spirare: posteriorem, cum demisso in fauces digito, deglutire conamur; quo is & à palato molli, & à faucibus, in unum contractis, comprimitur, urgeturque deorsum. Illum vero efficere Levatores, concurrentibus fere Constrictoribus; hunc Palatopharyngeos una cum iisdem Constrictoribus, constructionis eorum ratio, comparata cum iis, quae fiunt, declarat. Revertamur autem ad Levatores. Non attollunt modo palatum, sed mutant etiam figuram ejus. Ore solo, naso interim patulo, spirantes, attollimus palatum molle totum, certo autem modo, quem depingere verbis conabor. Pars ejus prior attollitur sic, ut sua amplitudine sensim magis magisque surgat oblique retrorsum, oppandaturque viae, quae in nasum est: maxime autem attollitur media per longitudinem; ex quo concava fit ab inferiore parte, lateribus planioribus. Posterior autem pendula manet, dependens à priore, suaque amplitudine à priore parte os spectans, à posteriore postica faucium: mediaque in angulum formatur, divergentibus inde lateribus rectioribus, & in utrumque se demittentibus latus. Quin & è faucibus per latera ad palatum adscendentes arcus, fiunt pene recti, & ex lateribus usque ad radicem uvulae convergunt in angulum, distractique per longitudinem, tenduntur. Recti quoque fiunt, qui à lingua adscendunt arcus, tendunturque. Atque haec omnia fiunt, agentibus Levatoribus: fiunt autem ob diversam connexionem, mobilitatemque, & mollitudinem partium ipsius palati mollis.

Est

Est haud dubie *secundi paris musculorum*, *qui faucibus dilatandis*, *aut constringendis inserviunt*, Fallop. Obs. an. quem ex Falloppio *Sphenopharyngei* nomine descripsit Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 19. Est *Pterygostaphylinus internus*, Riol. ibid. Cap. 20. *Secundi paris dilatantis fauces*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Paris interni gargareonis*, Vesling. Synt. an. Cap. 11. *Paris Pterygostaphilini interni*, de Marchett. Anat. Cap. 11. *Sphaenopalatinus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 17. *Paris Salpingostaphylini*, Valsalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 19. *Columellae musculus*, *in triangularem expansionem deorsum productus*, Morgagn. Adv. an. I. §. 8. *Salpingostaphilinus*, *Valsalv. Pteri-staphilinus externus vulgo*, Dougl. Myogr. Cap. 16. *Sphoenostaphilinus*, Drake Anthr. Book III. Chap. 14. *Sphenopalatinus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 14. *Sphenostaphylinus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 15. *Salpingo-staphylinus*, *seu Salpingo-palatinus*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 15. *Paris Spheno-staphilini*, *rectius Salpingo-staphilini*, Heist. Comp. an. §. 326. *Le Petro-Salpingo-Staphylin ou Salpingo-Staphylin interne*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 501.

CAPUT LXI.

De Circumflexo palati [a].

Circumflexi faciliore, ut videtur, nomine appellatum, quoties ex sententia eruere, omnique

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. e. & Tab. XLII. Fig. 6. DE. Valsalv. de aure Tab. IV. m. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XXVIII. Fig. 4. ff.

b Val-

ex parte contemplari potuimus, duo capita habere invenimus. Eorum alterum praecipuum esse, portione musculi peramplum; procedere primo ab extremo osse petroso, juxta externum latus Levatoris praecedentis; continuoque à radice interna eminentiae acutae ossis multiformis, quae est pone foramen tertii rami quinti paris nervorum; ab interiore parte eminentiae illius oblongae, quae ex eodem osse inter foramen modo dictum, & os petrosum eminet; è sinu oblongo, impresso radici parietis interni processus aliformis, ab exteriore parte: ejusque capitis initium tenue & tendineum esse qua procedit à petroso, & ab acuta eminentia multiformis: carneum, qua ab eminentia oblonga, & è sinu; & tenue quidem, qua ab eminentia; crassius, qua ex sinu. Alterum, initio angustiore, tendineo, tenui, adhaerere superiori parti lateris externi cartilagineae naturae, quae adscribitur tubae Eustachianae, non ita longe à parte ejus ossea [b]. Haec capita inter se conjuncta lamellarum instar, & jam cito confluere in musculum tenuem & latum, sensim angustiorem, sensimque primo crassiorem, post tenuiorem, sese-que in priora secundum exteriorem partem parietis interni processus pterygoïdei demittentem, & ubi ad finem ejus pervenit, in tendinem [c] latum abeuntem. Hunc se circum hamulum processus pterygoïdei inflecte-

b Valsalv. de aur. Tab. IV. m. sinist. & Tab. X. Fig. 1. ff.

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Θ-β. & Tab. XLII. Fig. 6. E. Valsalv. de aure Tab. IV. m. & Tab. X. Fig. 1. inter ff.

d Eu-

flectere [d], postea latescentem procedere [e] per palati mollis initium, ad posticum lunatum marginem palati ossei, eique se usque ad futuram palati inserere specie aponeurosis, pertinacissime etiam adnexae membranae tendinosae, quae ex naribus venit, decurritque per superiora palati mollis. Et plerumque praeterea vidimus aponeurosem ejus à parte sua postica dare fasciculum Constrictori superiori pharyngis, & Palatopharyngeo. Ipsiusque musculi partem priorem se non flectere circum hamulum, sed antequam ad eum pervenerit, desinere, ac se fine tendineo inserere imae parti processus pterygoïdei, ad externum latus radicis hamuli, portione multo minore, quam qua se flectit. De actione ejus, experiundo quid possit, haec observavimus: tendere, concutere, deorsum in latus simul & in priora nonnihil trahere palati mollis partem osseo vicinam: tubam Eustachianam tantillum dimovere; & quidem latus ejus externum deprimere internum versus, ac sic angustare tubam: reniti portionibus illis, quibus Constrictorem superiorem pharyngis, & Palatopharyngeum, ab ejus aponeurosi oriri ante retulimus.

Est *primi paris musculorum, qui faucibus dilatandis, aut constringendis inserviunt*, Fallop. Obs. an. *Pterystaphylinus externus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 20. *Primi paris dilatantis fauces, quod aliquibus Sphaenopharyngeum dici-*

d Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Θ-β. Valsalv. de aure Tab. IV.

e Valsalv. de aure Tab. IV. m. ultra hamulum l.

a Heist.

dicitur, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Paris Pterygoſtaphilini externi*, de Marchett. Anat. Cap. 11. *Pterigopalatinus ſeu Sphaenopterigopalatinus*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 17. *Pterygoſtaphylinus*, ibid. ann. 1724. Cap. 15. *Novus tubae Euſtachianae muſculus*, Valſalv. de aur. Part. I. Cap. 2. §. 18. & Part. II. Cap. 5. §. 11. *Muſculus tubae novus Valſalv. vel Palato Salpingaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 17. *Pterygoſtaphilinus*, Drake Anthr. Book III. Chap. 14. *Pterygopalatinus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 14. *Muſculus tubae novus*, Santor. Obſ. an. Cap. 2. §. 11. *Le Spheno-Salpingo-Staphylin*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 498. & ſeq.

Pars ejus, quae pertinet ad palatum, eſt *le Spheno-Staphylin*, & *le Spheno-Salpingo-Staphylin*, *ou Salpingo-Staphylin externe*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 499. ad quem pertinet *le Pterygo-Staphylin ſuperieur*, §. 500.

Pars, quae ad proceſſum pterygoïdeum, eſt *le Pterygo-Salpingoïdien*, ibid. §. 499.

CAPUT LXII.

De Azygo uvulae [a].

Azygus per medium palatum molle, perque totam uvulae longitudinem decurrit, enaſcens ex inferiore parte membranae tendinoſae palati mollis, quam in proxime ſuperioribus capitibus memoravimus; eique, & extremis tendineis Levatorum palati, principio

a Heiſt. Comp. an. ann. 1727. Tab. VIII. Fig. 38. k.

a Eu-

cipio tendineo tenui implicatus, juxta futuram palati offei, ut ab eo procedere videatur. Non longe inde carneus fit, eaque parte primum acutus tenuisque, mox latescit, fitque crassior, post prope teres, gracilis, sensimque gracilescens. Uvulam in priora attollit, & facit breviorem.

Sunt, de quibus Dionis, *la luette est composée de deux petits muscles ronds qui viennent de la cloison du nez*, &c. Anatom. VIII. Demonst. Est *Columellae musculus teres*, Morgagn. Adv. anat. I. §. 8. *Palato-staphilinus*, Dougl. Myogr. Cap. 16. *Azygos*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 14. *Le muscle de la luette*, Littre, Hist. de l'Acad. Royale des Scienc. ann. 1718. p. 302. *Uvulae azygos Morgagnii*, Heist. Comp. an. ann. 1719. Praef. *Uvulae Azygus*, Santorin. Obs. an. Cap. 7. §. 16. *Azygos Morgagni*, Heist. Comp. an. ann. 1727. §. 326. Sunt *les Staphylins ou Epistaphylins*, Winst. Exp. an. Trait. de la tête, §. 502. *Les Staphylins ou Epistaphylins moyens*, ibid.

CAPUT LXIII.

De Cricothyreoïdeo [a].

Cricothyreoïdeus inter cartilaginem cricoïdeam & thyreoïdeam intercedit, ad utramque pertinet, movet

a Eustach. Tab. XLI. Fig. II. S. fin. Casser. de Laryng. Tab. I. Fig. 4. G. & Fig. 5. F. & Tab. XIII. Fig. 4. I. & Casser. Tab. apud Spigel. Lib. IV. Tab. 2. Fig. 4. H.

movet utramque, hanc deprimens in priora, illam attollens, eoque glottidem in posteriora aliquantum dirigens, brevis, & ad rationem longitudinis suae latus. Oritur à latere prioris partis cricoïdeae [b]; adscendit oblique retrorsum, priore parte sua rectius, post hanc ut posterioribus, obliquius; inserit se priori parti toti processus inferioris thyreoïdeae, & mox ante eum, inferiori margini ejusdem cartilaginis, primo ab exteriore parte [c], post ab interiore [d]. De hoc memorabile, quod frequenter loco unius duo inveniantur, posterior & prior; aliquando tantum leviter distincti, aliquando ex toto. Posterior à media longitudine lateris cricoïdeae, per totam ejus altitudinem, ortus, adscendit oblique retrorsum, suoque extremo implet totum lunatum thyreoïdeae marginem, qui fit tum ab ejus processu inferiore, tum ab ipso margine imo, à processu illo usque ad tuberculum, quod é media fere marginis longitudine eminet; ex parte etiam pertinens ad interiorem ejusdem marginis partem. Prior mox ante posteriorem situs, mox ante eum quoque & oritur, & se inserit. Tantum autem à superiore margine cricoïdeae oritur, & se inserit à tuberculo supradicto thyreoïdeae usque ad medium latitudinis inter idem illud tuberculum & priorem mediam thyreoïdeae partem. Minor est posteriore, paulloque rectius, quam ille, adscendit. Uterque

b Eustach. Tab. XLI. Fig. II. S-αα.
c Eustach. Tab. XLI. Fig. II. S-ββ.
d Casser. de Laryng. Tab. XIII. Fig. 4. I. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XXX. Fig. 3. 61. Santorin. Tab. III. Fig. I. E.

a Eu-

terque caeterum primo tenuis, craſſeſcit ſenſim, poſt ſe extenuat: uterque ex anguſtiore modice lateſcit, ſed poſterior ad finem uſque, prior in fine ſe rurſum anguſtat. Actione aliquantum diſcrepare videntur: in eo autem, ut poſterior thyreoïdeam magis, quam prior, trahat in priora; cricoïdeam autem in poſteriora: prior rectius & deprimat thyreoïdeam, & attollat cricoïdeam.

De hoc Veſal. *Quatuor itaque primam ſecundae jungentium*, &c. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. Eſt *Muſculorum laryngis, qui ipſius proprii dicuntur, primus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 14. *Paris, quod exortum à cricoide cartilagine in ſcutiformem inſeritur*, Fallop. Obſ. an. in muſculis laryngis: vide Veſal. Exam. in laryngis muſculis, in principio. *Ex propriis laryngis muſculis anterior exteriorque*, Fabric. de laryng. Part. I. & III. Cap. 8. *Praeter hos notantur in ſcutiformi*, &c. *Primi paris propriorum laryngis*, Caſſer. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. Cap. 5. & Lib. III. Cap. 8. *Cricothyroideus anticus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 18. *Alterius paris extendentium, Cricothyroidei antici dicti*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Paris Cricothyroidis*, Veſling. Synt. Cap. 11. *Paris Cricothyroidei*, de Marchett. Anat. Cap. 11. *Paris Cricothyroidis*, Verheyen. An. Lib. I. Tract. III. Cap. 11. *Cricothyroideus*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 15. *Cricothyreoidaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 14. *Cricothyroideus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 17. *Crico-Thyroides*, Santorin. Obſ. an. Cap. 6. §. 6. *Le Crico-Thyroïdien*, Winſl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 448. 449. & 463.

CAPUT LXIV.

De Cricoarytaenoïdeo postico [a].

Quo sequentium laryngis musculorum utilitates, quas tradam, accipi melius possint, necesse est, quaedam de laryngis fistula praemittere. Magno in fauces à superiore parte laryngis patet ore, inter epiglottidem & additamenta, quae insident summitatibus cartilaginum arytaenoïdearum; rotundiore à parte priore, quae fit ab epiglottide; inde in angulum formato, membranaceis lateribus in posteriora convergentibus: *glottidem deinceps* appellabo. Haec à posteriore parte, *in ipso coeuntium laterum angulo*, inter additamenta arytaenoïdearum, incisa est; quam dicam glottidis rimulam. Intus autem in larynge rima quaedam, *illius assimilis*, quae intus in tibiis sonum concipit: oblonga, & per mediam fistulam conniventibus lateribus pertinens à priore ejus parte ad posteriorem. Haec potissimum moderatur sonum, instructa musculis, à quibus simul cum latitudine & longitudine figura *ejus mirifice mutatur*, *ut in* singulis memorabo. Eorum qui Cricoarytaenoïdeus posticus vocatur, amplo pro sua magnitudine initio [b] occupat alteram è duabus illis sinuatis superficiebus, quae in postica parte cricoïdeae. Ipse parvus, paullatim

a Eustach. Tab. XLII. Fig. 2. K. & Fig. 1. N. Casser. de Laryng. Tab. 1. Fig. 9. D. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 2. Fig. 6. D. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXX. Fig. 2. 62. Santorin. Tab. III. Fig. 1. F.

b Eustach. Tab. XLII. Fig. 2. K-aa.

c Eu-

latim anguſtior, primum diu modiceque craſſior, poſtremo extenuatus, adſcendit oblique extrorſum ad ſui lateris cartilaginem arytaenoïdeam, cujus ſe affigit [c] baſi, & ejus quidem extremo tuberculo, quod illa à poſtica parte in latere externo exigit. Arytaenoïdeam extrorſum modiceque ſimul retrorſum erigit primum, dein inclinat: itaque cum ambo eodem tempore agunt, arytaenoïdeas à ſe invicem deducunt, à priore inprimis, & à ſuperiore parte; quo glottidem, quantum poteſt, patefaciunt, ejuſque rimulam diducunt. Sed & eodem tempore eaſdem cartilagines convertunt, ſic ut illam earum partem, qua ſe mutuo reſpiciunt, dirigant ad priora: eoque glottidis rimam internam quam maxime diducunt; cujus pars poſterior rotunda fit ex eo.

Eſt *propriorum laryngis quintus*, & *ſextus*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. *Muſculorum laryngis*, *qui ipſius proprii dicuntur*, *ſecundus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 14. *Ex propriis laryngis muſculis poſterior*, *ab infima innominatae parte*, &c. Fabric. de laryng. Part. I. & III. Cap. 8. *Huic oppoſitus eſt*, *qui extendit*, &c. *Secundi paris laryngis propriorum*, Caſſer. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. Cap. 6. *Paris Cucullaris*, ibid. Lib. III. Cap. 8. *Cricoarytaenoideus*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 18. *Extendentis recta*, *ſive aperientis rimulam paris primi*, *Cricoarytaenoidei poſtici*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Cricoarytaenoidius poſticus*,

c Euſtach. Tab. XLII. Fig. I. N-β.

a Eu-

Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 15. & 1724. Cap. 17. *Paris Cricoarytaenoidaei posterioris*, Morgagn. Adv. an. I. §. 28. *Cricoarytenoidaeus posticus*, Dougl. Myogr. Cap. 14. *Le Crico-Arytenoïdien posterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 450. & 464.

CAPUT LXV.

De Arytaenoïdeo obliquo [a].

Hic inter laryngis musculos, qui omnes parvi sunt, minimus, pertenuis, angustus. Ab exteriore & eadem posteriore parte basis arytaenoïdeae unius [b], unde propter finem *Cricoarytaenoïdei postici* oritur, oblique repit ad posteriorem verticis arytaenoïdeae alterius, ubi se tum circum partem illam, tum circum cartilagineum ejusdem verticis additamentum flectit in priora, lateſcens deinde, & se ab inferiore parte [c] continuans Thyreoarytaenoïdeo, à superiore [d] secundum glottidis marginem, qui inter arytaenoïdeam & epiglottidem intercedit, pergens ad epiglottidem, & ad ejus latus evaneſcens extenuatus. *Arytaenoïdeas adducit ad se mutuo, & fortasse epiglottidem* quoque inclinat in posteriora. Contrahit autem & glottidem, & rimulam ejus, & rimam internam. Et cum dexter cum sinistro conspirat, summitates quidem arytaenoïdea-

a Eustach. Tab. XLII. Fig. 2. G. & HH. & Fig. 1. H. & II. Morgagn. Adv. I Tab. 2. Fig. 1. k. Santorin. Tab. III. Fig. 1. d.

b Eustach. Tab. XLII. Fig. 1. I-ꝛ. Santorin. Tab. III. Fig. 1. c.

c Santorin. Tab. III. Fig. 1. l. & Fig. 2. Q.

d Santorin. Tab. III. Fig. 1. supra l.

a Eu-

dearum apprimunt ad se mutuo : latera autem , quibus illae se mutuo respiciunt , & quae sunt ad rimam internam glottidis , adducunt ; ita autem , ut apprimant ea ad se mutuo à parte posteriore , à priore aliquantum divergere faciant : unde rimam internam , dum angustant , à posteriore parte in angulum comprimunt. Quibusdam alter eorum deëst , suppletque ejus defectum pars transversi , eodem modo incipiens , adscendens , desinens ; nisi in his dicendus sit obliquus cum transverso conjunctus esse in unum. Aliquibus , quibus ita conjuncti esse putari poterant , fibrae obliquae ad arytaenoïdeam cum transversis desinebant , ultra non excurrentes. Vidimus , quibus uterque obliquus deficiebat , & quibus quaedam transversi fibrae tantum quodammodo obliquae erant. Aliquando non ab arytaenoïdea oritur , sed à capitulo cricoïdeae , cui illa insidet.

An paris *Crico-arytaenoïdis superioris* , Verheyen. Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. III. Cap. 11 ? De quo Morgagni , *Quae vero post has locantur , saepe in plures junctae fasciculos* , &c. Adv. an. I. §. 28. *Arytaenoidaeus minor* , Dougl. Myogr. Cap. 14. An ad eum pertinet *Arytaeno-epyglotteus* , Pauli Praef. in van Horne opusc. §. 63 ? Est *Paris Thyro-Arytaenoidis obliqui* , Santorin. Obs. an. Cap. 6. §. 12. una cum *Ary-Epiglottidaeo* , ibid. §. 13. *L'Arytenoïdien croisé* , Winsl. Exp. an. Trait. de la tête , §. 453. 454. 466. *Le Crico-Arytenoïdien superieur* , ibid. §. 455. an huc etiam pertinet *l'Aryteno-Epiglotique* , ibid. §. 457. & 467 ?

CA-

CAPUT LXVI.

De Arytaenoïdeo transverso a.

Transversus latior & crassior, quam praecedens: mediaque parte longitudinis suae crassior, inde in utrumque extremum sensim tenuior, ad postremum tendineus. Extransverso jacet, ab altera arytaenoïdea deductus ad alteram, & eidem utriusque parti affixus, quae est margo interior partis posterioris, per duas fere tertias altitudinis à basi. Saepe supplet obliquorum defectum, ut diximus. Saepe & obliquis fibras impertit, cum quibus aliquando ad epiglottidem iis fibris procurrit. Saepe & Thyreoarytaenoïdeis, eis se partim recta continuans, partim per exteriora summi marginis eorum adscendens cartilaginem thyreoïdeam versus. In duas eum aliquando partes ex transverso quodammodo divisum vidimus, inferiorem & superiorem, quarum inferior crassior erat. Arytaenoïdeam alteram ad alteram adducit, eoque comprimit rimulam glottidis, internamque rimam arctat, & à posteriore parte comprimit, fere ut obliqui.

Est *propriorum laryngis undecimus*, *ac duodecimus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. *Musculus extremus laryngis omnium minimus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 14. *Sextum par à Vesalio*, &c. Fallop. Obs. an. in muscu-

a Eustach. Tab. XLII. Fig. 2. FFFF. Casser. de Laryng. Tab. XIII. Fig. 2. & 3. & 6. C. & Fig. 7. H. & Fig. 12. 13. & 14. E. Santorin. Tab. III. Fig. 1. ee. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXX. Fig. 2. 6r.

musculis laryngis. Sunt *Alii duo*, qui *ipsius arytaenoidis musculi proprii censentur*, Fabric. de laryng. Part. I. & III. Cap. 8. *At motus arytaenoidis ad latera*, &c. Est *Musculus laryngis, conjuge destitutus*, Casser. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. Cap. 7. *Tertius semicircularis*, ibid. Lib. III. Cap. 8. *Arytaenoideus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 14. *Flectens ad latera, sive Claudens secundum par, Arytaenoideum*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Secundum par Arytaenoides dictum*, Vesling. Synt. an. Cap. 11. *Exile par, quod arytaenoidum proprium dicitur*, de Marchett. An. Cap. 11. *Arytaenoideus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 15. & 1724. Cap. 17. De quo Morgagni, *Porro in nobis quae earum fibrarum anticae, seu interiores sunt*, &c. Adv. an. I. §. 28. *Arytaenoidaeus major*, Dougl. Myogr. Cap. 14. *Ary-Arytaenoidis fibrae interiores*, Santorin. Obs. an. Cap. 6. §. 12. *L'Arytenoïdien transversal*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 453. 455. & 466.

CAPUT LXVII.

De Cricoarytaenoïdeo laterali [a].

Cricoarytaenoïdeus lateralis ab initio adhaeret cricoïdeae [b] summi marginis exteriori parti, in latere, statim juxta insidentem ei arytaenoïdeam; itemque ligamento, quo cricoïdea & thyreoïdea à priori parte colligatae inter se: in fine, basi arytaenoïdeae

a Eustach. Tab. XLII. Fig. 1. L. Casser. de Laryng. Tab. XIII. Fig. 4. D. Santorin. Tab. III. Fig. 2. I.

b Eustach. Tab. XLII. Fig. 1. L-aa.

c Eu-

deae [c], pariter à latere, mox ante finem Cricoarytaenoïdei postici. Brevis itaque, adscendit oblique, retrorsum inclinans se; caeterum sensim angustior, & diu modice crassior, in fine rursus tenuior, ac tendinosus. Arytaenoïdeam trahit in priora, vertitque simul; ita autem, ut cum uterque hic musculus agit, priores mucrones basium arytaenoïdearum agantur se mutuo versus, donec se aut prope, aut plane contingant; ipsae vero à posteriore parte aliquantum divergant: ex quo glottidis rimae internae pars anterior, quae est ante cartilagines arytaenoïdeas, minuitur, & ad postremum plane comprimitur, contingentibus se lateribus ejus: pars autem posterior, quae ab iisdem cartilaginibus fit, angusta rima patet, eaque connivente à parte priore, rotundiore à posteriore, multoque breviore, quam ipsa caeterum rima interna. Simul etiam eodem modo vertuntur summitates arytaenoïdearum, suisque prioribus partibus magis sibi mutuo obvertuntur, ex eo à posteriore parte modice divergentes; quo fit, ut rimula glottidis, cum ea angusta est, diducatur modice.

Est *propriorum laryngis septimus*, & *octavus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. *Alter musculus, nunc dicto contiguus*, &c. *Musculorum laryngis, qui ipsius proprii dicuntur, tertius*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 14. *Ex propriis laryngis musculis, internorum* primi paris, Fabric. de laryng. Part. I. Cap. 8. *Unum par ab innomina-*

c Eustach. Tab. XLII. Fig. 1. L. 8.

a Eu-

nominata, &c. Et Part. III. Cap. 8. *Quibus musculis opponuntur illi, qui utrinque in angulo sunt*, &c. *Tertii paris laryngis propriorum*, Casser. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. Cap. 6. & Lib. III. Cap. 8. *Alterum vero eidem ossi, alarum instar, praepositum*, &c. *Extendentis ad latera, sive aperientis rimulam secundi* paris, *Cricoarytaenoidei lateralis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Cricoarytaenoides lateralis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 15. & 1724. Cap. 17. *Cricoarytaenoidaeus lateralis*, Dougl. Myogr. Cap. 14. *Le Crico-Arytenoïdien lateral*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 451. & 464.

CAPUT LXVIII.

De Thyreoarytaenoïdeo [a].

Rimam glottidis internam magis minuunt Thyreoarytaenoïdei, arytaenoïdeas eodem modo in priora, sed magis, inclinantes; eodemque vertentes modo, sed à priori parte magis ad se mutuo. Itaque comprimunt pariter priorem partem rimae illius, verum magis, fortiusque, atque ita, ut à posteriore parte multo brevior rima maneat, eaque etiam angustior. Causa est, quod Thyreoarytaenoïdeus magis à priori parte incipiat, tendensque ad arytaenoïdeam, oblique extrorsum incedat, leviter adscendens. Incipit [b] ab inferiore parte internae partis thyreoïdeae, juxta ejus medium: vidi & ex parte incipientem à ligamento, quo colligatae à priori parte

a Eustach. Tab. XLII. Fig. 1. K. Casser. de Laryng. Tab. XIII. Fig. 4. & 5. E.

b Eustach. Tab. XLII. Fig. 1. K-aa.

c Eu-

te ſunt cricoïdea & thyreoïdea. Procedens anguſtior fit, totus tenuis; adſcenditque, & pertingit [c] ad priorem arytaenoïdeae partem, quae ex adverſo ejus, cui Arytaenoïdeus tranſverſus inſertus; atque ei ſe mox ſupra finem Cricoarytaenoïdei lateralis inſerit. A ſuperiore parte ejus, qua ſe, quo dictum loco, inſerit, faſciculum [d] plerumque vel dat Arytaenoïdeo obliquo, vel ab eo accipit. Sed & fibrae tenues [e] per partem illam ejus, qua thyreoïdeae obverſus, & inprimis per ſuperiorem ejus partem, ac deinde per membranam laryngis, ubi illa facit lateralem partem glottidis, adſcendunt, ad poſtremum in tenuitatem evaneſcentes circa epiglottidem, quam fortaſſe retrorſum inclinant. Aliquoties praeterea à me repertus tenuis faſciculus [f], ab interiore eademque ſuperiore parte thyreoïdeae, non longe à fiſſura cordiformi, oriens, indeque deſcendens ſecundum interiora thyreoïdeae, & cum ad Thyreoarytaenoïdeum venit, altera parte per exteriora ejus, altera per interiora decurrens, inſertuſque arytaenoïdeae, mox ſupra Cricoarytaenoïdeum lateralem. Pars hujus muſculi decurrit ſecundum ventriculum laryngis, ei extrinſecus adjecta: eumque iccirco valet premere, & moderari.

Eſt *propriorum laryngis nonus*, & *decimus*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 21. *Muſculorum laryngis*, *qui ipſius proprii dicuntur*, *quartus*, Columb. de re an. Lib. V.

c Euſtach. Tab. XLII. Fig. 1. K-β. 2. N.
d Santorin. Tab. III. Fig. 2. Q.
e Santorin. Tab. III. Fig. 1. f. & Fig. 2. O.
f Santorin. Tab. III. Fig. 1. g. & Fig.

a Eu-

V. Cap. 14. *Ex propriis laryngis musculis, internorum* secundi paris, Fabric. de laryng. Part. I. Cap. 8. *Ultimi musculi duo sunt*, &c. Et Part. III. Cap. 8. *Flexio constringit clauditque rimulam*, &c. *Quarti paris laryngis propriorum*, Casser. de voc. aud. org. Tract. I. Lib. I. Cap. 6. & Lib. III. Cap. 8. *duo à postica internae scutiformis parte*, &c. *Thyroarytaenoideus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 18. *Paris Thyroarytaenoidei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 6. *Thyroarytaenoideus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 15. *Le Thyroarytaenoidien*, Dodart, Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1700. p. 276. *Thyroarytaenoidaeus*, Morgagn. Adv. an. I. §. 28. *Thyreoarytenoidaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 14. *Thyroarytaenoideus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 17. *Thyro-Arytaenoides*, Santorin. Obs. an. Cap. 6. §. 9. una cum *Thyro-Epiglottidaeo majore*, ibid. §. 14. *Le Thyro-Arytenoidien*, Winsl. Exp. an. Trait. de la tête, §. 452. & 465. una cum eo, qui *le Thyro-Epiglotique*, ibid. §. 456. & 467.

REGIO IX. SUB MALA.

CAPUT LXIX.

De Pterygoïdeo interno [a].

Cavo processus pterygoïdei inhaeret [b] hujus interni principium, à cujus fundo per totam oritur longitudinem, & ab interiore parte parietis ex-

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. r. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. D.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. r-*a*.

c Eu-

terni paullo minus quam tota; & ubi cavum illud jam desinit, ab inferiore quoque parte ossis palati, qua dehiscenti processui pterygoïdeo interstertum. Fert se inde ad inferiora amplitudinis internae illius partis maxillae inferioris, quam ea ad caput erigit; eique se ad imum angulum usque inserit [c], antequam inserat, extenuare se incipiens, pergensque dum se inserit, & ubi se inserit, tendinosus. Tendinosus quoque ab initio est, maxime a parte faucium; sensimque, donec se extenuet, modiceque intumescit. Et latior est quam crassior, primoque sensim latior fit, in fine angustior. *Nisi quod maxillam inferiorem non*nihil oblique in latus sibi oppositum trahat, eam fere recte adducit ad superiorem; viciissimque capitis priorem partem detrahit, cum deducta maxilla inferior, satisque firmata.

Est *Tertius musculus*, *qui in ore latitat*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 15. *Musculus in ore latitans*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 11. *Latens in ore*, Fallop. Obs. an. in maxillae musculis. *Pterygoideus internus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 15. *Quinti paris*, *maxillam abducentis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Paris Pterygoidis sive Alaris interni*, Vesling. Synt. Cap. 13. *Pterigoideus internus*, Cowper Myot. Cap. 18. *Pterigoidaeus internus*, Dougl. Myogr. Cap. 20. *Pterygoides interior*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 37. *Le grand Pterygoidien*, *ou Pterygoidien interne*, Winslow Ex-

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. r-β.

a Eu-

Expoſit. an. Trait. des muſcl. §. 842. & ſeq. & 1222.

CAPUT LXX.

De Pterygoïdeo externo [a].

Externus minor. Juxta praecedentem oritur, tum ab amplitudine exteriore prope tota parietis externi proceſſus pterygoïdei, ejuſque etiam margine, qui ſpectat cavum pterygoïdis; tum à finitima inferiore parte oſſis maxillaris ſuperioris [b], & aliquando etiam ab exteriore portionis pterygoïdeae oſſis palati. Inde increſcit *primum modice, dein decreſcit, latior quam craſſior: in finem autem principio multo anguſtiorem abit*, eumque tendinoſum; quale & principium. Ac majorem partem ſe collo maxillae inferioris inſerit [c], ubi id ab interiore parte partis prioris, ſtatim ſub capitulo ſuo, ſinuatum eſt: capſae praeterea articulum maxillae cum oſſe temporis continenti: priori denique & eidem internae parti marginis lamellae cartilagineae, quae articulo illi interjecta. Quas partes *quoniam recta petit, atque adeo, ut cognito loco unde oritur, eoque in quo deſinit, facile perſpicitur*, retrorſum incedit; ac ſimul nonnihil ſurſum & extrorſum, maxillam inprimis in priora trahit, & ſimul oblique in latus alterum cogit, caput ejus è ſinu oſſis temporis protrahens, ſubjicienſque tuberculo ejuſdem; trahens & lamellam interjectam, ne remaneret; & cap-

a Euſtach. Tab. XLI. Fig. 13. A. ſiniſt. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXIV. 70. & Tab. XXXI. 70.

b Euſtach. Tab. XLI. Fig. 13. A-a.

c Euſtach. Tab. XLI. Fig. 13. A-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXIV. 70. & Tab. XXXI. 70. dext.

a Eu-

capsam, ne corrugata foret impedimento. Eodem tempore maxillam attollit, donec dentes ei infixi, aut fere, aut leviter contingant superiores. Cum vero maxilla prorsus firmata, caput movet in contrarium.

Est *novi paris musculorum*, Fallop. Obs. an. in maxillae musculis. *Musculi Temporalis illa pars, quae ab externa sede processuum, quos vespertilionum alis comparamus*, &c. Vesal. Exam. in moventibus inferiorem maxillam. *Quintum par exerendae maxillae Falloppio adscriptum*, Arant. Anat. obs. Cap. 30. *Pterygoideus externus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 15. *Quarti paris, Pterygoidei abducentis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 5. *Paris Pterygoidis sive Alaris externi*, Vesling. Synt. Cap. 13. *Pterigoideus externus*, Cowper Myot. Cap. 18. *Pterigoidaeus externus Fall.* Dougl. Myogr. Cap. 20. *Pterygoides exterior*, Santorin. Obs. an. Cap. 1. §. 37. *Le petit Pterygoidien, ou Pterygoidien externe*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 845. & seq. & 1223.

REGIO X. PECTUS.

CAPUT LXXI.

De Pectorali [a].

Pectus occupat musculus magnus, crassus, valens, quem Pectoralem vocant. Is ambitu quasi semicircu-

a Eustach. Tab. xxxv. y. Vesal. Epit. Fig. musc. 1. Q. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 1. L. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. xxii. 107. Bidloo Tab. xx. H.

b En-

circulari oritur, primo à priore parte fere tota claviculae [b] partis illius, quae ad thoracis ſpeciem incurva eſt: deinde à priori margine oſſis pectoris [c], à radice ſuſtentaculi claviculae, uſque ad eum locum, ubi cartilago coſtae quintae inſerta; eaque parte frequenter in medio pectoris cum pare ſui ſe decuſſat faſciculis tendineis parvis; aliquando etiam conjungit ſe iis, aut & ipſa carne: deinde ab exteriore parte tum cartilaginis extremae modo dictae, tum extremae ſextae, frequenter & ſeptimae: poſt extrinſecus cohaeret cum aponeuroſi Obliqui externi abdominis [d]; à qua etiam portio [e] parva, eaque diſtincta, accedere ad eum ſolet; earumque aliquando invenimus duas. Praeterea autem intus etiam portiones accipit à priore parte, & ea oſſi pectoris vicina, cartilaginum quibus coſtae ſuperiores quatuor ad os pectoris pertinent: atque etiam à priore totius cartilaginis, & ſaepe ipſius extremae partis oſſeae, coſtae quintae; qua parte cum Recto abdominis aliquando cohaeret: & plerumque diu à reliquo muſculi portiones illae internae diſtinctae ſunt. Ab his partibus petit ſuperiorem oſſis humeri [f], faſciculiſque omni ex parte originis radiorum inſtar coeuntibus, ſe inſigniter coanguſtat. Itaque pars ſuperior deſcendit oblique; ſequentes quoque, fere uſque ad medias, ſed minus minuſque, ut inferiores: quae mox ſupra medias, tranſverſae ſunt: poſt has

b Euſtach. Tab. xxxv. y-α.
c Euſtach. Tab. xxxv. y-βγ.
d Euſtach. Tab. xxxv. y-γδ. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 8. juxta æ.
e Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 8. æ.
f Euſtach. Tab. xxxv. y-ε.

g Eu-

reliquae prout inferiores, adscendunt magis & magis. Qua oritur à clavicula, primo crassior est, post sensim tenuior: sed qua à sterno, & à costis, & ab Obliquo, primo tenuis, tendinosus, aut totus tendineus, & in multa exilia principia tendinea distinctus; dein carneus, intumescit paullatim, nec multo post rursus detumescit. Et frequenter pars illa, quae à clavicula, ab altera distincta diu est [g]; & haec quoque circa medium ossis pectoris non raro aliquandiu divisa [h]; nonnunquam in plures distincta fasciculos [i]. Ubi ad humerum appropinquat, pars ejus plus quam dimidia *superior in brevem, latumque tendinem* [k] abit, qui ad humerum descendit. *Quae supereſt inferior*, ubi humerum petens à pectore recedere *incipit*, se circum-superiorem flectit [l] in posteriora sursum, quo propior humero, eo magis; pariterque in tendinem [m] abit, sed plerumque citius nascentem, longiorem, adscendentem, prioremque decussantem [n], ac pone eum non incedentem modo, sed ipsi etiam applicatum, cum eoque in fine connexum. Saepe duo hi tendines ab inferiore parte *conjuncti sunt*, unumque referunt *in superiora complicatum*, ex eoque quasi geminum: saepe posterior in aliquot partes divisus. Tali se fine inserit eminentiae ossis humeri oblongae

g Eustach. Tab. xxxv. y-∞. & Tab. xxviii.
h Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxii. 107.
i Vesal. Epit. Fig. musc. 1. Q. dext.
k Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 4. A-T. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. xlvii. in 107.
l Bidloo Tab. xx. in I.
m Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlvii. 107. juxta C.
n Vesal. de H. C. F. Lib. 11. Tab. 4. h. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlvii. in 107.

a Eu-

longae, & in parte ejus interiore, aliquantum infra tuber inaequabile magnum capitis superioris, per longitudinem jacenti, ac sinum, per quem Bicipitis caput alterum se demittit, à priori parte terminanti: illique se parti ejus, quae hunc sinum spectat, inserit; atque in ipso sinu continuat tendineo fini tum Latissimi dorsi, tum Teretis majoris; plerumque praeterea ab inferiore parte conjungit cum extremo Deltoïde. Non longe autem à fine latescunt tendines, tam in superiorem, quam in inferiorem partem. Et ab inferiore parte hujus extremi tendinei circa axillam abscedit aponeurosis, adjungens se ad tendineam vaginam, qua humero circumpositi musculi sub tegumentis communibus corporis obducti. Hic musculus & ad humerum, totumque adeo brachium; & ad truncum corporis pertinet. Adducitque alterum ad alterum, sed perquam diversis modis, tum pro vario eorum positu, tum prout vel totus agit, vel tantummodo parte quadam sui. Quippe cum brachium secundum latus corporis naturaliter pendet, attrahit id ad latus illud, modiceque simul in priora: cum ab eo recta in latus sublatum, deprimit ad idem, pariterque simul in priora: idem in priora sublatum, trahit ante pectus; retrorsum actum, in priora: humerum priori parte sua in exteriora conversum, vertit in contrarium introrsum. Haec cum se ex omni parte simul contrahit. Pars ejus quae descendit, cum sola agit, os humeri praeterea attollit: transversa agit recte in priora: quae adscendit, non solum os humeri, sed totum quoque humerum, id est scapulam & cla-

viculam, trahit deorsum. Contrariis modis truncum movet, obfirmato, quantum necesse est, humero.

Est *Primus brachium moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 23. *Primus humeri musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 16. *Pectoralis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 14. Verheyen. Anat. Lib. I. Tract. VI. Cap. 1. Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 25. Dougl. Myogr. Cap. 30. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 25. *Le grand Pectoral*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 185. & seq. & 935. & seq.

CAPUT LXXII.

De Serrato antico [a].

Serratus anticus potius certe scapulae, quam costis adscribendus est. Quocirca ab his procedere eum dicemus. Procedit igitur ab exteriore parte costarum plerumque trium ex superioribus, non longe à cartilagineis earum portionibus; partim quoque ab harum ipsarum *principio*, *maxime primo* & secundo capite: modo autem à tertia, quarta, & quinta; modo à secunda, tertia, quarta [b]. Et incipit totidem capitibus; tertio, id est imo, à superiore margine [c] costae inferioris earum, quas diximus: secundo partim ab eodem mediae, partim à tota latitudine [d] osseae partis

a Eustach. Tab. xxxv. x. & Tab. xxxii. I. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. k. & Tab. 5. r.

b Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. II. 71.

c Eustach. Tab. xxxv. x-δ.

d Eustach. Tab. xxxv. x-γ.

e Eu-

tis ejus, ductu obliquo, deorsum in posteriora inclinato: primo denique à superiore, ab eaque aut ut tertium ab inferiore, aut [e] ut secundum à media. Estque tertium caeteris insignius. Omnia ab initio tenuia & tendinosa, tenuiora autem, & tota tendinea, qua à cartilaginibus, & à partibus osseis juxta cartilagines, oriuntur; manentque aliquandiu tendinosa. Hinc se in triangularem quasi formam coangustat, paullatim crassior, sed ad extremum rursus tenuior: sursumque ac simul modice in latus procedit ad coracoïdeum scapulae processum, ejusque extremo, à superiore & eadem interna parte ejus, tendineo se, tendinosove, & angusto extremo affigit [f]; quo aliquando cum Coracobrachialis & Bicipitis brachii communi principio conjunctus. In media autem carne paullatim tendinem inchoat, citius ab exteriore parte apparentem, ibique in inferiore parte [g] citissime. Ergo supradictum processum, atque adeo ipsam scapulam, in priora deorsum ad pectus trahit. Haec cum retinetur, magis autem cum attollitur, costas, à quibus oritur, attollit, trahitque in latus.

Est *Musculus qui scapulam antrorsum agit*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 23. *Primus scapulam moventium*, ibid. Cap. 26. *Secundus scapulae*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 15. *Serratus minor*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 23. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 13. *Serratus*

e Eustach. Tab. xxxv. x-β.
f Eustach. Tab. xxxv. x-ε.
g Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 15. œ.

a Eu-

tus anticus minor, Veſling. Synt. Cap. 9. Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 19. Dougl. Myogr. Cap. 25. Verheyen. Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. VI. Cap. 2. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 19. Vide Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. Eſt *le petit Pectoral*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 156. & ſeq. & 916. & ſeq.

CAPUT LXXIII.

De Subclavio [a].

Potiore etiam jure Subclavium claviculae adſcribimus, *non coſtae primae*, quippe qui hanc modo perparum, etiam ad caput ſublato *humero*, valeat dimovere. Parvus is muſculus, qui tendine [b] planiore incipit à tuberculo, quod eſt in priore parte coſtae primae, paullo antequam ea in cartilaginem faceſſat; aut ab ipſius cartilaginis principio [c], à parte exteriore. Tendo non admodum longus, in latus procedit, paullatim latior, & in carnem ſe vertens, unde venter [d] craſſus, oblongus, lateſcens, & fere ad finem uſque craſſeſcens, *in fine ſe extenuans*; qui ſub clavicula *ſecundum ductum* ejus porro pergit, dumque pergit, ejuſdem ſe inferiori parti [e], à loco modice à capite ejus primo diſtante, ad eum uſque, ubi incumbit proceſſui coracoïdeo; & aliquando etiam

a Euſtach. Tab. xxxv. u. Veſal. Epit. Fig. muſc. 1. O. ſin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. d. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 18. F.

b Euſtach. Tab. xxxv. u-α. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxiii. 73. B.

c Euſtach. Tab. xxxv. u-β.

d Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxiii. 73. A.

e Euſtach. Tab. xxxv. u-γγ.

a Eu-

am huic ipsi processui, extremo fine suo. Claviculam attrahit ad os pectoris, impeditque, ne ab eodem in latus recedat: eandem cum processu coracoïdeo, id est totum humerum, ducit deorsum in priora. Costae primae priorem partem trahit in latus, simulque sursum, cum humerus firmatus est, praesertim cum sublatus; sed, ut in principio dictum, perparum, eoque minus, quo propius os pectoris oritur.

Est *Primus in altero latere thoracem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. *Primus thoracis musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 20. Fallop. Obs. an. in thoracis musculis. *Qui sub clavicula occultatur*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. *Subclavius*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 31. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 9. Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 19. Dougl. Myogr. Cap. 21. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 19. *Le Souclavier*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 170. & 919. & seq.

REGIO XI. LATUS THORACIS.

CAPUT LXXIV.

De Serrato magno [a].

Serratum magnum, quoniam praecipue scapulae datus est, à costis, sicut anticum, deducemus ad eam.

a Eustach. Tab. xxxiii. m. & Tab. xxxvi. f. Vesal. Epit. Fig. musc. iii. R. sin. & Fig. ii. Q. sin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 2. ooo. & Tab. 5. m. & Tab. 7. L. & Tab. ii. X. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 18. DD.

b Eu-

eam. Est autem peramplus, satis tenuis. Ab octo costis superioribus oritur [b], capitibus distinctis novem [b]: primo [c] (quod aliquando deëst) ab exteriore & eadem inferiore parte costae primae, mox infra principium Scaleni medii, cum quo saepe cohaeret: secundo [d] ab exteriore secundae, frequenter initio obliquo, à superiore margine costae in priora deorsum aliquandiu ducto: tertio [e] ab eadem, initio simili praecedentis, & infra illud ab inferiore margine costae in posteriora aliquandiu sursum ducto: reliquis singulis ab exteriore similiter parte reliquarum singularum costarum [f]. Pleraque etiam ex parte à principio inhaerere [b] solent Intercostalibus externis proximis. Ex his statim confluunt [g] superiora duo, aliquando tria: reliqua longius disjuncta manent [h], & fere ad scapulam usque. Ac primorum quodque quod inferius, id & longius ex priore parte venit, quam proximum superius: at septimum prope aeque longe ac sextum, octavum non tam longe quam septimum, rursusque nonum non tam longe quam octavum. Primum ab initio exile: secundum tertiumque latum & rectum: reliqua angustiora, & similia anguli acuti [i].

Primum

b Eustach. Tab. XXXIII. m-αβγδεζηθι.

c Eustach. Tab. XXXIII. m-α. ubi tamen primum non distinxit à secundo.

d Eustach. Tab. XXXIII. m-β.

e Eustach. Tab. XXXIII. m-γ.

f Eustach Tab. XXXIII. m-δ. ε. ζ. η. θ. ι.

g Eustach. Tab. XXXIII. m-αβ. ubi ne quidem distincta.

h Eustach. Tab. XXXIII. m-γδε'ζηθι. & Tab. XXXVI. f-αβγδεζ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 18. DD.

i Eustach. Tab. XXXIII. m-δ. ε. ζ. η. θ. ι. Vesal. Epit. Fig. musc. III. R. sin. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 18. a.a.a.a. infer. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XXXII. 72-3. 4. 5. 6. 7. 8. Bidloo, Tab. XX. E. E. E. infer.

k Eu-

Primum & secundum crassiora, reliqua tenuiora. In quibusdam decimum [k] accedit, à costa nona [l]; quod tam longe non venit ac nonum, multoque est exilius. In quibusdam & undecimum, à costa decima, decimo exilius, neque tam longe veniens. Ab illa porro costarum parte procedunt, quae est in parte priore lateris corporis, simul efficientia principium à primo initio per ambitum rotundum [m], & angulatum. Ipse musculus circum costas retrorsum incedit ad scapulae basem usque, sensim se ex latissimo contrahens [n], totique *longitudini dictae basis*, oraeque obliquae, *quae à summa basi incipit*, ex *interiore* parte *inserens* [o]. At quinque capita inferiora radiorum instar coeuntia, abeunt praecipue in extremum [p] crassum, angustum, fine tenuiore & tendinoso insertum scapulae angulo inferiori: ad haec & decimum, undecimumque, cum adsunt, se adjungunt. Tertium vero, quartumque, simul faciunt amplam illam partem, quae thoraci ac scapulae interjecta, totaque *tenuior*, basem *inprimis* attingit, extremo lato [q]. *Ex his tertium ita latescit ad effigiem trianguli*, ut attingat majorem partem basis. *Primum* denique secundumque, quae in unum confluere diximus, efficiunt partem [r] media illa crassiorem, quae ad oram scapulae brevissimam, mediam inter basem oramque

k Eustach. Tab. xxxvi. f-ɣ.
l Eustach. Tab. xxxvi. f-ϑ.
m Eustach. Tab. xxxiii. m.
n Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 18. DD.
o Ibid. bb.
p Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxii. 72-C.
q Ibid. 72-CA.
r Ibid. 72-BD.

superiorem, praecipue pertinet. Totus musculus modice primum ab ortu crassior fit, & non longe à fine rursus extenuatur. Scapulam in priorem corporis partem trahit: ea autem retenta, costas, à quibus oritur, retrorsum, extrorsumque. Jam vero scapula nec sursum, neque deorsum praeter solitum acta, capita superiora duo simul insigniter adscendunt [s], ob idque deprimunt scapulae partem superiorem. Tertium [t] media parte sui prope transversum, scapulam rectius in priora trahit. Quartum quoque prope transversum, tantum modice descendit, scapulamque in priora trahens, modice simul attollit eam. Quintum adscendit modice, reliqua deinde quo inferiora, magis [u]; itaque deprimunt scapulam ad rationem obliquitatis suae. Septem autem superiora capita costas decussant, facitque eorum unumquodque angulum acutum cum illius costae, à qua oritur, parte inferiore: ex quo deprimunt eas. Octavum fere tenet costae suae ductum, eamque nec attollit, nec deprimit. Nonum, decimumque, si accesserint, supra suas paullum adscendunt, quas tamen vix attollunt. Sublata scapula, caput nonum, decimumque, nonnihil attollunt costas suas: reliqua minus deprimunt.

Est *secundus in altero latere thoracem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. *Secundus thoracis muscu-*

s Eustach. Tab. XXXIII. m-αβ.
t Ibid. m-γ.
u Ibid. m-ζ.η.θ.ι. & Tab. XXXVI. f-δ. ι.ζ.η.

a Eu-

musculus, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 20. *Qui à Galeno passim musculus in simis scapularum situs appellatur*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. *Serratus major*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 31. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 13. *Serratus major anticus*, Verheyen. Anat. Lib. I. Tract. VI. Cap. 2. Cowper Myot. Cap. 19. Dougl. Myogr. Cap. 25. Vid. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. Est *le grand Dentelé*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1719. pag. 50. & Exp. an. Trait. des muscl. §. 160. & seq. & 902. & seq.

REGIO XII. ABDOMEN.

CAPUT LXXV.

De Obliquo externo abdominis [a].

Proximi tres amplitudine insignes sunt, & iidem tenues. Obliquus externus à principio latus, angulatusque, multis capitibus, quorum principia acutis angulis quodammodo similia [b], incipiens. Octo [c] ei capita, à totidem costis inferioribus oriunda: aliquando novem, uno accedente à quarta. Omnia, praeter infimum, non admodum longe à costarum parte cartilaginea incipiunt. Primum quidem ab imo margine costae

a Eustach. Tab. xxxv. A. & Tab. xxviii. IK. & Tab. xxix. W. Vesal. Epit. Fig. musc. 1. T. dext. & Fig. 11. L. dext. & de H. C F. Lib. II. Tab. 3. Θ. & Tab. 9. P. & Tab. 2. ppp. Bidloo Tab. xxxi. CC. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xiv.

b Eustach. Tab. xxxv. A-γ ϑ. ε. ζ. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xiv. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xiv. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

d Eu-

ſtae quintae, quartaeve : ſequentia ab exteriore parte ſuae quodque coſtae, margine oblique poſito, & à ſuperiore parte coſtae ad inferiorem in poſteriora ducto [d] : praetereaque ab ipſa ora inferiore coſtae, ab eaque ſaepe diſtincto principio tendineo, aut tendinoſo ; cum de caetero ab initio ſubtendinea ſint : penultimum ſaepe & à cartilagine undecimae : at infimum ab extrema cartilagine duodecimae, ubi frequenter connexum cum Tranſverſi abdominis principio. Eorum ſuperiora ſaepe portionibus exiguis cohaerent cum Serrati magni principiis : inferiora cum illis Latiſſimi dorſi : pleraque cum finitimis Intercoſtalibus. Primum exilius : ſecundum majoris & latitudinis & craſſitudinis : rurſus majoris tertium, rurſuſque quartum : quintum & ſextum non ita lata, ſed craſſiora : craſſiſſimum ſeptimum, idemque latius duobus praecedentibus : octavum quoque craſſum ; at quibuſdam tenue & tendineum. Omnia aliquandiu manent diſtincta, contingunt ſe tamen : & aliquando aliquod eorum rurſus per longitudinem fiſſum. Proceduntque oblique in priora deorſum, quo & reliqua muſculi caro, cum capita illa coaluerunt, pergit. Fibrarum [e] autem ſuperiores modice deſcendunt ; ab his ſubſequentes quo inferiores, eo etiam magis. Sic procedens muſculus, cum ad corporis partem priorem pervenit, in amplam aponeuroſem [f] totus extenuatur ; cujus fibrae [g] eo in univerſum, quo carneae, quibus continuatae ſunt, modo

d Euſtach. Tab. xxxv. A-γ. δ. ε. ζ.
e Euſtach. Tab. xxxv, A-α. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab xiv.
f Euſtach. Tab. xxxv. A-β. Cowp. Myot. ann. 1724 Tab. xiv. AA.
g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xiv.

h Eu-

modo porro incedunt. Suo autem superiore margine à costa prima earum, unde incipit, per transversum in priora pergit ductu lunato, ibi cum ima Pectoralis parte aponeurosi sua connexus. Posteriore à costa ultima oblique descendit [h] in priora. Desinit à superiore parte ad priorem cartilaginum extremarum costae sextae, & septimae, ac finitimam ossis pectoris [i], ibi in tenue paullatim evanescens. Inde se per totam abdominis longitudinem, ad pubis synchondrosem usque, continuat [k] aponeurosi paris sui, sic ut multae fibrae tendineae, eaeque frequenter in fasciculos collectae, ab utraque altera per alteram longe excurrant, ejusque fibras decussent: multae etiam se implicent in eandem abdominis longitudinem convenientibus aponeurosibus Obliquorum internorum, & Transversorum: ex qua conjunctione, implicationeque, fit quam dicunt lineam albam [l]; quae supra umbilicum latior, insigniorque; infra eum exilior. Post autem juxta pubis synchondrosem aponeurosi in duos fissa tendines [m], alterum mediam spectantem pubem, alterum ad externum praecedentis latus, eoque angustiorem & multo crassiorem, hic Obliquus desinit. Seseque altero eorum commiscet cum ligamentis, quae pubis synchondrosem à priore parte continent; cum iisque ante synchondrosem illam descendit in latus oppositum, decussans parem sui: altero inserit tuber-

h Eustach. Tab. XXIX. W.
i Eustach. Tab. XXXV. A-AA.
k Eustach. Tab. XXVIII. KK. & Tab. XXXV. AB-AA.
l Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. I.
m Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XIV. ab utroque latere C.

n Cow-

culo, quod è ſuperiore eademque priore parte oſſis pubis eminet; proximaeque ſpinae, quae ab ejus tuberculi latere externo eſt; ex parte etiam ab interno ejuſdem tuberculi latere cum ligamentis ſupra dictis commiſcet. Medium autem inter eos intervallum [n], ſimile fiſſurae amplae, formaeque ovatae, & à ſuperiore parte rotundioris, ab inferiore in anguli ſpeciem formatae, atque oblique in priora deorſum vergentis, relinquitur; per quod in viro vaſorum ſpermaticorum funiculus cum Cremaſtere [o], in foemina uteri ligamenta dicta rotunda procedunt. Ejuſque fiſſurae latera craſſiora ſunt, ut quae ab ipſis tendinibus recta procedentibus fiunt: pars ſuperior tenuior, conſtanſque è portione tendinea latiuſcula, quae ſe à tendine exteriore ad interiorem demittit, eoſque, qua primum à ſe invicem ad fiſſuram faciendam diſcedere incipiunt, connectit inter ſe, firmatque. Poſteriore denique parte hic muſculus pertinet ad ſuperiorem eandemque exteriorem prioris partis longitudinis criſtae oſſis ilium, carne [p] primum, eaque in finem tendinoſum extenuata; dein aponeuroſi. Ab ejuſdem autem criſtae extremo priore aponeuroſis ejus ad eum oſſis pubis locum uſque, cui inſerere ſe eam diximus, abit in marginem [q] craſſum, qui cum vagina tendinea, quae femur ambit, cohaeret, eique tenuem portionem dat, & primum ab extrema

n Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XIV. C.
o Euſtach. Tab. XXVIII. N.
p Euſtach. Tab. XXXV. A. y.
q Euſtach. Tab. XXXV. A. 9. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XIV. c.

a Eu-

trema crista aliquantum solet rectius descendere, postea nonnihil incurvus, in superiora patulus; in fine rursus rectior. Juxta hunc marginem, & ubi se inserit, aponeurosis similiter satis crassa est, de caetero tenuior infra umbilicum, rursusque tenuior supra eum. Perforataque aliquot foraminibus, quibus exeunt vasa & nervi: majoribus, & fissurarum similibus, infra umbilicum, & ibi maxime non longe à linea alba. Multiplex hujus Obliqui functio. Peritoneum coërcet, firmat, premit, comprimit: sic abdomen contrahit, & quae id *continet, premit: exprimit excrementa, urinam, foetum, aliaque in abdomine* contenta, cum evacuamus alvum, vesicam, uterum in partu, ventriculum in vomitu: premendo viscera abdominis Diaphragma agit sursum, ad angustandum thoracem, premendos pulmones, aëremque ex iis exprimendum, in exspiratione, formatione vocis, flatu, risu, exscreatione, tussi, sternutatione: figuram abdominis immutat. Costas, à quibus procedit, *trahit deorsum, urget retrorsum. Lumbos in aversum, inque alterum, quam in quo situs, latus curvatos* erigit; erectos flectit *in priora, inque illud*, quod occupat, latus; & modice simul torquet, pectus in oppositum latus aliquantum convertens: sic thoracem antrorsum, & in latus, in quo locatus ipse, inclinat; fundamentum spinae, quod fit ex osse sacro, coxarumque duobus, attollit in partem eandem.

Est *Oblique descendens*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 31. *Obliquus descendens*, Columb. de re an. Lib. V.

V. Cap. 22. *Obliquus externus*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 32. & Quaest. 9. *Oblique descendens*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. *Obliquus descendens*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 34. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 10. *Oblique descendens*, de Marchett. Anat. Cap. 2. *Obliquus descendens*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 1. Dougl. Myogr. Cap. 1. *Oblique descendens*, Verheyen. Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. II. Cap. 6. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 10. *Obliquus descendens*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 1. *Obliquus descendens*, *seu exterior*, Santorin. Obs. an. Cap. 9. §. 1. 3. & 4. *L'Oblique externe*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 71. & seq. & 115. & seq. & 120. & seq. & 129. & seq.

CAPUT LXXVI.

De Obliquo interno abdominis [a].

Obliquus internus & Transversus paullo minoris amplitudinis sunt, quam externus; inter se autem tum amplitudine, tum forma prope similes; utpote qui ambitu suo contingunt imum thoracis marginem, lumborum vertebras, cristam ossis ilium, inguen, pubem, lineam albam. Obliquus autem ad hunc se habet modum. Gemina primum aponeurosi, post in unam confluente, cum Serrato postico inferiore

a Eustach. Tab. xxxv. C. & Tab. xxxvi. ig. & Tab. xxxii. R. Vesal. Epit. Fig. musc. 1. g. sin. & Fig. 11. fg. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. II. & Tab. 11. ab. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 9. EE. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. 11. & v. 2.

b Eu-

ore (quemadmodum in ejus historia melius referemus) procedit [b] à spinis vertebrarum lumborum inferiorum trium, & sequentibus ossis sacri; itemque à processibus transversis vertebrarum lumborum inferiorum: dein & aponeurosi sua à superiore parte illius cristae ossis ilium partis [c], quae ultra processus transversos lumborum eminet in posteriora: post à superiore parte reliquae cristae illius [d], usque ad extremum prius; qua parte tenuis est, & primum tendineus, mox carneus [e]: & ubi illa crista à priore parte desinit, ita cum finitima parte imi tendinei marginis Obliqui externi cohaeret, ut nasci ex eo videatur. Nata inde carne e circum abdomen tendit in priora. Ea vero quasi radiata [e], fasciculis superioribus mediisque in universum adscendentibus, primis autem ex his rectius, sequentibus se magis & magis, ut sequuntur, inclinantibus: ab his proximis transversis: illis denique, quae ab extrema priore parte cristae ilium, margineque Obliqui, ut inferioribus, rectius etiam, rectiusque descendentibus. Eadem in priore parte abdominis, inter costae decimae extremum pubisque lateralem partem, in latam aponeurosem [f] lunato vertitur termino, quae se in duas lamellas [g] tenuiores

b Eustach. Tab. xxxvi. g. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. II. ab.

c Eustach. Tab. xxxvi. g-γ.

d Eustach. Tab. xxxvi. i-αα. & Tab. xxxv. C-γ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 10. LLO. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. v. 2 Q.

e Eustach. Tab. xxxvi. i. & Tab. xxxv. C-α. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 9. FF. & Tab. 10. L L. fin. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. II. 2.

f Eustach. Tab. xxxv. C-β. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 9. HHH. & Tab. II. BB.

g Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. II. CC. DD.

h Cow-

dividit ; supra umbilicum quidem, postquam modicum processerat integra ; infra eum, mox ab ortu suo. Non dividit autem tota, sed tantummodo maxima parte sui : nam quod ejus est infra locum, qui circa medium inter umbilicum pubisque synchondrosem, simplex manet. Lamellarum altera, quae prior [h], non ita diu post per abdominis longitudinem totam adnascitur [i] aponeurosi Obliqui externi, posteriorem partem ejus ad lineam albam usque vestiens [k] : posterior eodem modo ad priorem partem aponeurosis Transversi accedit [l] ; supra umbilicum autem, cum ipsa modicum processit ; infra eum, simulac nata est. Mediumque hae lamellae comprehendunt Rectum. Inferior autem aponeurosis pars, quae simplex, conjuncta à priore parte cum aponeurosi Obliqui externi, à posteriore cum illa Transversi, cum iis ante Rectum petens lineam albam. Totus musculus pandit se ab ortu suo, atque à superiore parte extremis tendineis inserit, primo inferiori parti extremae costae duodecimae, tum osseae partis [m] ejus, tum cartilagineae [n] : dein eidem parti undecimae [o], dein cartilagini [p] decimae : inque illarum costarum intervallis connectit cum Intercostalibus. Post suae aponeurosis lamella posteriore imo inserit thoracis margini, qui fit è cartilaginibus costae nonae, octavae, septimae, usque ad os carti-

h Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xv. DD. Eustach. Tab. xxxii. R-ϐ.
i Eustach. Tab. xxxv. C-η.
k Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xiv. BB.
l Eustach. Tab. xxxiii. r. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 6. Δ-b.
m Eustach. Tab. xxxvi. i-ϐ.
n Eustach. Tab. xxxvi. i-γ.
o Eustach. Tab. xxxvi. i-δ.
p Eustach. Tab. xxxv. C-ε.

q Eu-

cartilaginis mucronatae; & hujus ipsius ossis, cartilaginisque, margini: priore autem secundum thoracis eundem illum marginem evanescit in aponeurosem Obliqui externi. Aliquando aponeurosis non affigit se dicto margini, sed modo secundum eum, etiam utraque lamella sua, procedit. Ab inferiore parte caro valde tenuis est, ibidemque circa medium intervalli inter extremam ilium cristam, mediamque pubem, mox supra imum marginem tendineum Obliqui externi, fibris in viro quasi sparsis & Cremasteri principium dat, & tum supra [q], tum infra [q] vasa spermatica decurrit, donec ad extremum in aponeurosem abeat, hac parte tenuem; quae se cum aponeurosi Transversi inserit [r]; pone illam Obliqui externi, iisdemque, atque illa, partibus, id est, pubis spinae, tuberculo, ligamentis. In foemina autem, quae Cremasterem nullum habet, recta decurrit ad partes easdem; infraque imum marginem ejus elabuntur rotunda uteri ligamenta. Lumbis, peritonaeo, abdomini, thoraci toti, eadem in universum praestat, quae *Obliquus externus*. Verum imi thoracis marginis priorem partem deorsum & nonnihil spinam versus trahit: eam, quae in latere corporis est, deorsum simulque retrorsum in exteriora; eoque à se invicem, & ab ultima vera, deducit extrema costarum spuriarum. Lumbos dum flectit, torquet, contrario, atque externus, modo.

q Eustach. Tab. xxxii. R 7.

r Eustach. Tab. xxxv. C 8.

a Eu-

Est *Oblique adscendens*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 31. *Obliquus ascendens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 22. *Obliquus internus*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 32. *Obliquus ascendens*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 34. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 10. *Obliquus internus*, Riolan. Anim. in Laurent. Cap. 32. Lib. V. *Oblique ascendens*, de Marchett. Anat. Cap. 2. Verheyen. Anat. ann. 1693. Tract. II. Cap. 5. *Obliquus ascendens*, Cowper Myot. Cap. 1. Dougl. Myogr. Cap. 1. Drake Anthr. Book I. Chap. 5. *Oblique ascendens*, Verheyen. Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. II. Cap. 6. *Obliquus internus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 10. *Obliquus ascendens*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 1. *Obliquus alter, seu interior*, Santorin. Obs. an. Cap. 9. §. 1. 3. & 4. *L'Oblique interne*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 87. & seq. & 115. & seq. & 120. & seq. & 128. & 129. & seq.

CAPUT LXXVII.

De Transverso abdominis [a].

Transversus ductu fere continuo oritur ab his: interiore parte costarum [b] inferiorum septem, extremis

a Eustach. Tab. xxxiii. q. & Tab. xxxvii. o. & Tab. xxxviii. o. Vesal. Epit. Fig. musc. iii. T. sin. lat. & Fig. iv. k. dext. lat. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 6. A. & Tab. 12. p. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 12. FFFFF. Bidloo Tab. xxxii. RR. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xvi. f.

b Eustach. Tab. xxxvii. o-ik. & Tab. xxxiii. q. dext. Vesal. Epit. Fig. musc. iv. k. dext. lat. & Fig. iii. T. sin. lat. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 12. ff.

c Eu-

tremis processibus transversis [c] imae dorsi (aut inferiore parte costae imae, ubi illa secundum processum transversum incedit) & lumborum superiorum quatuor, superiore eademque interiore parte cristae [d] ossis ilium, eique proxima imi tendinei marginis Obliqui externi. Uno ab unaquaque costarum principio abscedit, saepe rursus in partes aliquot fisso: primo plerumque ab extrema parte ossea, & proxima cartilagineae sextae, aut à sola cartilaginea, non longe ab ossea: secundo à cartilagine septimae, pariter haud longe ab initio ejus: tertio à principio cartilaginis octavae: quarto ab extrema ossea parte, totaque cartilaginea nonae: quinto ab extrema ossea, & cartilaginea proxima decimae: sexto à principio cartilaginis undecimae: septimo ab extrema duodecima. Omnia modice lata, pleraque ab initio tendinea, tenuia. Ad haec Diaphragmati continuare se solet in tribus inferioribus costarum intervallis: saepe & qua oritur à costa septima, & octava, & nona; ubi interdum etiam pectinatim cum eo coït. A processibus transversis [e], & ab illa cristae [f] parte, quae est juxta externam partem initii Quadrati lumborum, lato tendine [g] procedit, cui primus margo in singulis intervallis processuum transversorum, illoque quod inter transversum secundae ab osse sacro & os ilium intercedit, lunatus: ad

c Eustach. Tab. XXXVII. o-ββββββ.
d Eustach. Tab. XXXVII. o-γζζ. & Tab. XXXIII q-β. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. k. dext. lat. & Fig. III. T. sin. lat. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. Δ. & Tab. 12. p.
e Eustach. Tab. XXXVII. o-ββββββ.
f Eustach. Tab. XXXVII. o-γ.
g Eustach. Tab XXXVII. o-α. in dextr. lat.

h Eu-

eumque tendinem ab interiore parte accedit aponeurosis tenuis, quae à processibus transversis procedens, vestit priora Quadrati lumborum. A crista ilium, ante Quadratum lumborum, principio subtendineo. A margine autem Obliqui aut oritur, aut ita ut oriri videatur, adnatus ei est. Et pars tendinea à processibus transversis, & à crista, aliquandiu in priora pergit membranae specie, priusquam se vertat in carnem, sua superiore parte adhaerens imo margini costae duodecimae [h], ad ejus mucronem usque: in principio praeterea connexa cum aponeurosi communi Serrati postici inferioris & Obliqui interni abdominis, & cum ea adnexa cristae [i] ilium. Itaque pars carnea [k] & à costis [b], & à tendine [l] supradicto, & à crista [d] ilium, margineque Obliqui externi procedit, indeque se circum peritonaeum flectit in priora. Ejus autem fibrae pleraeque in universum transversae sunt [m]: sed inferiores, earumque praecipue illae, quae à priore parte cristae ilium, & ab Obliqui margine oriundae, deorsum eo se magis inclinant [n], quo ipsae inferiores situ. Eaedem fibrae inferiores partem efficiunt longe reliquo musculo tenuiorem, quae se cum inferiore parte carnis Obliqui externi, cui similis est, quamque ex fibris quasi sparsis constare diximus, prorsus commiscet. Ad postremum

h Eustach. Tab. xxxvii. o-δ.
i Eustach. Tab. xxxvii. o-γ.
k Eustach. Tab. xxxiii. q-α. & Tab. xxxvii. o-ε. & Tab. xxxviii. o. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 12. FFFFF. & IIII. Bidloo Tab. xxxii. RR. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xvi. 5. DDBC.
l Eustach. Tab. xxxvii. o.
m Eustach. Tab. xxxvii. o-ε. & Tab. xxxiii. q-α.
n Eustach. Tab. xxxiii. q-α.

o Eu-

postremum in priore parte abdominis, per longitudinem ejus totam, ab intervallo inter costam septimam & os cartilaginis mucronatae interjecto, ad latus pubis usque, caro hujus musculi in amplam desinit aponeurosem [o], lunato termino. Haec reliquam abdominis amplitudinem ad lineam albam usque complexa, in itinere, jam non longe ab initio suo, cum aponeurosi Obliqui interni plane coït in unum [p]. Se autem circa medium inter umbilicum & pubis synchondrosem locum, ex transverso findit, jam fere ab ipso principio suo ad lineam albam usque; totaque superiore parte earum, *in quas se findit*, peritonaeum proxime ambit, vestitque posteriorem partem lamellae posterioris aponeurosis Obliqui interni; cum qua incedit pone Rectum: inferiore autem se inter Rectum illum & peritonaeum, ut superiore, non interserit; sed vestiens posteriorem partem aponeurosis Obliqui externi, qua illam simplicem esse diximus, cum ea incedit ante Rectum & Pyramidalem. Et à superiore parte continua Triangulari sterni, cum eo inserit se *inferiori parti marginis mucronatae cartilaginis* [q]: mox autem ante ejus *cartilaginis mucronem conjungit* se cum eadem aponeurosi Transversi lateris alterius, cum ea mucroni illi inserta: infra hunc cum eadem alterius per longitudinem lineae albae [r] cohaerens est, unaque: ab inferiore parte tota tenuis, connexaque cum

o Eustach. Tab. xxxiii. q-y. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 12. gg. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xvi. y. EE.

p Eustach. Tab. xxxiii. r. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 6. A-b.

q Eustach. Tab. xxxiii. q-s.

r Eustach. Tab. xxxiii. o.

a Eu-

cum imo margine Obliqui externi, deinde cum vagina tendinea femur ambiente, posteaque inserta ossi pubis cum Obliquo interno. Peritonaeum complectitur, firmat, contrahit, premit introrsum: sic comprimit abdomen, efficitque, quae comprimendo abdomen efficere Obliquum externum retulimus. Costas, à quibus oritur, si cum pare sui agat, adducit, id est, dextras ad sinistras; quo pars illa extremi thoracis, quae fit ex illis, unde hic musculus procedit, costarum partibus, angustatur. Cartilaginem mucronatam trahit in latus. Sub imo hujus musculi margine delabitur *funiculus spermaticus in viro*, *ligamentum uteri rotundum in foemina*. Nunc, antequam ad reliquos abdominis procedam, hoc unum, quanquam ex supradictis apparere possit, hic significantius monendum videtur, Obliquos & Transversum suis se aponeurosibus ab utroque latere conjungere inter se, itemque in linea alba dextros & sinistros; eoque sex illos simul referre fasciam quandam latam, ab utroque latere triplicatam, in medio simplicem, circumductam abdomini, aptissimamque ad continendum & comprimendum.

Est *Transversus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 31. *Transversalis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 22. *Transversus*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 34. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 10. *Transversalis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 1. Dougl. Myogr. Cap. 1. *Transversus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 10. *Transversalis*,

salis, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 1. *Transversus*, Santorin. Obs. an. Cap. 9. §. 1. & 3. *Le Transverse*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 107. & seq. & 115. & seq. & 120. & seq. & 128. & 133.

CAPUT LXXVIII.

De Recto abdominis [a].

Rectus teniae latae effigie per abdomen, ex pube veniens, secundum umbilicum incedit ad imum pectus. In pube tendinibus duobus exoritur ex *priore parte ligamenti, quo synchondrosis ossium pubis à priore parte constricta*: raro ab ipso osse, ne quidem parte quadam sui. Alter eorum latior, crassus, praecipuus, è superiore parte ligamenti veniens; alter, is vero juxta mediam pubem, longe gracilior, & longior, longiusque veniens: ac mox confluunt in unum, qui non multo post in carnem se vertit. Sic incipiens musculus, quo adscendit altius, latescit magis, sed modice: & primum fit sensim *aliquanto crassior, mox se in universum lentissime ad finem usque extenuat. Tribus* autem extremis desinit, ad costae septimae [b], sextae [c], quintae [d] cartilagines: quorum primum fere latius & crassius esse solet, duo reliqua in tendineum finem extenuata.

Oo

a Eustach. Tab. xxxiii. n. Vesal. Epit. Fig. musc. iii. m. dext. & de H. F. C. Lib. ii. Tab. 5. A. & Tab. 6. f. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 10. DD. & Tab. 12. AAA. Bidloo Tab. xxxii. LL. & PP. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. ii. 4. 4. & Tab. xvi. 4.

b Eustach. Tab. xxxiii. n-α.

c Eustach. Tab. xxxiii. n-β.

d Eustach. Tab. xxxiii. n-γ.

e Eu-

nuata. Pertinetque primum ad inferiorem, atque etiam exteriorem partem cartilaginis septimae, non longe ab ejus extremo: secundum ad exteriorem sextae, sed propius mediam ejus longitudinem, juxta externum primi latus: juxtaque idem secundi latus, tertium, ad quintae cartilaginis partem similiter externam, sed fere ubi cartilago illa incipit; aliquando & ad ipsam extremam ossem partem. In quodam, cui cartilago costae octavae ad os pectoris pertinebat, Rectus etiam extremae illi cartilagini inserebatur. In multis se fine suo cum Pectorali aliquantum conjungit. *Proprium huic, quod carnem ejus lineae transversae tres* [e], *in quatuor distinguant portiones; quarum linearum prima* [f] *è regione umbilici est, omnino* transversa, quibusdam undulata: ultima [g] ibi ubi pectus primo conscendit, aut conscensurus est; obliqua, inque illud latus, in quo ipse musculus, declivis: secunda [h] inter illas prope media, transversa, saepe undulata. Aliquando & quarta [i], infra umbilicum: aliquando dimidia, aut inchoata; sicuti & reliquae aliquando imperfectae, *totam musculi non secantes latitudinem: nec nisi raro per totam carnis* crassitudinem penetrant [k], sed fere in priore superficie subsistunt. Pertinacissime autem adhaerent aponeurosi

e Eustach. Tab. xxxiii. n-ζ. ε. δ. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. v. u. u. u.

f Eustach. Tab. xxxiii. n-ζ.

g Eustach. Tab. xxxiii. n-δ. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. v. u. super.

h Eustach. Tab. xxxiii. n-ε. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. v. u. med.

i Vesal. Epit. Fig. musc. iii. m. dext. infra umbilic. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. i. & ii. 4. infra umbil.

k Ut ap. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xvi. 4. A. B.

neurosi Obliquorum communi, fiuntque ex eo, quod fibrae carneae se in tendineas vertant, innectentes se aponeurosi modo dictae. Itaque & portiones carneae se, ubi in lineas illas abiturae sunt, extenuant: ubi ab iisdem incipiunt, crassescunt. Quibusdam eorum, quibus hae lineae per carnem penetrabant, (in aliis totas, in aliis tantum juxta lineam albam penetrantes vidimus) ea parte innexae erant aponeurosi communi Transversi & Obliqui interni: quibusdam autem non. Actio Recti, fere quae Obliqui externi, praeterquam quod lumbos non torqueat.

Hic commodissime videmur descripturi rarum naturae ludentis exemplum, quod semel, iterumque vidimus, quodque non possumus praetermittere, Recti per pectus continuationem quandam, illi musculo quodammodo respondentem, quem [1] prae homine quaedam in pectore praecipuum habent animalia. Recti continuationem quandam dicimus, quoniam supra eum per pectus adscendit, quanquam distinctus ab eo. Orientem eum vidimus à priore parte extremae cartilaginis costae septimae & sextae, supraque eas ab aponeurosi *Obliqui externi*: *desinentem* ad ossis pectoris partem priorem, mox infra lunulam, quae in ejus summo est. Erat autem primo tenuis & tendineus, mox carneus, latitudinis duorum prope digitorum, sensim modiceque angustior, sensim primo crassior, post tenuior, in fine tendineus, angustus, & praeterquam quod ossi pectoris insertus es-

 set,

1 Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 5. 1st.

a Eu-

set, etiam conjunctus cum principio Pectoralis.

Est *Rectus*, praeter ejus *principium superius*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 31. Columb. de re an. Lib. V. Cap. 22. Arant. Anat. obs. Cap. 40. *Rectus*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 34. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 10. De Marchett. Anat. Cap. 2. in Obliquo ascendente. Verheyen. Anat. ann. 1693. Tract. II. Cap. 5. Cowper Myot. Cap. 1. Dougl. Myogr. Cap. 1. Verheyen. Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. II. Cap. 6. Santorin. Obs. an. Cap. 9. §. 1. *Le Droit*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 97. & seq. & 120. & seq. & 126. & seq.

CAPUT LXXIX.

De Pyramidali [a].

Rectum Pyramidalis juvat, qui saepe deëst, vel ab uno, vel ab utroque latere, Recto tunc supplente vices ejus, illaque parte *principii sui*, cui caeteroqui *Pyramidalis adjectus*, *latiore* & pleniore, magisque carneo. Quin & dexter sinisterque inter se magnitudine plerumque non sunt aequales. Infra Recti tendinem praecipuum, etiam de ligamento, quo pubis ossa colligata, surgit principio latiore tendineo tenui,

a Eustach. Tab. xxxiii. u. Vesal. Epit. Fig. musc. iii. d. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 5. n. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 10. I. & Tab. ii. T. Bidloo Tab. xxxii. Q. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. i. & xv. 3.

b Eu-

tenui, mox carneo. Pergit ſecundum lineam albam, ſitque paullatim modiceque craſſior, donec in fine extenuetur, ſeſeque in acutum verticem ſenſim anguſtat, lato autem extremo, eoque tendineo & tenui, ſe, dum adſcendit, communi aponeuroſi Obliqui interni & Tranſverſi in linea alba innectit; in pleriſque tertiam longitudinis inter pubis oſſa & umbilicum emetiens partem [b]. Sed & per totam extremi ſui latitudinem fibras tendineas inſignes Recto impertit, quae ſe in latus flectentes, ad eam Recti, quae lineae albae propinqua, partem primo accedunt; *poſteaque per priorem ejus, qua Pyramidalis incumbit*, extrorſum adſcendunt ſenſim evanidae, partimque in carneas ejus manifeſte abeunt. Sic autem in pleriſque.

An *muſculus parvus qui procedit à fine muſculi longitudinalis*, Maſſae, Anat. Cap. 21? Eſt *ſuperius principium Recti abdominis*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 31: *carneum*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 22. *Muſculus quidam totus carnoſus*, &c. Fallop. Obſ. an. in abdominis muſculis. Vide Veſal. Exam. in abdominis muſculis. *Carneum operculum*, Arant. Anat. obſ. Cap. 40. *Pyramidalis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 34. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 10. De Marchett. Anat. Cap. 2. Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 1. Dougl. Myogr. Cap. 1. Verheyen. Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. II. Cap. 6. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 1.

b Euſtach. Tab. XXXIII. a.

a Eu-

Santorin. Obſ. an. Cap. 9. §. 1. *Le Pyramidal*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 103. & ſeq. & 120. & ſeq. & 128.

REGIO XIII. CIRCA FUNEM SPERMATICUM AC TESTEM.

CAPUT LXXX.

De Cremaſtere [a].

Cremaſterem abdominis Obliqui & Tranſverſus producunt. *Siquidem ab inferiore parte Obliqui interni & Tranſverſi, qua illi à margine aponeuroſis externi ante os ilium oriuntur, quaque eos conjunctos inter ſe eſſe diximus*, maxime tamen ab Obliquo, portio [b] tenuis abſcedens, ad funiculum ſpermaticum accedit: ad quam ſe tenuis pars [c], deſcendens ab ea parte imi marginis tendinei Obliqui externi, quae eſt juxta os pubis, adjungit; quanquam tamen eam ſemper non viderimus. Ex his Cremaſter fit; qui ad teſtem deſcendens, applicat ſe *primum ad exteriorem partem funiculi ſpermatici*, *dein* dilatat paullatim, *funemque magis magiſque* complectitur, & cum venit ad membranam vaginalem teſtis, explicat ſe circum eam, paullatimque extenuat. Ejus autem primum principium, quod ſe ab Obliquo interno

a Euſtach. Tab. xxxiii. x. De Graaf de vir. org. Tab. 11. Fig. 1. CDEE. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xvii. 6.

b Euſtach. Tab. xxxiii. x. a. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. 11. 6.

c Euſtach. Tab. xxxiii. w.

no & Transverso demittit, longius est, & gracilius: alterum, quod ab Obliquo externo, & latius, & brevius. Et memorabili modo fibras ejus per vaginalem incedere vidimus in optimis corporibus. Quae spectabant testem alterum, descendebant rectius; sequentes, tum quae à priore, tum quae à posteriore parte testis decurrunt, se, dum descendebant, curvabant extrorsum, eo magis, quo quaeque à rectioribus illis remotiores; donec circa exteriorem testis partem pleraeque priorum continuarentur posterioribus. Et erant in parvos collectae fasciculos. Officium autem Cremasteris est, testem, qui caeterum à solo funiculo spermatico pendet, suspensum tenere; attollere praeterea, & fortasse quoque comprimere in complexu venereo.

Est *Virilis testis musculus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 33. *Musculus testiculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 23. *Testis musculus*, Fallop. Obs. an. in testium musculis. *Virilis testis musculus*, Vesal. Exam. in testium musculis. *Musculus testis*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 36. *Cremaster*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 36. Barthol. Anat. inst. Lib. I. Cap. 22. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 12. De Marchett. Anat. Cap. 6. De Graaf de viror. org. pag. 23. Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 2. Dougl. Myogr. Cap. 2. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 2. Santorin. Obs. an. Cap. 9. §. 1. *Le Cremaster*, Winsl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 518. & seq.

RE-

REGIO XIV. INTER ABDOMEN THORACEMQUE.

CAPUT LXXXI.

De Diaphragmate [a].

Sequitur musculus in toto corpore praeter caeteros forma mirus, inter abdomen thoracemque magna parte sui intergerinus, Diaphragma. Hoc à priore parte lumborum sceleti procedit, pertingitque ad imum thoracis marginem. Octo capitibus oritur, quorum *quatuor in dextra parte sunt*, totidemque eis respondentia *in sinistra*. *Duo media* [b] *longissima*, maximaque. Ab horum lateribus secunda [c], quae longe exiliora, caeterum satis longa. Post haec ab utraque parte tertia; post haec quarta: utraque angusta, brevia, tenuia; tenuissima quarta. Et media longissime veniunt, post haec secunda, reliqua fere ex superiore lumborum parte. Cum vero media aliquantum discrepent inter se, de utrisque dicendum. Sinistrum dextro [d] minus. *Dextrum primum incipit ab inferiore parte corporis* vertebrae lumborum tertiae ab osse sacro, & quidem à latere partis ejus prioris, tendine crasso & latiore, saepe etiam è liga-

a Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIV. & XXXV. Senac, Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1729. Pl. X. pag. 134.

b Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. o p. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIV. & XXXV. D.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIV. & XXXV. E. F.

d Bidloo Tab. LII. B.

e Bid-

è ligamentis, quae per inferiores vertebras excurrunt, tendinea lataque tenuitate primum paullatimque enascente [e]. Post is [f] sensim angustior & crassior, & ab exteriore latere suo carnem sensim producit [f], eoque sensim exilior fit [f]. Alio [g] deinde plerumque principio, eoque minore, idem caput incipit, modo ab ejusdem tertiae vertebrae margine superiore, sub praecedente; modo ab inferiore parte corporis quartae, similiter ab ejus prioris partis latere, similiterque è ligamentis, quae per superficiem vertebrarum inferiorum excurrunt, tendinea nascente tenuitate; ac similiter etiam ex tendineo mox se in carnem, inprimis ab exteriore parte sua, vertente, eamque sensim crassiorem, & cum posteriore parte praecedentis principii confluentem. Aliquando & aliud [h] tendinosum accedit, ab imo margine quintae: aliquando etiam simile aliud, ab ejusdem parte priore media. Vidi dextrum hoc caput oriens à quarta, ut caeterum à quinta; & infra quartam è ligamentis, nullo alio accedente principio. Sinistri [i] quoque primum initium tendineum, tenue, latum; idque extrinsecus in latere sinistro eodem modo [i] inchoat ex ligamentis, quae occupant priorem partem corporum infra quartam à sacro; posteaque sensim angustat, efficitque crassius: sed inprimis oritur ab inferiore

e Bidloo Tab. LII. H.
f Casp. Barthol. Diaphr. Tab. 1. Fig. 3. B. dext.
g Utap Casp. Barthol. Diaphr. Tab. 1. Fig. 3. E-a.a.a. dext. Senac, RS. dext.
h Ut ap. Casp. Barthol. Diaphr. Tab. 1. Fig. 3. B-a.a a. dext.
i Bidloo Tab. LII. ad sinistram E.

k Casp.

eademque priore parte lateris sinistri corporis quartae, principio tendineo angusto, ad quod praecedens, è ligamentis natum, extrinsecus accedit; unde tendo [k], ut in dextro capite, sensim angustior & crassior, carnem etiam ab externo latere suo, verum non tam cito, producens. Vidimus aliud [l] principium accedere, partim à ligamento, quod inter quartam quintamque interjectum; partim ab inferiore eademque priore parte lateris sinistri quintae. Vidimus hoc caput non à quarta, sed à tertia, & infra eam tenuitate sua oriri. Vidimus eodem modo oriri *à quinta. Caput ab utraque parte* secundum [m] exiliore longioreque tendine oritur *à latere corporis* quartae à sacro, aut tertiae, aut secundae, aut quintae, aut circa illa loca è ligamentis, quibus obductae vertebrae; aut à vertebris & vicinis ligamentis. Tendo sensim crassescit, abitque in carnem, sensim crassiorem, latioremque. Hoc caput interdum ab altero latere deëst, alias ab utroque. Tertium modo oriri vidimus à latere superioris marginis corporis quartae, *modo à latere imi quintae, modo superioris* ejusdem; *modo & imi primae dorsi*, vel solius, vel & ligamenti, quod interjectum ei proximaeque lumborum; principio non valde lato, tenui, tendineo, ab exteriore parte cito carneo, ab interiore diutius tendinoso: quod & aliquando invenimus triceps, procedensque à summo margine quartae lumborum, inferiore

k Casp. Barthol. Diaphr. Tab. 1. Fig. 3. B. sin.

l Ut ap. Casp. Barthol. Diaphr. Tab. 1. Fig. 3. B-a.a. sin.

m Ve-

ore quintae, superiore ejusdem. Quartum tendineo, mox autem in carnem verso, principio oritur à priore parte principii processus transversi quartae à sacro; cui se aliquando simile adjungit, ab eadem parte processus ejusdem quintae. In aliis hoc caput oriebatur ab ima dorsi. Et in quibusdam tantummodo à superficie principii Psoae abscedit tenuitate tendinea. Vidimus aliquando praeter octo dicta adhuc unum ab utroque latere caput, adjectum externo lateri secundi, angustum, ab initio tendineum, & ab inferiore oriens margine lateris corporis quintae à sacro, mox carneum, latescensque. *Omnia adscendunt, & sensim crassiora fiunt*; maximeque intumescunt media, quae diu disjuncta, coëunt postea lunato ductu, mediumque inter se relinquunt intervallum [m], quo tanquam porta exit aorta [m], introëunt canalis chyliferi radices. Eadem cum secundis eodem modo confluunt, similibus, sed longe minoribus, interjectis intervallis [n]. Interque capita prima & secunda elabuntur nervi intercostales: *in sinistro quidem latere solus truncus primitivus; alter enim inter duo principia capitis sinistri primi: in dextro autem uterque, itemque vena azyga.* Aliquando truncus primitivus sinister penetrabat per caput sinistrum tertium, deficiente secundo. Pariter cum secundis tertia confluunt. Cum his postrema, sed rursus lunato, eoque ampliore, ductu; in

m Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. q. Bidloo Tab. LII. circa E.
n Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIV. & XXXV. inter D. & E: & D. & F.

o Se-

multis tendineo margine [o], sub quo Psoae elabuntur. Ab horum capitum conjunctione Diaphragma diffundit se in latitudinem, adscenditque in thoracis cratem [p], ac simul se & in utrumque latus, & in priora curvat [p] ad ambitum thoracis internum; ad quem se deinde curvo pergente ductu demittit, pergitque secundum eundem, donec in imo ejus desinat. Ampliſſimum itaque, & ab inferiore parte concavum [p], gibbum à superiore [q]. Amplior autem pars dextra, magisque sursum acta in thoracem, quam sinistra. Ubi thoracis ambitum fere contingit, abit in extrema tria; quorum duo lateralia [r] sunt, eaque ampliſſima; tertium [r] medium, quod multo anguſtius, & à quo divergunt lateralia. Medium rotundo per latera ambitu demittit se ad interiorem partem extremae cartilaginis mucronatae, eique subrotundo, inque partes aliquot fisso, sine inserit. Lateralia inserta interiori parti costarum septimarum, octavarum, nonarum, decimarum, undecimarum, qua illae thoracis marginem faciunt, simili prope ab utroque latere modo, extremis distinctis, latis, plerumque carneis, aut tendinoſis, aliquando in partes aliquot fissis, occurrentibusque abdominis Transversorum principiis, atque eis se aliquando pectinatim interserentibus, saepe & ex parte continuantibus: quin & saepe in inter-

o Senac, V.
p Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. A. in ipso corpore.
q Eustach. Tab. IX. & Tab. XV. Fig. 1. 2. 3. 4. Th. Barthol. Anat. ref. Lib. II. Tab. 3. CCDDD.
r Senac, EEGGGGHHX. EE GGGHHIX.
s Senac, FF.

t Ve-

intervallis costarum nonarum & decimarum, harum & undecimarum, itemque harum & duodecimarum, tendineo fine continuant se simili eorundem Transversorum initio. Inserta autem, septimarum quidem costarum parti cartilagineae, qua illa incipit, per dimidiam ejus longitudinem; quae extrema caeteris latiora, & se aliquando sextarum etiam costarum cartilaginibus inserunt, ubi illae latiore parte sui connexae cum illis septimarum: octavarum itidem cartilaginis principio; aliquando etiam extremae osseae parti: nonis haud procul à *cartilagine*, & *ipsi non raro cartilagini: eidem parti decimarum: eidem undecimarum*: eidemque aliquando duodecimarum, aut soli cartilagini earum. Quod vero Diaphragmatis inter cavum abdominis & thoracis intercedit, prope totum tendineum est, tendine [t] per ambitum fere ovato in lateribus, ante in obtusum mucronem exeunte, inde in posteriorem partem sensim latiore, à posteriore insigniter lunato [u], & in universum quidem concavo ab inferiore parte, sed in duo praecipue à lateribus cava *magna*, *oblonga*, quorum dextrum amplius [w], *distincto*; *in medio planiore*, & ex transverso etiam modice gibbo, & à dextra ad sinistram aliquantum declivi. Et in totum tenuis est hic musculus,

t Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. k l m n. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIV. & XXXV. III. Senac, AZ &c. Heist. Comp. ann 1727. Tab III. Fig. 13. EEE.

u Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIV. Senac, LOONccL.

w Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIV. & XXXV. Senac, Z. &. ubi dextra tendinis pars amplior sinistra.

x Casp.

culus, sed non ejusdem ubique tenuitatis. Etenim capita, de quibus ante dictum, ubi se conjunctura sunt, extenuata, simul abeunt in carnem non admodum crassam, quae se extenuat, donec vertatur in tendinem: per inferiorem autem utriusque lateris marginem, ubi tota carnea permanet, valde tenuis est. Tendo tenuis: à quo caro, itidem tenuis, mox paullo crassior, verum non diu post sensim usque ad finem extenuata. Duo praeterea habet foramina. Alterum [x] in carne sua, antequam tendo nascatur, juxta spinam, nonnihil ab hujus latere sinistro; oblongum, *fissurae simile, medium patens*, ab utroque extremo in angulum acutum, quorum *inferior acutior*, *angustatum*, à tendine deorsum vergens, in cujus *margine* caro paullo, quam circumcirca, crassior est. Alterum [y] in tendine, in dextra parte, juxta medium, nec longe à spina; magnum, & quodammodo ovatum. Hoc autem venae cavae inferioris in [z] thoracem admittendae caussa paratum est: illud stomachi [a] in abdomen. Post haec omnia etiam de fibrarum decursu videtur dicendum. Cujus *expositio si difficulter intelligetur*, *hoc me consolabor*, quod non mea tantum culpa futurum sit, sed etiam implicatione ipsius rei. Postquam capita se commiscuere, nata ex eo caro adscendit, sesequе in priora ad posticum lunatum

x Casp. Barthol. Diaphr. Tab. I. Fig. 3. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIV. & XXXV. L. Senac, inter MMNP.

y Senac, a.

z Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. f. in ipso corpore.

a Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. r. in ipso corpore.

tum tendinis ambitum curvat, quem [β] usque ad utrumque mucronem ejus posteriorem tenet, implet-que. Ejusque mediae fibrae in universum adscendunt rectius [β]: hinc autem ab utroque latere sequentes adscendunt quoque, sed simul, ut à mediis remotiores, declinant magis ad latera [β]. Pars autem ab utroque latere postrema [γ], eaque sola, ad finem usque carnea permanet, pollicis quasi latitudine, faciens inferiorem ab utroque latere Diaphragmatis marginem [γ], à postremo capite ad costam undecimam lunato ductu [γ], deorsum patuli curvaminis, incedentem, *primum secundum extremum Quadrati lumborum*, costam deinde duodecimam, post intervallum inter eam undecimamque intercedens. Haec de parte carnea prima, quae ad tendinem maximam partem desinit. Quae ab eo incipit secunda [δ], ab ejus priore ambitu toto, usque ad utrumque mucronem posteriorem, procedit, curvans se ad thoracis ambitum; & ubi eum attigit, descendit ad ejus imum. Hujus *pars media* [ζ], quae ad cartilaginem mucronatam pertinet, *rectius suis fibris descendit ad eam. Laterales* [ε], ubi ad *thoracis ambitum venerunt, descendunt* quoque, sed modice in priora: eisque in posteriore eademque inferiore Diaphragmatis parte se adjungit [ε] pars, quam usque ad costam undecimam totam carneam permanere dixi. In aliquibus autem apparuit, tanquam si

β Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxv.

γ Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxv. G. G.

δ Senac, XHHGGGGEEFFEE GGGHHIX.

ε Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxv. G. adjuncta H. ab utroq. lat.

ζ Se-

si caro & à capitibus, & à costis, & à mucronata cartilagine, id est, ex omni ambitu, cui affixa, radiata forma ad tendinis ambitum tenderet ζ; deficientibus portionibus illis, quae caeterum carneae, ut dictum, permanent. Satis itaque simplex est carnearum decursus: sed tendinearum implicatus. A carnea parte prima ortae tendineae, fere per totam tendinis amplitudinem pergunt procedere η ut carneae, à quibus procedunt; continuoque progressu abeunt in carneas secundas: mediae itaque incedunt rectius; ab utroque latere sequentes, se magis in latera curvant, eoque magis, quo propiores mucronibus posterioribus tendinis. *Ab his multae notabiliter*, certoque quodam modo abludunt. Etenim ab utroque latere caro prima à superiore parte abit in fibras tendineas, quae per superiora tendinis decurrunt in priora θ, decussantes fibras ejus inferiores, & connexae cum iis. Dein in dextro latere per inferiora tendinis, ibique per lateralem ejus ambitum, porrecta lata quaedam aponeurosis, à carne, quae est ad mucronem posticum dextrum tendinis, incedens in priora, decussans tendinis, secundum quas incedit, fibras, & à priore parte conjungens se cum eo, desinensque in carnem priorem. Ei similem, sed imperfectiorem, in sinistro latere nonnunquam inveni. Jam à superiore parte, ab utroque latere tendinis, decurrit

ζ Senac, Figura superiore.

η Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxv. I. I. in utroque latere: utcunque.

θ Senac, &c.

ι Se-

currit similis aponeurosis, à priore parte, ad latus tendinis, ex carne sensim nascens tenuitate tendinea: inde sensim crassior, & secundum lateralem marginem tendinis, maxime per initium carnis secundae, ovato ductu incedens retrorsum; circumeunsque tendinis mucronem posteriorem, pergit deinde secundum lunatum posticum ejus marginem. Earum autem sinistra, cum venit ad superiorem angulum foraminis, quo stomachus exit, inde in priora procedit, ad postremumque abit in priorem partem extremi carnei dextri in aliis, in aliis sinistri: sed priusquam ad angulum *modo dictum venerit, parte quadam penetrat ad inferiorem tendinis partem* ι; acceptaque, cum penetravit, portione ab inferiore parte tendinis, juxta sinistram foraminis stomachi, flectit se dextrorsum ϰ, supraque foramen illud incedit ad priorem partem carnei extremi dextri; partimque decurrit secundum priorem partem foraminis, quo cava intrat; ubi se ad eam adjungit alia portio ϡ tendinea, enascens ex inferiore parte carnis, quae est ad dextrum latus anguli superioris illius *foraminis, quod stomachi est: unaque ambiunt cavam*, per priorem partem, perque latus externum, oram foraminis ejus ab ea parte facientes ϻ, seseque adjungentes ad aponeurosem, quam per lateralem ambitum tendinis in dextro latere ab inferiore parte incedere dixi. Quae vero in dextra parte per superiora tendinis decurrit aponeurosis, circa ima foraminis

ι Senac, ad sinistram N.
ϰ Senac, b b.
ϡ Senac, a d e e.
ϻ Senac, b b e e.

Se-

cavae ad inferiorem partem tendinis, aut ex parte, aut ex toto, & modo citius, modo tardius, penetrat *; posteaque se flectit circum sinistram partem foraminis cavae, ejus ab ea parte oram ξ efficiens, & in crassioris tendinis speciem collecta; indeque procurrit per priorem tendinis mucronem in priora, rursus extenuata, dilatata, & tanquam dispersa in fasciculos. Aliquando autem, ubi primum pervenit ad imum foraminis cavae, vel dat, vel accipit, portionem tenuem, quae per superiora posterioris partis marginis foraminis illius decurrit. Porro per superiorem partem tendinis ab utroque latere decurrunt fibrae quaedam tendineae à priore parte oblique in posteriorem, ad mucronem posticum; aliae rectiores, aliae leviter inflexae, aliae diversimode abludentes, decussantes reliquas tendinis, eisque se implicantes: inque ipso mucrone posteriore penetrant in inferiora, & abeunt in carnem secundam, ab ultimo illo mucrone procedentem. Ad haec per priorem tendinis mucronem ab inferiore parte abludere solent fasciculi tendinei, ab uno latere ad alterum lunato ductu ° decurrentes, efficienteque aponeurosem tenuem & latam, stricte adnexam tendini, lunatam, in priora directis cornubus; quae ex priore parte extremi carnei unius lateris exeuns, eidem alterius continuo ductu continuata. Restat exponendus decursus circum foramina. In inferiore angulo illius, quod stomacho

* Senac, cc.
ξ Senac, ee.
° Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxiv. juxta C.
ϖ Casp.

cho paratum est, caro ex utroque capite medio veniens, se decussat [w]; eaque quae è sinistro, decurrit per dextrum foraminis marginem; quae è dextro, per sinistrum: & ubi se decussant, illa sinistri capitis prior, dextri posterior: aliquando autem aliquot fasciculi se decussant, alii post alios. Rursusque in superiorem angulum convenientes margines foraminis, juxta tendinis Diaphragmatis medium, se decussant [x], dextro priore [y], sinistro posteriore [z]. Ultraque hunc angulum, à parte ejus priore, fasciculi quoque tendinei multi se per tendinem decussant [a], pertinentque *qui è dextris veniunt, ad sinistram partem carneae partis secundae; qui è sinistris, ad dextram.* Cavae admittendae foramen [b] potius triangulare est, quam rotundum, lunatis tamen lateribus: eoque non perforatus est tendo, sed relinquitur inter portiones ejus; siquidem latus [c] ejus posterius fit ab illa praecipua tendinis parte, quae à carne prima dextrorsum procedit ad secundam; margine tenui, eoque rectiore, ad posteriorem partem foraminis pertinens: latus anterius [d] *fit à procurrente aponeurosi, quam per superiorem partem ambitus sinistri tendinis incedere retuli;* accedente portione tendinea, tum ab inferiore parte tendinis, qua is parte est ad sinistram foraminis stomachi; tum à carne, quae ad dextrum latus anguli superioris foraminis modo dicti: latus sinistrum [e] fit

[w] Casp. Barthol. Diaphr. Tab. 1. Fig. 2. supra C. Senac, PQQ.

[x] Verheyen Anat. Lib. 1. Tab. 18. Fig. 5. B. Senac, juxta N.

[a] Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxiv. & xxxv. I. super.

[c] Senac, dd.

[b] Eu-

à procurrente aponeurosi illa, quam dixi se per ambitum superiorem dextrae partis tendinis flectere. Plerumque praeterea inveni foramen insigne, aliquando etiam duo, accedente parvo, in tendine, supra foramen stomachi, relicta pariter inter decussantes se portiones tendineas. In his autem omnibus multas & magnas varietates animadverti, quibus hanc historiam obruere non videtur consultum; sufficeritque ea, quae in quamplurimis, iisque melioribus, satis constantia inveni, memorasse. Atque ad hunc Diaphragma se habet modum, cujus inferior amplitudo tota peritonaeo obducta, praeterquam ubi hepar nudum contingit juxta cavam: superior (sed tantum qua cor & pulmones spectat) pericardio [u] in medio, ab utroque latere pleura. Et firmat partes illas peritonaei, pleurarum, pericardii, cum iis abdomen distinguens à thorace. Peritonaeum contrahit, agitque deorsum; ac sic constringit ab hac parte abdomen, ad abdominalium similitudinem, eodem effectu, agens eos extrorsum, depressione viscerum. Dumque ejus tendinem caro deorsum omni ex parte, inque diversa, trahit; ipsaque contractione sua brevior fit, cavum thoracis augetur ad admittendum aërem in inspiratione, maxime ab utroque latere, ubi positi pulmones. Stomachum praeterea constringit, mox supra ventriculum. An vero & cartilaginem mucronatam, & costas, quibus insertum, movet? Si movet, non potest nisi retrorsum, spinam versus, infle-

[u] Eustach. Tab. xv. Fig. 4. & 3.

[v] Se-

inflectere mucronatam : costas autem & introrsum, id est, tendinem suum versus; & nonnihil sursum trahere; aut retinere, & impedire, ne recedant in exteriora.

Est *Septum transversum*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. Columb. de re an. Lib. V. Cap. 21. Arant. Anat. obs. Cap. 34. *Diaphragma*, Laurent. Hist. an. Lib. IX. Cap. 4. & Quaest. 4. Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 8. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 32. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8. Highmor. Disq. anat. Lib. II. Part. I. Cap. 7. Pecquet Dissert. anat. Cap. 11. De Marchett. Anat. Cap. 9. Stenon. de musc. & gland. pag. 8. & 10. C. Bartholin. Diaphragm. struct. nov. Verheyen Anat. ann. 1693. Tract. III. Cap. 3. & ann. 1710. Lib. I. Tract. III. Cap. 4. Cowper Myot. Cap. 19. Dougl. Myogr. Cap. 21. Morgagn. Adv. an. V. Anim. 11. & 12. Santorin. Obs. an. Cap. 8. §. 7. 8. 9. & 10. *Le Diaphragme*, Senac, Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1729. pag. 118. Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 654. & seq. & 1164. & seq.

REGIO XV. SUB PECTORE.

CAPUT LXXXII.

De Triangulari sterni [a].

Magna naturae in Triangulari inconstantia est, ut frequenter etiam ne quidem uni eidemque homini

[a] Vesal. Epit. Fig. musc. v. Q. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. §. Cowper. Myot. ann. 1724. Tab. XXXIII. 77. Verheyen Anat. Lib. I. Tab. 35. Fig. 2. abc.

[b] Cow-

mini idem sit uterque. Quare minime mirum videri debet, si nostra omni non conveniat descriptio, qui qualem frequentius invenimus, hic trademus. In optimis igitur corporibus quatuor eum capitibus incipere vidimus, à costa quinta, quarta, tertia, secunda, & quidem ab interiore parte principii cartilaginis [b], quam ad os pectoris porrigunt; non raro etiam ipsius partis ossea extremae. Saepe postremum defecit [b]. Capita satis lata, ab initio tendinea & tenuia, cum non multum progressa, carnea, & sensim crassiora, diu plerumque disjuncta, in aliis conjuncta citius [b]: omniaque oblique descendunt ad os pectoris [b]; primum autem magis transversum, sequentia quo superiora, descendunt rectius. Ex horum conjunctione nata caro tenuis est, sensimque extenuatur, ac definit in tenuem latumque tendinem, quo se inserit majori parti marginis cartilaginis mucronatae, juxta partem osseam; totique margini osseae partis ejus; post interiori parti extremarum cartilaginum costae sextae, (aliquando & septimae) quintae, quartae, tertiae; finitimaeque his ossis pectoris [b], in quibusdam. Tendo à superiore parte citius nascitur, ob idque longior est: quo inde quaeque pars ejus inferior, eo nascitur tardius, eoque est brevior, ut inferior etiam carne ad finem usque instrui soleat. In aliis tertiae costae cartilagini non inseritur: in aliis nullius cartilagini, sed tantum margini interno ossis pectoris, juxta extremas cartilagines:

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxiii. 77.

c Ver-

nes : in aliis, & ossi pectoris, & quibusdam ex cartilaginibus supra dictis. Tendo in aliis interruptus, & in plures angustos nullo certo ordine fissus. At in aliis unius musculi loco tres [c], quatuorve, parvi reperti, eo quod capita non confluebant, sed ubi caeterum confluunt, detumescentia, in tendinem singula abibant, primo se inferente mucronatae cartilagini : secundo cartilagini extremae costae sextae, saepe & septimae : tertio quintae, & ossi pectoris finitimo : quarto extremae quartae, alias & tertiae, & finitimo ossi pectoris. In aliis modo postremum *tantummodo, modo & proximum distinctum.* Semper autem ab inferiore parte tendine suo cum tendine Transversi abdominis conjunctus est [d] : aliquando & carne sua cohaerent. Illam costarum, à quibus oritur, partem, ubi in cartilaginem vertuntur, deprimit, trahitque introrsum : maxime deprimit secundam, sequentes minus & minus, sed eas magis introrsum cogit. Quoniam vero est tanquam continuatio Transversi abdominis, aut certe principiorum ejus à *costis* [e], deduxi eum à *partibus*, quas movere videtur.

Est *Sextus in altero latere thoracem hominis moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. *Sextus thoracis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 20. Fallop. Obs. an.

c Verheyen. Anat. Lib. 1. Tab. 35. Fig. 2. a. b c.
d Verheyen Anat. Lib. 1. Tab. 35. Fig. 2. c. conjunctus cum d.
e Verheyen Anat. Lib. 1. Tab. 35. Fig. 2. e. d. c. b. a.

a Eu-

an. in thoracis musculis. *Qui internae sterni sedi apponitur*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. *Triangularis*, & *Pectoralis internus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 31. *Triangularis*, Stenon. de musc. & gland. pag. 7. & 10. De Marchett. Anat. Cap. 9. Cowper Myot. Cap. 19. Dougl. Myogr. Cap. 21. Sunt *Sterno-costales* Verheyen Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. VI. Cap. 8. Santorin. Obs. an. Cap. 8. §. 10. *Les Sterno-costaux, communement le Triangulaire du sternum*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 697. & seq. & 1162.

REGIO XVI. LUMBI ET COXAE PARS PRIOR.

CAPUT LXXXIII.

De Psoa parvo [a].

Frequenter quidem cum in virili, tum in muliebri sexu, non tamen semper, repperitur. Angustiore autem, eodemque tenui, & fere tendineo, initio adhaeret imo margini corporis vertebrae dorsi imae, à *latere*; *itemque ligamento*, *inter illud* corpus, *illudque* summae lumborum interjecto; & aliquando etiam summo margini summae lumborum: accedit aliquando portio tendinea exilis, à processu transverso imae dorsi. Repperias & alterum principium, angustius, adhaerens lumborum summae margini imo, ligamentoque proxime inferiori: repperias

a Eustach. Tab. XXXVIII. 9. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 147.

b Eu-

rias, qui duobus principiis oriatur à latere corporis lumborum ſummae ſolius, altero à ſuperiore parte ejus, altero ab inferiore, mox ante Pſoam magnum. Inde ad iſchion deſcendit, mox carneus [b], niſi quod qua Pſoae magno adjacet, à principio aliquandiu tendinoſus ſit: & primo quidem paullatim latior, non vero diu poſt anguſtior, diu craſſior, tum tenuior, & tendinem [c] extrinſecus circa mediam lumborum longitudinem inchoans; qui tenuis, latus, in progreſſu poſt primum ortum ſuum primo ſenſim anguſtior, poſt ſe rurſus magis magiſque & lente dilatat, & *ad poſtremum inſerit margini oſſis coxae*, qui ſummam pelvis oram ante os ilium facit, *juxta* ſpinam, quam margo ille ſupra foramen magnum habet. Ad haec extremum ejus ab externo latere abit in aponeuroſem tenuiorem, quae Pſoam magnum ſimul cum Iliaco interno à priore parte, qua ante iſchion delabuntur, ambiens, deſcendit ad inguen, abitque in tendineam femoris vaginam. Lumbos, ut Pſoas magnus, erigit, curvat. Pelvem in priora attollit. *Coërcet Pſoam magnum & Iliacum internum*, additque *eis robur*.

Eſt *Parvus Pſoas*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. De Marchett. An. Cap. 19. Cowper Myot. Cap. 32. Dougl. Myogr. Cap. 29. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 17. *Le petit Pſoas*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 822. & ſeq. & 1217.

RR CA-

b Euſtach. Tab. XXXVIII. q. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 147. A.

c Euſtach. Tab. XXXVIII. q-a. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 147. B.

a Eu-

CAPUT LXXXIV.

De Psoa magno a.

Psoas magnus, quanquam carne multa continuaque à lumbis oriri videatur, distinctis tamen incipit capitibus, quae primum subtendinea, lata, tenuia; dein paullatim crassiora: sed alia aliis proxime adjacent, & cito commiscentur. Decem numero sunt, quorum quinque oriuntur à latere corporum vertebrarum aliquot, ligamentorumque, quae interjecta corporibus illis: quinque à processibus transversis. *Illorum superius & ab imo margine dorsi imae, & à proximo ligamento, & à superiore parte quintae* lumborum, & aliquando à capite costae duodecimae, aliquando tantum à superiore parte quintae lumborum: secundum ab inferiore parte lumborum quintae, proximoque ligamento, & à superiore quartae: tertium eodem modo à quarta & tertia, eisque interjecto ligamento: quartum à tertia & secunda, ligamentoque medio: quintum à secunda & prima, & à ligamento medio. Haec à priore & eadem inferiore parte *processuum transversorum lumborum*: sed aliquando nullum ab illo summae. Pars ejus prima, quae tum è capitibus illis juncta est, tum ex eorum implicatione nata, se secundum lumbos demittit, estque summa parte sui tenuis & angusta, post crassior

a Eustach. Tab. XXXVIII. rrs. Vesal. Epit. Fig. musc. v. e. dextr. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. ⊖. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 31. DD. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. III. & LIV. 148.

b Cas-

ſior paullatim, & primum latior, dein anguſtior, extrinſecus planior. Quae inde ſequitur, ſenſim uſque ad finem gracileſcit, forma rotundula; ſeſeque porro ab inferiore lumborum parte, ſed nonnihil oblique in latus, demittit ad priorem iſchii, quae juxta ilium eſt; delabenſque per ſinum ejus, ubi aponeuroſi Pſoae parvi extrinſecus obducta eſt, pergit, donec ſe tendine [b], quem efficit, quemque ab ea parte [b], qua contingit Iliacum internum, inchoat, inſerat extremo, priorique parti trochanteris minoris, eum quaſi comprehendens. Ad quem tendinem caro accedit ad finem uſque, & infra eum quoque ipſi femori ſe inſerit. Exteriori autem hujus Pſoae parti, tendinique ejus per longitudinem, Iliacus internus ſe adjungit [c], ut tendinem habeant communem [c]. Et cum eodem etiam Iliaco adhaeret capſae, quae continet articulum coxae. Saepe capita à proceſſibus tranſverſis primae & ſecundae à ſacro, aut & tertiae, oriunda, portionem [d] efficiunt ad iſchion uſque diſtinctam. Saepe portio parva, qua Pſoas pelvem ſpectat, fere ad trochanterem uſque carnea, ad poſtremum tamen tendinea, adjacens tendini communi, poſt conjungens ſe cum eo, citius à parte poſteriore, quam priore; ex quo tendo quaſi geminus, aut in priora complicatus. Attollit hic Pſoas femur in priora, coxam deprimit: ſimul autem ſe-

b Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 31. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. inter 148. & 149.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 148-149.

d Euſtach. Tab. XXXVIII. s. dextr.

a Eu-

mur per exteriorem partem retrorsum rotat; coxam per priorem introrsum, si eam, dum firmatum femur, moveat. Lumbos quoque in priora simul & in latus curvat, retrorsum curvatos erigit.

Est *femur moventium sextus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. & 56. *Quintus femoris*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Lumbaris*, *sive Psoas*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Lumbalis musculus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. Bartholin. Anat. ref. Lib. IV. Cap. 11. *Psoas magnus seu Lumbalis*, Cowper Myot. Cap. 32. *Psoas magnus*, Dougl. Myogr. Cap. 39. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 17. *Le Psoas, ou Lombaire interne*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 464. & seq. & 1077.

CAPUT LXXXV.

De Quadrato lumborum [a].

Quadratus lumborum è duabus fibrarum seriebus, origine & progressu inter se diversis, finemque tantummodo ex parte eundem habentibus, fit. Una, eaque praecipua, à superiore & eadem interiore parte cristae ilium, mox à posteriore mediae longitudinis ejus; & à ligamento, quod à processu transverso vertebrae lumborum imae ad os ilium ex transf-

a Eustach. Tab. XXXVIII. p. dext. & Tab. XXXIX. n. Vesal. Epit. musc. Fig. v. d. dext. & Fig. IV. I. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. E. & Tab. 14. P. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 13. N. & Tab. 6. P. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. III. 103.

b Eu-

transverso pertinet, oritur [b], principio lato, crasso, tendineo. Mox id in ventrem vertitur tumidulum, sensim modiceque angustiorem, & oblique spinam versus adscendentem, eamque antequam attingat, abeuntem in tres, quatuorve portiones tendinosas, quae sensim & angustiores & exiliores, adnectunt se imae parti extremorum processuum transversorum secundae, tertiae, quartae, quintaeve lumborum: supra has deinde exili tendineo fine pertingentem ad inferiorem partem lateris corporis vertebrae dorsi imae, *juxta costam duodecimam: post lato, eodemque extenuato, ac tendinoso, ad internam partem marginis inferioris costae* [c] modo dictae, non longe à capite ejus primo: aliquando etiam lato & tendineo ad imum marginem lateris corporis dorsi secundae, alioque angustiore ad ejusdem processum transversum, alio denique latiore ad imum internum marginem costae undecimae, qui est supra sinum ejus, quem pro vasis intercostalibus habet, juxta caput primum. Altera series oritur à superiore parte extremorum *processuum transversorum trium*, quatuorve primarum à sacro, aut tantum secundae & tertiae; tot capitibus, à principio satis latis, diuque tenuibus & tendineis, dein carneis, ac sensim crassioribus; quae decurrunt ante partes, quae insertae processibus transversis: inque latus oblique adscendunt, & ad priorem seriem se adjungunt. Nul-

b Eustach. Tab. xxxix. n-α. & Tab. xxxviii. p-αα. dextr.

c Eustach. Tab. xxxviii. p-ββ. dext. & Tab. xxxix. n-β.

a Eu-

la hujus secundae seriei pars ad processus transversos lumborum pertingit. Utilitas Quadrati est, lumbos curvare in latus, coxam attollere, deprimere costas, ad quas pertinet.

Est *nonus*, & *decimus dorsum moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. *Primus dorsi musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 19. *Sexti paris dorsi*, Fallopp. Obs. an. in dorsi musculis. *Quadratus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 33. *Paris lumborum quadrati*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 11. *Quadratus lumborum*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 24. *Quadratus*, Dougl. Myogr. Cap. 29. *Quadratus lumborum*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 24. *Le Quarré des lombes, ou Lombaire externe*, Winsl. Exp. an. Trait. des musc. §. 815. & seq. & 1215. 1216.

CAPUT LXXXVI.

De Iliaco interno [a].

Tanta Iliaci interni à principio amplitudo, quanta ossis *ilium* ante sacrum. Nam ab ilium, qua abdomini obversum, parte superiore tota, statim infra cristam [b], descendit; & ubi haec à priore parte desinit, ab ejusdem ossis ora priore, tum ab ambitu interno, ac porro ab inferiore parte radicis tuber-

a Eustach. Tab. xxxviii. u. Vesal. Epit. musc. Fig. v. f. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. A. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 31. II. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 149.

b Eustach. Tab. xxxviii. u-aa.

c Cow-

tuberculi, quod ex eadem illa ora eminet; atque etiam à vicina capsae articulum coxae continentis: aliquando & parva portione à superiore parte ossis sacri, quae proxima ossi ilium. Principium crassius, qua ab ipso osse; tenuius qua ab ora priore, & à tuberculo, & à capsa procedit. Extrinsecus autem apparet ab initio tenuis, intumescens deinde donec per inguen descendit, post detumescens: paullatimque se simul angustat. Cum ad ischion venit, per sinum ejus sub aponeurosi Psoae parvi cum magno descendit, quanto inde porro descendit, eo gracilior, eoque magis formam *quasi teretem assumens. Conjungit* [c] *se cum Psoa magno, partemque tendinis communis efficit.* Eademque, atque ille, nobis praestat, nisi quod lumbos non flectat, & paullo etiam magis femur illa sui parte, quae est à latere Psoae illius, vertat, coxamque magis introrsum deprimat. Ab eo portionem quandam aberrare vidimus, quae oriebatur ab ora ossis ilium, mox infra tuberculum, à quo Rectus cruris; descendebat secundum externum Iliaci latus, desinebatque ad *obliquam illam femoris lineam*, quae mox *infra trochanterem minorem eminet*, & à qua Vastus internus incipit. Erat portio lata & tenuis, sensim angustior, sensim crassior, in fine tenuior.

Hic se primum nobis offert singulare naturae artificium, in aliis quoque musculis, ut in singulis memorabitur, observatum. Ubi Iliacus cum Psoa magno se demittit ab ischio ad femur, ibi bursam, vel ve-

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 148-149.

a Ve-

veſicam quandam fabricata eſt, nullibi neque interruptam, neque patentem; à poſteriore parte adhaerentem ſinui iſchii, per quem mododicti muſculi delabuntur; infraque eum priori parti capſae, quae continet articulum coxae; à priore tum tendini communi eorundem muſculorum, tum vicinae carni; inter ea ſic complicatam, preſſamque, ut pars ejus prior poſteriorem ex toto contingat; magnam, tenuem, laxam, obſequioſam, intus humore quodam lubricante ſuperinunctam. Quo fit ut muſculi illi ad ſinum iſchii, capſamque, facilius ac promtius moveantur.

Eſt *Septimus femur moventium*, Veſal. de *H. C. F.* Lib. II. Cap. 56. *Sextus femoris*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Iliacus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Iliacus internus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. Cowper Myot. Cap. 32. Dougl. Myogr. Cap. 39. *L'Iliaque*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 469. & ſeq. & 1078.

REGIO XVII. CIRCA PERINAEUM VIRI.

CAPUT LXXXVII.

De Acceleratore [a].

Ut pharyngis Conſtrictores pharyngem, ſic Accelerator principium bulbi urethrae, qua is eminet,

a Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. Cap. 49. Fig. 1. H. I. Bidloo Tab. XLVII. Fig. 5. H. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. 12. C. & ann. 1724. Tab. XVII. 7. A. & Tab. XIX. 7. Santorin. Tab. III. Fig. 5. D.

a Cow-

net, amplectitur, per ejus latus incedens, donec per ejusdem longitudinem ab inferiore parte alter se cum altero in medio conjungat, continuetque. Est ligamentum quoddam duriusculum, quod à superiore parte urethrae, priusquam illa à vesica procedens penem subeat, sensim incipiens, sensimque plenius, decurrit ad penem, toto decursu adhaerens urethrae superiori parti, eamque peni alligans, ad quem ibi, ubi coëunt capita corporum ejus spongiosorum majorum, pertinet: ab eo, per longitudinem ejus totam, atque adeo juxta superiorem partem lateris urethrae, *musculus hic sua posteriore parte oritur; continuoque inde tractu*, ab inferiore parte capitis, quo corpus spongiosum majus incipit; & ab inferiore corporis ipsius [b], cum id jam procedit per penem: qua vero parte à pene oritur, ortus ejus proximus est corpori spongioso minori. Quocirca latus est ab initio, à quo & tendineus, ac valde tenuis, post carneus & crassior, at tenuis tamen, sitque paullatim angustior. Ejus fibrae posteriores magis transversae, & brevissimae: *sequentes ut priores, etiam obliquiores, magisque retrorsum tendentes*, & longiores. Ubi igitur in quem diximus loco dexter cum sinistro coït, fibrae eorum angulos faciunt [c], posteriores quidem vix, prope è directo convenientes; sequentes ut ab his longius distant, minores. Et ubi coëunt, saepe tendinei sunt, & tanquam tendinea li-

b Cowper Myot. ann. 1694. Fig. XII. c. & ann. 1724. Tab. XVII. 7. a.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XVII. 7. A. & Tab. XIX. 7.

nea [d] discriminati. Atque ex utrisque fit vagina [a] quaedam musculosa, quae sua posteriore parte, quo dicetur modo, innexa Sphincteri ani externo, bulbum urethrae, id est, principium corporis spongiosi minoris, cujus imae, mediaeque parti juxta Sphincterem firmiter adhaeret, continet, comprimit; itaque tendit totum illud corpus, in erectione penis: comprimit pariter partem illam urethrae, ac per eam fluentem urinam, itemque, rigido maxime pene, semen ejicit; inprimis cum contracto simul Sphincktere externo, pars ejus posterior firmatur. Videtur autem haec vagina non modo comprimere, sed etiam in priora agere, quoniam à priore parte suae originis, duobus, & iis satis longis, à pene procedens mucronibus, iis per latera urethrae, ambientibus eam, aliquandiu retrorsum incedit, donec eos conjungat sub ea [e].

Est *Primus penis musculus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 49. Columb. de re an. Lib. V. Cap. 24. Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 37. *Accelerator*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 38. *Inferior*, *sive urethram trahens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 12. *Musculus urethrae*, Riolan. Anim. in Vesling. pag. 65. *Dilatator urethrae*, *sive Accelerator seminis*, *& urinae*, de Marchett. Anat. Cap. 6. *Urethram dilatans*, de Graaf de vir. org. pag. 143. *Accelerator urinae*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 3. Dougl. Myogr. Cap. 3. *Accele-*

d Santorin. Tab. III. Fig. 5. D.
e Bidloo Tab. XLVII. Fig. 5. H. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XVII. 7. a.

a Ve-

celerator, Morgagn. Adv. an. III. Anim. 40. & Adv. IV. Anim. 20. *Accelerator urinae*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 3. *Accelerator*, Santorin. Obſ. an. Cap. 10. §. 7. *Le Bulbo-Caverneux*, Winſl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 571. & ſeq.

CAPUT LXXXVIII.

De Erectore penis [a].

Caput corporis ſpongioſi majoris comitatur, infra illud ortus [b] ab interiore parte tuberis iſchii, paullo ante quam id in os pubis abeat. Vidimus alterum principium infra praecedens ab eodem tubere procedere. Parvus eſt, oblongus, ab initio tendineus, tenuis, anguſtus; mox carneus, paullatim & latior & craſſior, inſertus [c] capiti, quod comitatur, qua id pubis oſſi non adjacet, fere ab ejus capitis principio, quoad illud ad penem incedit, aliquando etiam paullo ultra; ſenſim, dum ſe inſerit, tenuior, & tum extrinſecus, tum ubi ſe inſerit, tendinoſus. Hoc itaque caput eodem tempore trahit & deorſum, & retrorſum, & modice in latus: quo & idem facit brevius, premitque, ac corpus ſpongioſum, cum id ſanguine turget, magis tendit, ad erigendum, rigidumque efficiendum penem.

a Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. Cap. XLIX. Fig. I. K. L. Bidloo Tab. XLVII. Fig. ſ. F. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. x. D. & Fig. XII. F. & ann. 1724. Tab. XVII. 8. B. & Tab. XIX. 8. F. Santorin. Tab. III. Fig. ſ. E.

b Santorin. Tab. III. Fig. ſ. E.

c Cowper Myot. ann. 1694. Fig. XII. F. & Fig. x. D. & ann. 1724. Tab. XVII. b. Bidloo Tab. XLVII. Fig. ſ. F.

a Eu-

Est *Tertius*, & *quartus penis musculus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 49. *Posterior penis musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 24. *Erector*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 38. *Collateralis*, *sive penem erigens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 12. Highmor. Disquis. an. Lib. I. Part. 4. Cap. 3. De Graaf de vir. org. pag. 143. *Penis erector*, Verheyen Anat. ann. 1693. Tract. II. Cap. 22. *Erector penis*, Cowp. Myot. Cap. 3. Dougl. Myogr. Cap. 3. *L'Ischio-Caverneux*, Winsl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 569.

REGIO FOEM. GENITALIS MULIEBRIS AMBITUS.

CAPUT LXXXIX.

De Constrictore cunni [a].

Per genitalis muliebris ambitum, ab altero ejus latere, atque ad figuram ejus incedit. In latere posterioris partis cunni, ab ejus corporis spongiosi initio oritur, pertenuis ibi & tendineus, accipiensque *fasciculum à proxima Sphincteris ani* externi parte. Inde carneus, & tantum paullo crassior, totusque latitudinis tantummodo modicae, per latus introïtus cunni, posteaque pone nympham, adscendit ad clitoridem, circa quam rursus tendineus, tenuiorque; cujusque se cruri, finitimaeque corporis parti

a Eustach. Tab. XIV. Fig. 1. M. De Graaf de mul. org. Tab. III. Fig. 2. EE, & Tab. XII. mm. & nn. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XVIII. 11. Santorin. Tab. II. Fig. 1. G.

a Eu-

ti inserit. Cunnum contrahit, ejusque corpus spongiosum, cui extrinsecus assidet, premit, comprimit, & cum turget, stimulante venere, tendit.

An est *Orbicularis musculi, suis fibris carneis, sinum (muliebrem) undiquaque obvolventis*, Arant. Anat. obs. Cap. 38. pars unius lateris? Est *Clitoridis inferior Latus, & Planus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 39: vid. & Animad. in Bauh. p. 137. & in Barthol. Cap. 34. Lib. I. *Portio carnosa in externa parte ipsius vaginae*, de Marchett. Anat. Cap. 7. *Alius musculorum paris, quod clitoridi à plerisque adscribitur*, de Graaf de mul. org. Cap. 3. p. 25. *Vaginae musculi constrictorii*, Verheyen Anat. ann. 1693. Tract. II. Cap. 26. & ann. 1710. Lib. I. Tract. II. Cap. 28. pars unius lateris. Eadem *Sphincteris vaginae*, Cowper Myot. Cap. 3: vide & in Erectore clitoridis, ibid. *The second muscle belonging to the clitoris*, Dougl. Myogr. Append. concerning the muscles of the clitoris, &c. *Sphincteris vaginae*, Santorin. Obs. an. Cap. 11. §. 3. pars unius lateris. *L'autre muscle du clitoris*, Winsl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 636. & 637.

CAPUT XC.

De Erectore clitoridis [a].

Erector clitoridis Erectori penis, salva magnitudinis, qua inferior est, differentia, respondet, capiti

a Eustach. Tab. XIV. Fig. 1. N. De Graaf de mul. org. Tab. XI ik. & Tab. III. Fig. 1. GH. & Fig. 2. C. Bidloo Tab. LI. Fig. 1. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XVIII. 10. Santorin. Tab. II. Fig. 1. E.

piti corporis ſpongioſi clitoridis, ſicut ille penis, inſertus, ad uſus eoſdem.

Eſt clitoridis *muſculus ſatis manifeſtus*, &c. Fallopp. Obſ. an. in uteri cervice. Clitoridis *exilis muſculus tenſioni dicatus*, Laurent. Hiſt. an. Lib. V. Cap. 37. *Superior rotundus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 39. *Muſculus, qui ab oſſe coxendicis oritur*, &c. de Graaf de mul. org. Cap. 3. pag. 24. *Clitoridis muſculus*, Verheyen Anat. ann. 1693. Tract. II. Cap. 29. & ann. 1710. Lib. I. Tract. II. Cap. 31. *Erector clitoridis*, Cowper Myot. Cap. 3. *The firſt (belonging to the clitoris)* Dougl. Myogr. App. concerning the muſcles of the clitoris, &c. *L'Iſchio-Caverneux*, Winſl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 635.

REGIO XVIII. CIRCUM ANUM.

CAPUT XCI.

De Sphincter externo ani.

Sphincter ani externo vir à foemina aliquantum diſcrepat. Primum autem qualis viro [a] ſit, trademus; dein quid differat ab eo foemininus. Anum ſub tegumentis communibus ambit, latus, tenuis, panniculo adipoſo quaſi adnatus. Itaque cum anus fiſſurae inſtar oblongus ſit, fibras quoque Sphincter habet in ovatam figuram ei circumductas [b], praeſertim

a Euſtach. Tab. xxxvi. r. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xix. 14. 14. Santorin. Tab. III. Fig. 5. PQRST.

b Eu-

tim quibus ei proximus : reliquae enim incurva latera ſua tum à priore parte ani, tum à poſteriore in mucronem colligunt [b] ; & ex utroque latere convenientes, angulos efficiunt acutos : ex quo totus muſculus tum in priorem partem, tum in poſteriorem paullatim in anguſtum cogitur. Is vero ſuo poſteriore mucrone aut adhaeret ipſe coccygi extremo [c], aut interventu ligamenti cujuſdam, quod ab extremo coccygis anum verſus productum. Priore, poſtquam primo à ſuperiore parte Tranſverſis perinaei & Acceleratoribus implicatus, per perinaeum procedit, exitque *in caudam* [d], *per medium pergentem perinaeum*; *in aliis* autem non valde longam, ſenſim anguſtiorem, quaſi triangularem, ſeſeque innectentem inferiori parti Acceleratorum [e], qua illi coëunt inter ſe: in aliis evaneſcentem in perinaeo. In aliis caudam illam invenimus longiorem, paullatimque graciliorem, tandemque exili tendine in perinaeo evaneſcentem. Cutem quae eſt circa anum, ipſumque anum, contrahit : perinaeum ſuo priore mucrone trahit retrorſum, eoque firmat *Acceleratores*, ac premit eoſdem, eamque urethrae, quae per *perinaeum incedit*, partem ; juvatque ſeminis per eam fluentis, itemque urinae ejectionem.

Foemininus [f] anum à priore parte in perinaeo rotun-

b Euſtach. Tab. XXXVI. 1.
c Euſtach. Tab. XXXVI. 1-4.
d Euſtach. Tab. XXXVII. 9. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XIX. 14. infer.
e Bidloo Tab. XLVII. Fig. 5. Santorin. Tab. III. Fig. 5. S.
f Euſtach. Tab. XIV. Fig. 1. K. Santorin. Tab. II. Fig. 1. IK.

g Eu-

tundiore ambitu circumire[g] visus, totum illud spatium, quod inter anum cunnique ostium interjacet, sua tenens latitudine; ubi & portiones dat Constrictoribus cunni, ut Acceleratoribus dat virilis, cui caeterum similis est, & ad cujus etiam similitudinem ab exteriore parte sui prioris ambitus in mucronem abire[h] observatus, evanidum in perinaeo, aut circa illud.

Est *Musculus orbiculatim intestino obductus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 51. *Musculus orbicularis recti intestini sphincter dictus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 27. *Sphincter primus & externus, carnosus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 40. *Constrictor*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 12. *Sphincter ani*, Cowp. Myot. Cap. 5. *Sphincter externus*, Dougl. Myogr. Append. to the account of human muscles, pag. 10. *Sphincter ani*, Santorin. Obs. an. Cap. 10. §. 3. *Les Sphincters cutane's*, Winsl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 179. & 185. & seq.

Pars per perinaeum procurrens, videtur esse Levator ani *sextus gracilis & acuminatus*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 40. *Est l'un des muscles dilatateurs de l'urethre*, Littre, Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1700. pag. 309. *Urethrae Dilatator posticus*, Heist. Comp. an. ann. 1719. §. 345. *Penis musculus triangularis*, Morgagn. Adv. an. IV. Anim. 20. *Urethrae virilis Dilatator posticus sive triangularis*, Heist. Comp. an. ann. 1727. §. 345.

C A-

g Eustach. Tab. XIV. Fig. 1. K.

h Santorin. Tab. II. Fig. 1. I.

a In

CAPUT XCII.

De Transverso perinaei a.

Exilis musculus à tubere ischii, juxta ortum Erectoris penis, (clitoridis in foemina) procedit in multis hominibus, adscenditque ut ille, magis tamen transversus, donec in perinaeum perveniat, mox ante anum. Non eodem autem in omnibus se habet modo. In optimis, quae incidimus, fuit à principio tendineus, tenuis, acutus; mox carneus, sensim crassior, sensimque latior, primum autem cito insigniterque, post lentius, non longe à fine extenuans se, interque Sphincterem externum & Acceleratorem interserens, majoremque partem continuans pari sui, partim Sphincteri externo, aut Levatori ani; partimque adjungens Acceleratori. Cum dexter sinisterque simul agunt, anum una cum finitimo perinaeo trahunt retrorsum; simulque anum, & extremum recti intestini aliquantum comprimunt, eoque juvant excrementorum, cum elapsura sunt, expressionem.

An est *alius musculus ad virgae latus*, *minimus*, Stephan. de Dissect. Lib. II. Tab. p. 196. not. parerg. expl. D? *Levator ani parvus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 40? Est *Transversus*, Th. Bartholin. Anat. quart.

Tt ref.

a In viro, Santorin. Tab. III. Fig. 5. I. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. XII. E. & Glandularum quarund. descr. Tab. II. Fig. 1. K. & Myot. ann. 1724. Tab. XVII. 9. C. & Tab. XIX. 9.

In foemina, Santorin. Tab. II. Fig. 1. g.

a In

ref. Lib. I. Cap. 24. *Transversalis penis*, Cowp. Myot. Cap. 3. *Le Dilatateur, qui part de la partie interieure de la tuberosité*, &c. Littre, Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1700. p. 309. *Levator ani parvus, seu externus, Riol.* Dougl. Myogr. Cap. 23. *Penis musculus transversus*, Morgagn. Adv. an. IV. Anim. 21. *Transversalis*, Santorin. Obs. an. Cap. 10. §. 6. *Transversus*, Heist. Comp. an. ann. 1727. §. 345. in nota. *Transversalis urethrae*, Morgagn. Epist. an. I. §. 88. An *le Transversale de l'urethre*, Winsl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 184. & *le Transverse*, ibid. §. 573?

In foemina, *Transversalis*, Santorin. Obs. an. Cap. 11. §. 2.

CAPUT XCIII.

De Transverso altero perinaei [a].

Alterum, cui Transversi nomen convenire quoque possit, in idoneis corporibus semper invenimus, eumque tenuem, & latitudinis modicae. Ortus ab interna parte ossis pubis, circa ejus locum illum, qui medius inter ima tuberis ischii pubisque synchondrosem, procedit introrsum ad perinaeum, seseque continuat pari sui, partimque conjungit cum Transverso praecedente, implicatque corpori illi molli, quod est circum urethram, qua illa parte est ante bulbi initium. Visus est posticae bulbi parti fila inse-

a In viro, Santorin. Tab. III. Fig. 5. H. In foemina, Santorin. Tab. II. Fig. 1. F.

a Vi-

inseruisse. Putamus premere priorem intestini recti extremi partem, eamque simul retrorsum agere, una cum urethrae parte proxima. In foemina visus desinere ad lateralem partem corporis spongiosi cunni, postquam se valde extenuasset.

Est *urethrae Elevator*, *sive Ejaculator*, Santorin. Obs. an. Cap. 10. §. 8. 9. An *le Prostatique inferieur*, Winsl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 575?

In foemina, est *Depressor urethrae*, Santorin. Obs. an Cap. 11. §. 2.

CAPUT XCIV.

De Levatore ani [a].

Hic non prorsus idem viro foeminaeque. Utrique amplus. Utrique in pelve oritur ab osse pubis & ischio, per ductum hunc: à pubis ossis illa parte, quae est circa inferiora synchondrosis [b], per superiora retrorsum circum principium Obturatoris interni, usque ad *acutum ischii processum extremum* [c]. Ductuque non interrupto oritur, praeterquam circa sinum magni foraminis coxarum ossis, quo vasa nervusque è pelvi exeunt ad interiora femoris, ubi una cum Obturatore interno intercisus. Maxima autem hujus principii pars tendinea est, & valde tenuis; tantummodo

Tt 2

a Viri, Eustach. Tab. xxxvii. r. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Fig. Cap. 51. B. C. Santorin. Tab. iii. Fig. 5. GKLM. & Tab. ii Fig. 2. SQPO. Foeminae, Santorin. Tab. ii. Fig. 1. M.

b Santorin. Tab. ii. Fig. 2. S.

c Eustach. Tab. xxxvii. r-α. Santorin. Tab. ii. Fig. 2. D.

d Eu-

modo enim qua parte ossi pubis circa synchondrosem adhaeret, carneum; quaque ischii processui, subcarneum: & tunc tendinea demum in carnem vertitur, ubi pervenit ad lineam rectam inter duas extremas originis partes, id est, illam quae est juxta synchondrosem, illamque quae juxta ischii processum, ducendam; aut circa illum locum. Tenuis quoque pars carnea, quae fibris modice convergentibus sensim angustata, retrorsum it, circum rectum intestinum se curvans, & ad postremum tendineo fine, aut simplici, aut gemino, inserta priori parti coccygis ossium *ultimi* [d], *& aliquando etiam penultimi:* inter coccygem autem anumque, *& per totum quidem illud intervallum*, continuata ex altero latere venienti Levatori, tendineo & tenuiore fine [e] mox infra coccygem, caeterum carneo [f], fibris in ipso coïtu angulos facientibus deorsum patulos, praeter paucas, quae rectius ab altero per alterum excurrunt. Jam vero pars [g] praeterea valde tenuis ad eum accedit, quae primum tendinea, deinde carnea, & *latitudinis plus minus digitalis*, venit *ex angulo*, *in quem caput penis cum corpore spongioso* urethrae coït; partimque è finitima interna parte ossis pubis. Haec quoque retrorsum incedit, primum secundum latus bulbi urethrae, post se ad Levatorem adjungit juxta Sphincterem ani externum, ut dubium sit, an ad Levato-

d Eustach. Tab. xxxvii. r. Santorin. Tab. iii. Fig. 5. inter L. & N. & Tab. ii. Fig. 2. inter O. & E.
e Santorin. Tab. iii. Fig. 5. L. & Tab. ii. Fig. 2. O.
f Santorin. Tab. iii. Fig. 5. M.
g Santorin. Tab. iii. Fig. 5. F.

vatorem, an Sphincterem pertinere dicenda sit. Unam igitur ambo Levatores taeniam efficiunt, quae circum rectum inprimis ducta, extremis suis pelvi, anguloque penis supradicto, quo memoravimus modo, affixa est; altero à dextra parte, altero à sinistra. Eaque posteriorem extremi recti partem trahit in priora simulque modice sursum: constringit simul, excrementaque, per intestinum illud deorsum acta, exprimit; eademque opera ipsum rectum retinet, idemque, expressis excrementis, attollit, restituit. Retinet & coccygem, cumque eum *pressa excrementa retrorsum egerunt, retrahit. Ad haec inferiora vesicae, atque adeo & vesiculas seminales*, continet; & tum illius, tum harum evacuationem juvare potest. Et pars quoque inferior ejus ad rectum incedens, prostatam ambit in itinere, propterea eam etiam premit, itemque urethram, qua ei prostata adjecta. Si quis vero requirat accuratiorem fibrarum decursum, sciat omnes modice descendere, inferiores autem prope transversas esse, sequentes ut superiores, ita descendere aliquanto rectius. *Inferiorum aliquae saepe ad Sphincterem* externum se adjungunt, cum eo adscendentes in posteriora.

Foeminini [h] autem pars inferior se juxta anum curvat sursum, explicatque, & inter anum coccygemque occurrit pari sui, ad latus etiam coccygis pertinens, fibris ob id juxta anum prope transversis, ab

h Santorin. Tab. II. Fig. I. M.

a Eu-

iis sequentibus, ut sequuntur, adscendentibus magis, rectiusque; rectissime illis, quae ad coccygem pertingunt, quae & antequam ei se inserant, in extremum tendineum tenue abeunt. Idem antequam ad rectum perveniat, secundum vaginam inferiore parte sui incedit, eique se tam pertinaciter adnectit, ut inserere putares. Idem aliquando angustior est quam virilis, separatione partis inferioris, quae ab osse pubis circa synchondrosem oritur, diminutus; quae tunc separatus musculus est, qui quibusdam rursus distinctus in duos, se tamen ad postremum ad Levatorem adjungentes. Idem denique vaginam comprimere posse videtur.

Est *Musculus sedem attollens*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 51. *Latus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 27. *Levator*, Laurent. Hist. Anat. Lib. V. Cap. 34. *Major levator ani*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 40. *Levator*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 12. Vesling. Synt. Cap. 3. *Levator ani*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 5. *Levator magnus seu internus*, Dougl. Myogr. Cap. 23. *An etiam partes ejus in foemina sunt musculi vaginae*, Dougl. Myogr. App. concerning the muscles of the clitoris, &c ? Est *Levator ani*, Morgagn. Adv. an. III. Anim. 44. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 5. Santorin. Obs. an. Cap. 10. §. 2. Heist. Comp. an. ann. 1727. §. 346. *Le Releveur de l'anus*, Winsl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 188. & seq. & 379.

Pars tenuis, quae ad eum accedit, est *Alter ac postre-*

postremus Sphincteris lacertus, Santorin. Obs. an. Cap. 10. §. 3.

CAPUT XCV.

De Coccygeo [a].

Coccygeus triangulo assimilatus, medius intercedit inter ischii processus acuti apicem (à cujus interiore parte acuto initio incipit [b]) marginemque lateralem coccygis [c], praeter mucronem extremum, totius, ac finitimum sacri [d], quorum interiori parti se *lato fine inserit. Brevis itaque, tenuis praeterea*, praeter extrema carneus, à quorum primo sensim crassior, dein usque ad alterum tenuior, & ex interiore parte saepe cito tendinosus. Ima parte sui incedit secundum summum marginem Levatoris ani, tanquam si transversa scissura ab eo separatus esset: à superiore autem parte in progressu suo adhaeret interiori parti marginis inferioris ligamenti illius, quod ab acuto ischii processu deductum ad sacrum. Coccygem retinet, & *in priora flectit, ischii processum versus: retrorsus actum restituit. Imam sacri partem* ad coccygem alligat, pariterque retinet. Intestinum rectum, cum valde distentum, premit, reprimitque.

An *Quintus levator ani*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 40? Est *Coccygaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 40. *Mus-*

a Eustach. Tab. XXXVI. f. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLV. 106.
b Eustach. Tab. XXXVI. f-α.
c Eustach. Tab. XXXVI. f-γ.
d Eustach. Tab. XXXVI. f-β.

a Eu-

Musculus coccygis, Drake Anthr. Book IV. Chap. 7. *Levator coccygis*, Morgagn. Adv. an. III. Anim. 45. *Musculus coccygis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 24. *Triangularis coccygis*, Santorin. Obs. an. Cap. 10. §. 2. *Le Sacro-coccygien, ou Coccygien posterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 821. & 1219.

CAPUT XCVI.

De Curvatore coccygis.

Fuerunt, quibus ab utroque latere musculus parvus, oblongus, angustus, tenuis, majorem partem tendineus, gemino capite incipiebat, altero ab interiore & eadem inferiore & laterali parte corporis imi ossis sacri; altero, quod in alio bifidum, ab interiore eademque laterali coccygis primi; descendensque, tribus extremis desinebat ad eandem partem coccygis ossiculi secundi, tertii, quarti, praecipue quarti, extremo insigniore, tendineo, quo dexter cum sinistro conjunctus erat. Curvatorem appellare libuit, quoniam coccygem curvat: curvat autem in priora. Inveni eum in tribus: in alio imperfectiorem, & degenerantem; in aliis non musculo, sed ligamento similem.

CAPUT XCVII.

De Sphincte re interno ani [a].

Sphincter internus ani annulus quidam carneus est, latitudinis modicae, satisque crassus & valens, quem

a Eustach. Tab. x. Fig. 2.

a Santo-

quem natura inteſtino recto induit, proxime anum. Contrahit anum, conſtringitque.

An eſt *Muſculus cutaneus & circularis in extrema ſedis ora collocatus*, Fallopp. Obſ. an. in muſculis ani? *Sphincter cutaneus*, Laurent. Hiſt. an. Lib. V. Cap. 34. *Sphincter cutaneus, ac ſuperficialis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 40. *Sphincter*, Dougl. Myogr. Cap. 23. *internus*, ibid. Append. to the account of human muſcles, pag. 10. *Le Sphincter inteſtinal ou orbiculaire*, Winſl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 180.

CAPUT XCVIII.

De Compreſſore proſtatae a.

Hunc fortaſſe Levatoris ani partem dicendum eſſe putabit, qui eum, ut nos ſaepe, invenerit deflectenti ab eo portioni ſimilem. Invenimus etiam plane diſtinctum ab eo, & proxime ſupra priorem ejus partem orientem ab interiore oſſis pubis, loco inter ima ſynchondroſis finitimamque ſuperiorem foraminis magni partem fere medio; principio tendineo, eoque tenui & anguſto, ut ipſe totus tenuis eſt, & anguſtus. Incurvo ductu retrorſum it, complectiturque proſtatam, inter quam rectumque inteſtinum aliquando viſus per inferiora proſtatae evaneſcere tenuitate magna, aliquando pari ſui continuari. Agitque in priora, ac comprimit eam inferiorem proſtatae

Vv par-

a Santorin. Tab. III. Fig. 5. V.

a Eu-

partem una cum illa urethrae, cui pars ea prostatae adjecta.

Est *prostatae Levatoris, seu Adductoris*, Santorin. Obs. an. Cap. 10. §. 5. pars unius lateris. *Le Prostatique superieur*, Winsl. Exp. an. Trait. du bas-ventre, §. 574.

REGIO XIX. DORSUM CUM LUMBORUM POSTERIORE PARTE ET CERVICE.

CAPUT XCIX.

De Cucullari [a].

Cucullaris peramplus, tenuis, trapezio maxime similis. Latissimus ab initio, utpote à tota illa longitudine, quae ab occipitio ad imam dorsi partem pertinet, sua latitudine incipiens. In occipitio [b] à media crassa ossis occipitis parte, ab eaque saepe per transversum à finitima ejusdem ossis, & à mammillari, usque ad processum mammillarem: *in nucha à pare sui, cum eo cohaerens: dein à ligamento* [c] lato & tenui, quod *spinis colli* adnexum, cervicem distinguit, medium inter dextram sinistramque partem: post

a Eustach. Tab. xxxiv. D. & Tab. xxix. P. & Tab. xxviii. C. Vesal. Epit. Fig. musc. ii. E F. dext. & Fig. i. K. sin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 9. rr. & Tab. i. G. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 14. AAA & BB. & Tab. 16. AAAB. Bidloo Tab. xxvii. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlii. 81.

b Eustach. Tab. xxxiv. D-æ. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 9. EF.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xli. aa.

d Eu-

post ab extremis spinis vertebrarum, colli imae [d], dorsique modo octo [e] superiorum, modo novem, aut decem, aut undecim, aut omnium [d]; in quarum intervallis dexter cum sinistro cohaeret, itemque pone earundem extrema, quae complectuntur, quibusque pertinaciter affixi. Totum hoc principium tendineum; crassius autem, qua parte adhaeret medio occipitis. Ab eo mox carneus evadit, praeterquam quod plagam tendineam [f] ampliorem habeat juxta imam cervicem summumque dorsum, aliamque [g] in infimo angulo suo, quo ab inferioribus dorsi vertebris oritur. Perque cervicem, dorsumque, procedit ad humerum, coangustans se magis magisque, ac sensim crassior, non longe autem à fine rursus tenuior. In humero implet angulum, qui fit ex clavicula & scapulae processu superiore cum spina: desinitque ad partem superiorem & eandem posteriorem claviculae [h] longitudinis dimidiae illius, quae juxta scapulae processum superiorem est; continuoque ad exteriorem marginis superioris processus mododicti, spinaeque [i] scapulae longitudinis paullo minus quam totius. Extremum ejus, qua pertinet ad claviculam & superiorem scapulae processum, crassius; inde secundum spinam scapulae sensim tenuius: estque maximam partem tendinosum, ten-

d Eustach. Tab. xxxiv. D.
e Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 9. rA.
f Eustach. Tab. xxix. P. & Tab. xxxiv. D-ε. Bidloo Tab. xxvii. infra C.
g Eustach. Tab. xxxiv. D-δ. & Tab. xxix. P.
h Eustach. Tab. xxviii. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxii. 81.
i Eustach. Tab. xxxiv. D-θη.

k Eu-

dineum [k] autem sua inferiore parte, qua spinae non longe à basi scapulae insertum. Fibrarum [l] praeterea decursus hic: superiores descendunt oblique ad claviculam, inferiores adscendunt ad spinam scapulae, ex mediis, quae à confinio cervicis & dorsi, prorsus transversae sunt; quibus quo tum superiores, tum inferiores propiores, eo etiam magis sunt decursu similes. Itaque & diversis partibus suis diversimode movet scapulam cum clavicula, easque vel ad caput retrorsum attollit, vel recta retrorsum trahit, vel deprimit, scapulamque vertit: in universum tamen, cum se totus contrahit, agit retrorsus. Diceres autem sua superiore parte caput quoque & collum movere posse, trahereque occiput humerum versus, ac simul convertere in latus, collum eo versus flectendo, torquendoque.

Est *Secundus scapulam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 26. *Cucullaris*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 15. *Trapesius*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 23. *Cucularis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 13. *Cucullaris*, & *Trapezius*, Cowper Myot. Cap. 20. Dougl. Myogr. Cap. 24. *Le Trapeze*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1719. pag. 49. & Exp. an. Trait. des muscl. §. 140. & seq. & 897. & seq.

C A-

k Eustach. Tab. xxxiv. D-ζ. & Tab. xxix. P. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. xvi. juxta BG. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlii. 81. G.

l Eustach. Tab. xxxiv. D. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlii. 81.

a Eu-

CAPUT C.

De Latissimo dorsi [a].

Peramplus quoque est Latissimus dorsi, quippe cum magnam dorsi partem, lumbumque, ex altero corporis nostri latere velet. Per spinae primum longitudinem oritur, ab extremis spinis dorsi vertebrarum inferiorum octo, aut septem [b], aut sex, aut quinque, aut tantummodo quatuor; omniumque lumborum [b] & ossis sacri [b]; & à sacri processibus obliquis, *qui sunt à latere hiatus, in quem spinae canalis exit: hinc per latus, à principio Glutei magni, cum quo scilicet connexus*; dein ab exteriore margine partis mediae cristae ossis ilium [c]: ab exteriore denique parte costarum [d] quatuor inferiorum, in latere corporis; & quidem prope à mucrone duodecimae; ab undecima mox supra ortum à praecedente, sed paullo magis à priore parte; sic & à decima, paullo magis à parte priore, quam qua ab undecima; & à *nona paullo magis, quam qua à decima. Tanta principii latitudo. Sensim deinde, sensimque angustior* fit, ad humeri ossis superiorem partem procedens, *ut* prope finem latitudinis sit praeter propter pollicaris: in fine enim rursus aliquanto latior, latescensque tum

a Eustach. Tab. xxxiv. G. & Tab. xxix. R. & Tab. xxxii. L. & Tab. xxxi. S. & Tab. xxx. E. Vesal. Epit. Fig. musc. ii. K. dext. & Fig. i. R. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 9. O. & Tab. 10. Θ. & Tab. 1. N. & Tab. 2. Γ. Casser. Tab. ap. Spig. Lib. iv. Tab. 16. CCD. Bidloo Tab. xxvii. K. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. xlviii. 113.

b Eustach. Tab. xxxiv. G.

c Eustach. Tab. xxxiv. G-ζ.

d Eustach. Tab. xxxi. T. T. T.

ç Ve-

in ſuperiorem, tum in inferiorem partem. Inſertus [e] priori parti eminentiae, quae ſinum oſſis humeri, per quem deſcendit tendo Bicipitis brachii, à poſteriore parte terminat, aliquantum infra capitis ſuperioris oſſis illius tuber inaequabile minus: inque ipſo ſinu occurrit tendini Pectoralis, eique ſe ex parte continuat. A dorſo autem ad dictam illam humeri partem procedens, inferiorem ſcapulae angulum complectitur [f], poſteaque adſcendit: & qua angulum illum praeterit, ibi aliquando faſciculum [g] carneum ab ejus poſteriore eademque inferiore parte accipit. Margo ſuperior [h] uſque ad ſcapulae angulum prope tranſverſus, leviter lunatus; poſt ſe ſurſum flectit inſignius: fibrae [i] ſequentes quo inferiores, rectiores; adſcenduntque magis: quae à coſtis, jam fere recte adſcendunt: quae à nona, quodammodo etiam retrorſum. Pars principii, quae à ſpina, Gluteo, oſſe ilium, tendo [k] eſt tenuis, à ſuperiore parte non ita valde latus, & primo quidem deorſum verſus paullatim anguſtior, mox latior latiorque, ſuaque ampliore parte connexus cum communi tendineo principio Serrati poſtici inferioris, & Obliqui interni abdominis. [l] Quae à coſtis, carnea, quadriceps: quorum

e Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. O. Euſtach. Tab. XXXIII. 35.
f Euſtach. Tab. XXXIV. G. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 10. Y. Bidloo Tab. XXVII. K.
g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVIII. 113. K.
h Euſtach. Tab. XXXIV. G-γθ. Bidloo Tab. XXVII. K.
i Euſtach. Tab. XXXIV. G-β. Bidloo Tab. XXVII. K.
k Euſtach. Tab. XXXIV. G-α. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLVIII. 113. CDEFGHH.
l Euſtach. Tab. XXXVI. k-αβ.

m Cow-

quorum capitum primum, quod à costa duodecima oritur, latius; secundum angustius, hoc rursum angustius tertium, hoc quartum; manentque diu distincta, tum à se invicem, tum à reliquo musculo. Ac superius quodque proximo inferiore tegitur: primum parte musculi illa, quae procedit ab osse ilium. Primum aliquando deëst. Caro, & qua à tendine, & qua à costis procedit, tenuis, eundo paullatim crassescit, donec subito, sensim tamen, tenuior, in tendinem [m] vertatur, tenuem, robustum tamen, satis longum, & ad humerum, quo dictum loco, pertinentem. *Is vero, una cum extremae carnis parte inferiore*, se juxta axillam circum inferiorem marginem Teretis majoris in priora sursum flectit [n], ad cujus deinde interiorem partem applicatus [o], pergit ad humerum. Et qua cum Terete illo pergit, ab inferiore parte & carne, & tendinea parte conjunctus est cum eo; in fine autem rursus ab eodem distinctus: aliquando totus distinctus. Interque extremos horum duorum tendines bursa tenuis & parva, utrique pertinacissime accreta, *per totam eorum latitudinem*; ex carum *scilicet genere*, *qualem primum descripsimus* in historia Iliaci interni. In axilla autem ab inferiore parte tendinis Latissimi procedit aponeurosis ad vaginam illam tendineam, quae statim post communia integumenta corporis brachium circumcirca ambit. Addo quod ligamento similis pars quaedam tendinosa, angu-

m Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVIII. 113. L.

n Eustach. Tab. XXXIV. G. θ.

o Eustach. Tab. XXXIII. 35.

a Eu-

anguſtaque, & tenuis, oriens à radice tuberis minoris capitis humeri, proxime ſinum, per quem incedit Bicipitis brachii caput; deſcendat per priorem partem tendinis Latiſſimi, ubi is ſe inſerit, adnexa ei firmiter, ſenſim ſe extenuans, & infra Latiſſimi tendinem per priora quoque tendinis Teretis majoris excurrens. Latiſſimus os humeri trahit deorſum poſt tergum: idem cum ſublatum, deprimit: idem ſua poſteriore parte dorſum verſus converſum, paullulum vertit in contrarium: humerum, ſcapulam, claviculam trahit deorſum in poſteriora, ſua inprimis parte inferiore: ſcapulae angulum inferiorem retinet, & ad truncum corporis admovet propius: coſtas ſupradictas, firmato humero, praeſertim ſublato, attollit: eodem magis, & quantum ſatis, firmato, truncum corporis adducit ad eum.

Eſt *Quartus brachium moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 23. *Quartus humeri muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 16. *Quartus muſculus movens humerum*, Fallopp. Obſ. an. in illis, qui humerum movent. *Latiſſimus*, *aniſcalptor*, *aut dorſalis maximus*, Laurent. Hiſt. an. Lib. V. Cap. 24. *Aniſcalptor*, *aniterſor*, *latiſſimus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 14. *Latiſſimus dorſi ſive Aniſcalptor*, Cowper Myot. Cap. 25. *Latiſſimus dorſi*, Dougl. Myogr. Cap. 30. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 11. *Le grand Dorſal*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 193. & ſeq. & 927. & ſeq.

C A-

CAPUT CI.

De Rhomboïdeo majore [a].

Rhomboïdeus à ſpinis vertebrarum dorſi ſuperiorum quatuor [b], aliquando & ab illa quintae, ac plerumque etiam imae colli [b], & à latere quidem extremi mucronis earum, in latus ad ſcapulae baſem oblique deſcendit, totus tenuis, primo aliquandiu tendineus [c], dein carneus [d] & paullo craſſior, ſed juxta ſcapulae baſem ſubito exilior, rurſuſque tendineus, *ſtatimque deinde illi baſi inſertus* [e], *& vel toti, qua inter primum ſpinae initium angulumque inferiorem interjacet*; vel inferiori dimidiae parti longitudinis ejus, vel & minori, mox ſupra angulum inferiorem. Hujus latitudinem, quam ex originis & partis, cui inſertus, latitudine aeſtimare facile, longitudo aliquantum ſuperat; procedenſque fit nonnihil anguſtior. Ubi ſolummodo inferiori parti baſis inſertus erat, totam tamen baſem ſua attingebat latitudine, ſed ſua ſe ſuperiore parte tantum ſecundum eam curvabat, *margine tendineo. Aliquando Latiſſimi*

a Euſtach. Tab. XXXIV. F. & Tab. XXIX. O. Veſal. Epit. Fig. muſc. II. O. ſin. & de H. C. F. Lib II. Tab. 10. r. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 17. B. & Tab. 3. G. Bidloo Tab. XXVIII. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLI. 82. infer. & Tab. XLII. 82.

b Euſtach. Tab. XXXIV. F-αβ.

c Euſtach. Tab. XXXIV. F-αβ. & Tab. XXIX. O. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 17. B. & Tab. 3. bb. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLI. 82. inf. & Tab. XLII. 82. IKL.

d Euſtach. Tab. XXXIV. F. & Tab. XXIX. O. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 17. B. & Tab. 3. G. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLI. 82. infer. & Tab. XLII. 82. MM.

e Euſtach. Tab. XXXIV. F-γδ. Veſal. Epit. Fig. muſc. II. O. ſin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 10. IK.

a Eu-

dorsi marginem superiorem non attingentem modo vidimus, sed cum eo etiam cohaerentem. Aliquando ex interiore parte abeuntem in fasciculos distinctos, scapulae fine tendineo insertos. Scapulae basem oblique retrorsum simulque surſum trahit, quo etiam vertit scapulam, sic ut angulus ejus inferior eat retrorsum surſumque, cervix aliquantum in priora deorsum.

Est pars major *Quarti scapulam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 26. *Quarti scapulae musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 15. *Rhomboidis*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 23. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 23. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 13. Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 20. *The inferior part of the Rhomboides*, Dougl. Myogr. Cap. 24. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 20. *La portion inferieure du Rhomboide*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 148. & seq. & 911. & seq.

CAPUT CII.

De Rhomboïdeo minore [a].

Minor à nobis dictus, mox supra majorem oritur, partim à latere extremae spinae colli secundae [b], frequenter & primae [b] à dorso; partim à ligamento cervicis, (quod in Cucullaris historia indi-

a Eustach. Tab. XXXIV. E. & Tab. XXIX. N. Bidloo Tab. XXVIII. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLI. 82. super.

b Eustach. Tab. XXXIV. E-α.

c Eu-

indicatum) juxta ſpinam tertiae à dorſo, plerumque etiam ſecundae, aut ab illo ligamento ſolo, juxta ſecundam & tertiam à dorſo; ubi cohaeret cum principio Cucullaris & Serrati poſtici ſuperioris. Ad ſcapulam, ut major, decurrit, ſed minus deſcendit, ſiquidem illam baſis partem [c] attingit, quae eſt juxta naſcentem ſpinam, ubi angulum baſis cum ora ſuperiore efficit. Toto ductu anguſtus, ſenſimque modiceque anguſtatus, in fine ſaepe ſubito multo anguſtior: caeterum majori & tenuitate, & tendineo [d] principio, & carne [e] paullo quam principium craſſiore, & extremo tendineo tenui ſubitoque extenuato ſimilis. Nec fere alia ejus quam majoris actio.

Eſt pars *Quarti ſcapulam moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 26. *Quarti ſcapulae muſculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 15. *Rhomboidis*, Laurent. Hiſt. an. Lib. V. Cap. 23. *Octavus omoplatae*, Cabrol. Alphab. an. Tab. muſc. omopl. *Rhomboidis portio ſuperior prorſus ſecreta*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 23. Pars *Rhomboidis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 13. *Quidam muſculus nunquam alias à me viſus*, Bidloo Anat. Exp. Tab. XXVIII. F. Pars *Rhomboidis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 20. *The uppermoſt part of the Rhomboides*, Dougl. Myogr. Cap. 24. Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 20. *La portion ſuperieure du Rhomboide*, Winſl.

c Euſtach. Tab. XXXIV. E-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLI. 82. ſuper.

d Euſtach. Tab. XXXIV. E-α. & Tab. XXIX. N. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLI. 82. ſuper.

e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLI. 82. ſuper.

a Eu-

Exp. an. Trait. des muscl. §. 148. & seq. & 911. & seq.

CAPUT CIII.

De Serrato postico superiore [a].

Hic à ligamento [b] cervicis circa tertiam secundamque colli à dorso spinam, aliquando ab ipsa secunda [c], semper à prima [d], & modo à summa dorsi, modo à superioribus duabus [e], modo tribus, statim post Rhomboïdeum utrumque, & Cucullarem, cum iis, cumque Splenio capitis, connexus. In latus procedit, descendens simul, & aliquantum latescens. Diuque tendineus [f] & tenuis, dein carneus [g], carne primum sensim crassiore, post tenuiore, in totum autem tenui, ad postremum fissa, plerumque autem in extrema quatuor [h], in fine tendinosa, primumque ex interiore parte; quae affixa costae secundae, tertiae, quartae, quintae, ubi hae primum se in priora incipiunt curvare, ibique secundum superiorem marginem earum, ab exteriore parte. Interdum tantummodo extrema talia tria [i] habuit, eaque modo costae

a Eustach. Tab. xxxvi. e. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. ii. F. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 3. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xli. & xlii. 84.

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xli. 84. a.

c Eustach. Tab. xxxvi. e-α.

d Eustach. Tab. xxxvi. e-β.

e Eustach. Tab. xxxvi. e-γδ.

f Eustach. Tab. xxxvi. e. Cass. Tab. ap. Spig. Lib. iv. Tab. 3. dd. Cowp. Myot. a. 1724. Tab. xlii. 84. P.

g Eustach. Tab. xxxvi. e. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 3. Ccee. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlii. 84. 2345.

h Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlii. 84. 2. 3. 4. 5.

i Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. ii. F. Casser. Tab. ap Spigel. Lib. iv. Tab. 3. e. e. e.

costae secundae, tertiae, & quartae; modo tertiae, quartae, & quintae inserta. Costas has attollit. Subjectos musculos, quos ambit, continet, firmatque, fasciae instar.

Est *Tertius in altero latere thoracem hominis moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. *Tertius thoracis musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 20. *Musculus ad supremam dorsi partem prope cervicem*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. *Serratus posticus superior*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 31. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8. Vesling. Synt. Cap. 12. Riolan. Anim. in Vesling. p. 148. Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 21. Dougl. Myogr. Cap. 25. Verheyen An. ann. 1710. Lib. I. Tract. VI. Cap. 6. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 21. *Le Dentelé posterieur superieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 681. & seq. & 1155. 1157.

CAPUT CIV.

De Serrato postico inferiore a.

Tenuis quaedam aponeurosis b à spinis aut tribus, aut duabus inferioribus dorsi, aut à sola ima, omnibus vero lumborum, & ossis sacri, cum Latissimo dorsi abscedens, cum eodem procedit in latus, interiorem tendinei principii ejus partem convestiens, cum

a Eustach. Tab. xxxvi. gh. Vesal. Epit. Fig. musc. 11. Y. sin. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 3. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlii. 85.

b Eustach. Tab. xxxvi. g.

c Eu-

cum eodemque connexa, in lumborum quidem majore parte ex toto; in superiore autem, finitimaque dorsi, tantum à principio. Huic similis altera eodem versus incedit à processibus transversis vertebrarum lumborum, exteriorem partem tendinei principii Transversi abdominis ita vestiens, ut simul ipsi firmiter se adnectat. Ambiunt autem, continentque commune principium Longissimi dorsi & Sacrolumbalis, vaginae instar, ultra id coëuntes in aponeurosem unam, quae deinde desinit in Serratum posticum inferiorem [c], & Obliquum internum abdominis [d]. Superior autem Serratus, *qui mox carneus* [e] *effectus*, carnea parte ex interiore tendineae nascente, *in latus leviter adscendit*, tenuis, paullatim latior, findensque se in portiones quatuor [f], sensim crassiores, in fine tenuiores. Has vero inserit [f] costis inferioribus quatuor, exteriori scilicet parti marginis earum inferioris, fere ubi se à dorso per latus in priora curvant, atque adeo ipsi fere mucroni duodecimae, id est, confinio partis ossea & cartilagineae; aut non longe à cartilaginea. Aliquando defuit, *quod costae nonae est: aliquando & quod duodecimae. Latissimumque* quod nonae, quod & aliquando latescit [g] eundo: hoc angustius, quod decimae, similiter aliquando latescens: rursumque hoc angustius sequens: rursumque quod duodecimae,

c Eustach. Tab. xxxvi. h.
d Eustach. Tab. xxxvi. i.
e Eustach. Tab. xxxvi. h. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlii. 85. ii. 12.
f Eustach. Tab. xxxvi. h. α. β. γ. δ.
g Bidloo Tab. xxviii. in sinistro latere.

a Eu-

mae, quod & craſſius, at quibuſdam tamen valde exile. Imbricatimque alia aliis inſident, ſuperiore quoque tegente inferioris proximi partem ſuperiorem. Coſtas, quibus inſertus, deprimit, trahitque retrorſum. Coërcet quoque, & firmat, quos complectitur muſculos. Atque ad hunc muſculum quodammodo pertinet muſculos ſimiliter continens vagina tendinea, quae ſuperiori ejus parti continuata, & ex fibris fere tranſverſis conſtans, à reliquis dorſi ſpinis omnibus oritur, velanſque Longiſſimum dorſi, Sacrolumbalem, principiaque vicinorum muſculorum, *juxta Sacrolumbalem partim coſtis affixa, partim per Intercoſtales evaneſcit*, inque itinere portionem inter Longiſſimum & Sacrolumbalem immittit.

Eſt *Quintus in altero latere thoracem hominis moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. *Quartus thoracis muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 20. *Muſculus ad infimam dorſi partem*, una cum *alio muſculo exiguo praedicto ſuperpoſito*, Fabric. de Reſpir. Lib. II. Cap. 11. *Serratus poſticus inferior*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 31. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8. Veſling. Synt. an. Cap. 12. Riolan. Anim. in Veſling. pag. 148. Verheyen Anat. ann. 1693. Tract. VI. Cap. 5. Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 21. Dougl. Myogr. Cap. 25. Verheyen Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. VI. Cap. 8. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 21. *Le Dentelé poſterieur inferieur*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 683. & 1156. 1157.

CA-

CAPUT CV.

De Levatore ſcapulae [a].

Quanquam hujus nomen, quo ſcapulae adjudicatur, retinuerimus, tamen, quoniam in illorum numero habendum cenſemus, qui à ſuperiore trunci parte ad collum adſcendunt, à ſcapula hiſtoriam ejus ordiemur. Scapula à poſteriore parte, mox ſupra primum initium ſpinae ſuae, oram habet, à qua naſcitur [b] Levator, principio fere carneo; adſcenditque oblique in priora, anguſtus, & craſſitudinis *modicae. Primum autem* aliquanto lateſcens, dein ſenſim modiceque anguſtior, *& à primo tenuior*, deinde ſenſim craſſior, poſt abit in partes quatuor [c], paullatim gracileſcentes, & ex interiore parte ſe in tendineam naturam magis magiſque vertentes, atque ad extremum tendineas; quibus ſe inſerit. Superior reliquis craſſior & longior, proxima brevior, rurſumque proximâ bevior altera, breviſſima inferior. Aliquando diu, alias etiam ab ipſo uſque *principio* muſculi diſtinctae. *Inſeritque eas extremis proceſſibus tranſverſis* [d] *quatuor ſuperiorum* colli vertebrarum: atlantis priori eidemque inferiori parti, ubi ſolet

a Euſtach. Tab. xxxvi. d. Veſal. Epit. Fig. muſc. ii. G. ſin. & Fig. iii. N. ſin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. ii. C. & Tab. 7. H. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xli. & xlii. 83.

b Euſtach. Tab. xxxvi. d-α.

c Euſtach. Tab. xxxvi. d-β. γ. δ. ε. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 17. 1. 2. 3. 4. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. xlii. 83. N. N. N. N.

d Euſtach. Tab. xxxvi. d-βγδε.

a Eu-

solet cohaerere cum extremo Splenii colli, & Scaleni medii: epistrophaei inferiori & priori, cohaerens simul cum extremo Splenii colli, ibidem inserto: duarum reliquarum extremo cornu posteriori; alias quartae imo lunato margini, conjunctus cum tendine Cervicalis descendentis, qui ad eundem processum desinit. Inveni, qui praeterea dabat aliam graciliorem, pertinentem ad quintam à capite vertebram. Inveni contra, qui tantum habebat partes tres, pertinentes ad vertebras tres superiores. Ipse ab inferiore parte à Cucullari devinctus, & ob id curvatus: eum *cum superavit, adscendit rectius.* Cervicem *in illud, in quo ipse collocatus*, latus, ac simul aliquantum retrorsum inflectit. Scapulam suspensam tenet, attollitque in priora: sed eodem eam tempore vertit, quoniam tantummodo trahit partem ejus superiorem & eandem posteriorem, eo ipso cervicem ejus faciens nutare.

Est *Tertius hominis scapulam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 26. *Tertius scapulae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 15. Sunt *Levatores proprii*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 23. Est *Levator*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 23. *Scapulam attollens*, *levator*, *patientiae musculus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 13. *Levator scapulae*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 20. *Elevator seu musculus patientiae*, Dougl. Myogr. Cap. 20. *Levator scapulae*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 14. *Le Releveur propre de l'omoplate*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1719.

p. 50. *Levator scapulae*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 20. *L'Anguldire, dit communement Releveur propre*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 152. & seq. & 914. seq.

CAPUT CVI.

De Splenio capitis [a].

Pleraque corpora, quae secuimus, Splenium capitis ab illo colli distinctum habuere; quaedam conjunctos in unum [b], maxime ab initio. Capitis [a] autem, de quo primum dicetur, oritur à ligamento cervicis [c], *juxta spinam colli à dorso quintam, quartam*, tertiam, secundam, aliquando & sextam: *dein ab ima* colli spina [d], saepe & à summa dorsi [d], aut & à proxima ab ea, aut & altera; statim post Serratum posticum superiorem & Cucullarem, ut cum ipsis etiam cohaereat. A ligamento, principio lato, & frequenter diversimode fisso: gracili ab ima colli, similibusque ab illis dorsi. Eaque primo tendinea ac tenuia, sed cito carnea, & per carnem extrinsecus *aliquantum tendinosa, confluunt in musculum oblongum*, latum, crassum; *qui in latus oblique* adscendit, eandem prope latitudinem servans, primo crassescens sensim, sed dein extenuatus, tenuior qua nucham spectat,

a Eustach. Tab. xxxvi. c.
b Vesal. Epit. Fig. musc. ii. E. sin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 12. r. Cassier. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 4. B. Bidloo Tab. xvi. AA. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xliii. 88.
c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xli. 88-aa.
d Eustach. Tab. xxxvi. c-a. inf.

c Cowp-

ctat, quam ab altero latere; in fine [e] tendinosus, latior, insertusque posteriori & eidem laterali externae parti processus mammillaris [f], per ejus longitudinem totam; indeque retrorsum ossi mammillari [f], ac vicino occipitis [g], fere usque ad locum inter radicem processus mammillaris mediumque occiput medium. Capitis partem, ad quam pertinet, retrorsum inclinat oblique spinam versus, eodemque curvat cervicem. Cum vero rigida cervix, caput collo recte insistens convertit, occiput agens in oppositam illi, cui insertus, partem: conversum, sic ut facies *directa sit in oppositum ei, ad quod pertinet*, latus, vertit in contrarium.

Est *Primi paris musculorum aut caput*, *aut primam vertebram moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. pars, quae *in occipitium finit*. Pars *Primi caput moventis*, Columb. de re an. Lib. V. 17. *Primi moventis caput*, *in occipitium implantata*, Fallopp. Obs. an. in capitis musculis. Pars ejus, qui *à recentioribus anatomicis ante alios descriptus*, Eustach. de motu cap. *Splenii*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. *Triangularis*, *Splenii*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Superior *Splenii*, Cowper Myot. Cap. 22. *Splenii*, inserta processui mammillari, &c. Dougl. Myogr. Cap. 26. *La portion superieure du Splenius*, *ou Mastoidien posterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 710. & seq. & 1179. & seq.

e Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLIII. 88. EE.

f Eustach. Tab. XXXVI. c-γ.

g Eustach. Tab XXXVI. c-β.

a Eu-

CAPUT CVII.

De Splenio colli [a].

Splenius colli secundum latus externum praecedentis incedit. Itaque & infra eum oritur [b], à dorsi spinis superioribus tribus, vel quatuor, vel quinque; aliquando non à summa, neque à proxima: & quidem à quot vertebris, totidem principiis tendineis, planis, & quasi in fibras laxius cohaerentes distinctis. E quibus mox carneis effectis, (superiore autem citius, sequentibus tardius tardiusque; omnibusque ex interiore parte fere citius, quam ab exteriore) paullatim crassioribus, confluentibusque, fit musculus non valde latus, sensimque ac modice angustior, sensim modice crassior primum, dein tenuior; qui extremis, in quae desinit, duobus [c], iisque longis, gracilescentibus, versisque in tendines, ex interiore parte primum incipientes, longos, planos, decrescentes, pertingit ad extremos processus transversos duarum superiorum colli vertebrarum; ad extremi sextae inferiorem partem; septimae autem maxime eminentis mucronis priorem partem, quod extremum aliquando in duo aut aeque, aut inaequaliter fissum: accedente aliquando simili tertio, sed multo exiliore, pertinente ad extremam posteriorem partem tuberculi posterioris quintae. Quod ad sextam pertinet, cohaeret

a Eustach. Tab. XXXVII. c.
b Eustach. Tab. XXXVII. c-a.
c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 4. in B. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIII. 88. D. D.

a Ve-

haeret cum Transversali cervicis, & Levatore scapulae: quod ad septimam, cum eodem Levatore, Scaleno medio, & Intertransversario posteriore sexto. Cervicem in posteriora curvat, torquetque, medium dorsum versus.

Est *Primi paris musculorum aut caput, aut primam vertebram moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. pars, quae *in transversos vertebrarum processus nexum molitur*. Pars *Primi caput moventis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. *Primi moventis caput, in processus transversos inserta*, Fallopp. Obs. an. in capitis musculis. Pars ejus, qui *à recentioribus anatomicis ante alios descriptus*, Eustach. de motu cap. *Splenii*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. *Triangularis*, *Splenii*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Inferior *Splenii*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 22. *Splenii*, inserta vertebris colli, Dougl. Myogr. Cap. 26. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 12. Inferior *Splenii*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 22. *La portion inferieure du Splenius, ou Mastoidien posterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 710. & seq. & 1179. & seq.

CAPUT CVIII.

De Biventre cervicis [a].

Biventrem quoque cervicis à Complexo saepe vidimus distinctum, aliquando autem non [b]. Principi-

a Vesal. Epit. Fig. musc. IV. LM. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. AB CD. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 4. CC.

b Eustach. Tab. XXXVII. a. Bidloo Tab. XVI. FF. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIII. 89.

c Cas-

cipia [c] vidimus habentem quatuor, quae procedebant à proceſſibus tranſverſis vertebrarum dorſi, ſextae à collo, quintae, quartae, tertiae; aut in aliis à ſeptimae, ſextae, quintae, quartae; à poſteriore & eadem ſuperiore parte tuberis, in quod deſinunt: oblonga, gracilia, gracillimo inferiore, ab initio tendinea, mox carnea, & per carnem extrinſecus, inprimis autem ab interiore parte muſculi, diu tendinoſa, ſenſim craſſiora. Vidimus quinque talia habentem, incipientia ab octava, ſeptima, ſexta, quinta, quarta à collo; quorum ſuperius, duoque inferiora, valde erant exilia. *Vidimus tria habentem, à quinta, quarta, tertia. Vidimus tantum duo habentem, à* ſexta & quinta. Eorumque aut unum, aut plura, frequenter cohaerent cum principiis Tranſverſalis cervicis. Directo autem ordine procedunt, coëuntque in ventrem [d] unum, qui praeterea faſciculum gracilem à Longiſſimo dorſi accipere ſolet, paullatimque gracileſcens, in tendinem [e] juxta cervicis initium vertitur craſſum, quique & ipſe primo gracileſcit, *poſt* ſe dilatat, rurſumque in carnem [f] *abit craſſiorem, ſeſeque, dum pergit, ſenſim dilatantem*, & primo ſenſim craſſiorem, dein tenuiorem, donec extremo tenui, & fere carneo, deſinat [g] ad oſſis occipitis partem poſteri-

c Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 4. C. inter.
d Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. AB.
e Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. inter B. & C.
f Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. CD.
g Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. D. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 4. C. ſuper.

posteriorem, ad latus mediae, paullo infra quam ubi Cucullaris incipit. Quocirca biventer est, & à dorso ad occiput adscendit. Aliquando ventres sua se carne continuant [h], tantum ibi, ubi in aliis tendo est, ab exteriore parte tendinosa, ibidemque in aliis tantummodo juxta externum latus. Venter secundus plagam amplam tendineam extrinsecus circa medium longitudinis suae habere solet. Ad eundem adjungere se solet portio [i] gracilis, quae oriens à latere spinae superioris dorsi, aut imae colli, reliquis hujus musculi principiis similis est, magis tamen carnea: se autem ad illam ejus partem adjungit, quae spectat spinas vertebrarum. Aliquando duae tales, quarum altera à summa dorsi spina, altera à secunda oritur; aliquando tres, tertia oriente à tertiae spina, se conjungunt in unam, ad eandem ventris ejusdem partem accedentem. Aliquando accedit ad tendinem. Cervice rigida, caput super summam vertebram flectit in posteriora. Cervicem rectam, cum nihil impedit, in eandem partem curvat, sed simul nonnihil oblique in illud latus, ubi situs. Caput in priora pendulum attollit, erigens cervicem.

Est *Secundi paris caput moventium*, primus musculus, cum secundo, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. Pars *Secundi musculi capitis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap.

h Ut fere in Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 4. CC.

i Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. inter B. & C. Eustach. Tab. XXXVII. a-β.

a Ve-

Cap. 17. *Secundi moventis caput*, Fallopp. Obſ. an. in capitis muſculis. Vid. Euſtach. de motu cap. *qui hos* (*à recentioribus anatomicis ante alios deſcriptos*) *ſequuntur*, &c. Pars *Complexi*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 21. *Primus muſculus*, cum *ſecundo*, *Trigemini*, *aut Compoſiti*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Pars *Complexi*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 22. Dougl. Myogr. Cap. 26. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 22. Pars ejus, qui *le Complexus*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 716. & ſeq. & 1182. & ſeq.

CAPUT CIX.

De Complexo [a].

Plura autem Complexo capita [b], qui & latior eſt, craſſiorque. Eaque continua ſerie vertebris affixa; tria inferiora poſteriori & eidem ſuperiori parti extremorum proceſſuum tranſverſorum dorſi à collo tertiae, ſecundae, primae: quartum eidem imae colli, juxta obliquum adſcendentem: reliqua proceſſibus obliquis colli ſubſequentium aliquot; nempe *quintum adſcendenti ſecundae à dorſo*, *deſcendenti tertiae*; ſextum *adſcendenti tertiae*, deſcendenti quartae; ſeptimum adſcendenti quartae, deſcendenti quintae: adſcendentium autem radicis exteriori & eidem poſteriori parti, inde uſque ab initio tranſverſi; continuoque

a Veſal. Epit. Fig. muſc. IV. N. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. GG. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 5. BB.

b Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 5. B. infer. & Tab. 6. A.

c Caſ-

oque descendentium margini laterali externo, à parte posteriore: integuntque capsas horum articulorum, iisdemque pertinaciter adhaerent. Quibusdam deëst caput, quod à tertia dorsi à collo procedit. Quidam contra abundant duobus, procedentibus à quinta, & quarta à collo. Ab initio sunt tendines carne referti, tenues, nec valde lati; quorum quisque superior subjecto sibi proximo brevior, magis in fasciculos distinctus, magisque carneus, praesertim ex interiore parte. Quibusdam illud, quod ab ima colli, valde exile: iisque etiam aliud caput datum erat, oriens partim à processu obliquo adscendente imae colli, partim à descendente secundae à dorso. Ubi plura praeter solitum accedunt à dorsi vertebris, haec fere graciles à principio tendines sunt. Adscendunt omnia oblique spinas versus, sed quo quodque longius venit, rectius. Increscunt sensim, & tendineo principio, & carne ex eo nata. Convergunt, seseque tandem conjungunt, & efficiunt carnem multo latiorem quam crassiorem, diuque crassescentem, post se extenuantem, & sensim ex angusta, ut nova accedunt capita, latiorem; acceptoque capite ultimo, sensim ad finem usque angustiorem: quae ad caput porro adscendit, ipsa in progressu extrinsecus plagas habens tendinosas [c]. Atque se ad postremum ossi occipitis, mox infra eum locum, ad quem desinere praecedentem diximus, inserit [c], ibi subtendi-

c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 5. B.

a Eu-

nea. Caput & collum flectit ut Biventer praecedens, at obliquius tamen in latus.

Est *Secundi paris caput moventium*, quartus musculus, *moles carnea*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. Pars *Secundi musculi capitis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. *Secundi moventis caput*, Fallopp. Obs. an. in capitis musculis. Pars *Complexi*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. *Carnea quaedam moles*, quae Trigemino *adjungitur*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Pars *Complexi*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 22. Dougl. Myogr. Cap. 26. Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 22. Pars ejus, qui *le Complexus*, *Winsl. Exp.* an. Trait. des musc. §. 716. & 1182. & seq.

CAPUT CX.

De Trachelomastoïdeo [a].

Huic quoque capita multa [b], parum dissimilia. Septem ad summum, oriunda à *processibus* iisdem, à quibus *Complexus*, *cum ejus etiam capitibus ab initio cohaerentia in collo.* Plura habentem nondum vidimus, frequenter autem pauciora, deficientibus vel tribus inferioribus, vel duobus, vel infimo

a Eustach. Tab. XXXIX. h. & Tab. XXXVII. b. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. O. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 12. Eff. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 5. A. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. VIII. d. & ann. 1724. Tab. XLIII. par tertium Falloppii.

b Ut in Tab. Casser. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 5. aa. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIII. par tertium Falloppii.

c Ea-

mo ſolo, vel eo quod à proceſſibus obliquis ſecundae & tertiae colli à dorſo, vel eo quod proxime ſupra hoc. In alio quatuor invenimus, eorumque primum oriens à proceſſu tranſverſo dorſi ſecundae à collo; ſecundum à primae; tertium ab obliquo adſcendente primae colli à dorſo, deſcendenteque ſecundae; quartum ab adſcendente quartae, deſcendente quintae. Aliorum principium tendineum, aliorum tendinoſum, aliorum latius, aliorum anguſtius, aliorum craſſius, tenuius aliorum: nam certa in his non conſtat ratio. Omnia adſcendunt, & paullatim intumeſcunt. *Eo autem quodque brevius, quo ſuperius; eoque in carnem abit tardius, qua ſe conjungunt.* Efficiunt deinde muſculum brevem, tenuem, anguſtum, ſenſim modiceque latiorem, ſimiliterque craſſiorem; verum deinde rurſus extenuatum, in fine tendinoſum. A capitibus autem ſuis primo rectius adſcendit, devinctus Splenio colli: ſupra quem ſe modice in latus curvans, pergit ad poſteriorem marginem proceſſus mammillaris, ad quem poſt Splenium capitis deſinit [c]. *Interdum portionem ab ea parte dimittit, qua Complexum ſpectat, ab ejus externo latere inſertam capiti.* Ejus caput ſuperius aliquando inſignius, diuque diſtinctum. Adde quod ejus infimum caput, ſaepe qua cum ſecundo jam connexum, ab exteriore parte accipiat portionem tendineam inſignem à Longiſſimo dorſi; aliquando & alteram exiliorem ab eodem. Plerumque etiam cum Tranſverſali cervicis connexus

Zz 2 eſt,

c Euſtach. Tab. XXXVII. b-α. & Tab. XXXIX. h-β.

a Eu-

est, & vel magnam partem, vel tantum portione carnea exigua. Aliquando Transversalis portio quaedam carnea se ad interiorem tendineae Longissimi, quam diximus, adjungit; & cum ea ad caput infimum Trachelomastoidei. Videas & cum Complexo conjunctum, portione exigua. Cervicem in posteriora & simul aliquantum oblique in latus curvat, trahens eo, inclinansque capitis, cui insertus est, partem.

Est *Secundi paris caput moventium*, musculus tertius, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. Pars *Secundi musculi capitis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. *Tertius movens caput*, Fallopp. *Obs.* an. *in capitis* musculis. Eorum, *qui* (*duos*, *à recentioribus anatomicis ante alios descriptos*) *sequuntur*, *portio*, *quae externam sedem occupat*, Eustach. de motu cap. Pars *Complexi*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. *Tertius musculus Trigemini*, *aut Compositi*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Pars *Complexi*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 22. *Trachelo mastoidaeus seu capitis par tertium Fallop.* Dougl. Myogr. Cap. 26. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 22. *Le petit Complexus*, *ou Mastoidien lateral*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 720. & seq. & 1189.

CAPUT CXI.

De Transversali cervicis [a].

Transversalis cervicis à dorso ad cervicem adscendit. Frequenter sex tendinibus oritur, ab extremis

a Eustach. Tab. xxxvii. d. Vesal. Epit. Fig. musc. iv. P. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 13. H.

b Eu-

tremis processibus transversis [b] vertebrarum dorsi superiorum sex, qua illi dorsum spectant, ibique à parte superiore: aliquando adhuc uno à septimae, aliove ab imae colli. Sed in aliis oriuntur à dorsi superioribus quinque, imaque colli. In aliis ab octava, septima, sexta, quinta, quarta, tertia à collo: in quibus etiam plures ab inferioribus vertebris accedere vidimus, aliquando unum à nona, aliquando adhuc duos, à decima, & undecima. Quibusdam unus alterve è mediis deëst: vidimus orientem à septima, quinta, quarta, tertia, prima à collo, & ab ima colli. Eorum vero inferior longissimus, sequentibus ut superioribus, ita brevioribus: inferiores graciles, superiores aliquando latiores, & quasi in fibras distincti; aliquando tantum tendinosi. Eundo insigniores, paullatim carnei evadunt, perque carnem illam ex interiore parte diutius excurrunt, efficientes eam tendinosam: ipsa caro paullatim crassior. Capita haec alia aliis incumbunt, ad postremumque conjunguntur carne sua. Ex quo natus venter latescit, ac modice primum intumescit, dein detumescit: perque eum, alioquin carneum, quinque tenues latique, & aliquando circa imum collum nascentes tendines, quorum superiores insigniores, ab exteriore parte decurrunt; qui sensim crescentes, divergentesque, & fere ad finem usque carni adhaerentes, inserunt se parti inferiori & eidem posteriori cornu posterioris extremorum processuum transversorum colli à dorso secundae,

Zz 3 tertiae,

b Eustach. Tab. XXXVII. d-a. a. a. a. a.

a Eu-

tertiae, quartae, quintae; inferiori eidemque posteriori extremi sextae, quo cohaeret cum extremo Splenii colli. Quibusdam tendines illi non prius nascuntur, quam cum jam fere ad processus illos venit: quibusdam tantummodo quatuor sunt, portione, quae ad secundam vertebram pertinet, fere tota carnea. Quartus saepe extrinsecus accipit tendinem à Longissimo dorsi; aliquando & quintus, sed exiliorem: sed in aliis portio illa Longissimi ad ipsum ventrem accedit, majorem partem carnea. Quintum aliqui non habent. At alii contra sex extrema habent, sexto pertinentes ad partem inferiorem & eandem priorem *processus transversi atlantis: hoc autem in aliis* est Intertransversarius colli posterior sextus. Caro juxta cervicis initium plerumque portionem quandam Trachelomastoïdeo impertit, quae se aliquando primum conjungit cum Longissimi dorsi portione, unaque cum ea effecta portione adjungit ad Trachelomastoïdeum. Ubi se inserit, aliquando plane cum Cervicali descendente connexum invenimus. Fit ut tendinum, quibus incipit, aliqui cum illis Biventris cervicis conjuncti sint. Cervicem *in latus simulque in posteriora* curvat oblique.

Est *Quintus & Sextus dorsum moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. *Tertius cervicis musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 18. *Secundi paris dorsi musculorum principium prius*, Fallopp. Obs. an. in dorsi musculis. *Transversarius*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 22. *Transversalis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap.

Cap. 7. *Le grand Transverſaire du col*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 766. & ſeq. & 1197.

CAPUT CXII.

De Cervicali deſcendente.

A poſteriore inaequabili parte curvaminis inſignioris coſtarum quatuor, ſextae, quintae, quartae, tertiae; aut trium, & vel ſextae, quintae, quartae, vel quintae, quartae, tertiae, vel quartae, tertiae, ſecundae; aut tantummodo quartae & tertiae, aut quintae & quartae, non longe ab ea parte earum, qua contingunt proceſſus tranſverſos, incipit procedere. Incipit autem tot tendinibus longis & gracilibus, (quorum ſuperior breviſſimus, gracilliſque; ſequentes, ut ſequuntur, longiores & craſſiores) ſenſim craſſioribus, ſenſim carneis, carne etiam incrementa ſenſim capiente, & plerumque ab exteriore parte diutius tendinoſa. Quin & venter, quem confluendo in unum efformant, primum modice intumeſcit, poſt vero ſe extenuat. Idem primum paullo latior, mox anguſtior, brevis, ſcindit ſe in portiones quatuor; ex quibus brevior, tenuiorque infima; quae ſupra hanc, ut quaeque earum ſuperior, ita longior & craſſior. Gracileſcunt autem, inque tendines graciles, ex interiore parte earum primum naſcentes, verſae, fine ſuo pertingunt ad proceſſus tranſverſos vertebrae colli ſecundae, tertiae, quartae, quintae à dorſo; ſeſeque imae parti extremi cornu eorum poſterioris affigunt: quae quar-

quartae, ea frequenter conjuncta cum extremo Levatoris scapulae, ad vertebram eandem pertinente. Aliquando, cum tantummodo duobus aut tribus capitibus incipiebat, tamen in quatuor caudas abibat, ad processus, quos diximus, pertinentes: aliquando tantum in duas, quas inserebat processibus tertiae, & quartae. Capita inferiora saepe cum Sacrolumbali diversimode cohaerent. Ab eo ad infimum saepe accedit portio carnea insignis. Ab ejusdem tendine ad costam secundam pertinente, vidimus tendinem abscedere, inque carnem versum accedere ad caput Cervicalis summum. Qui aliquando adeo se eidem Sacrolumbali *implicat, ut pars ejus esse videatur.* Ejus certe portionum, quas à costis accipit, continuatio est. Cervicem curvat, fere ut Transversalis, cum quo adscendit. An & costas attollit, quando cervix firmata?

Est *Secundi paris dorsi musculorum secundum principium, à costa*, &c. Fallopp. Obs. an. in dorsi musculis. *Pars* superior *Cervicalis descendentis*, de Diemerbroek Anat. Lib. V. Cap. 6. *Sacrolumbalis* pars superior, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 21. *Cervicalis descendens Diemerbr.* Dougl. Myogr. Cap. 25. *Sacrolumbi ea superior pars, quam Diemerbrockius Cervicalem descendentem musculum vocat*, &c. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. *Sacrolumbalis* pars superior, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 21. *Le Transversaire grele, ou Transversaire collateral du col*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 768. & 1197.

C A-

CAPUT CXIII.

De Longissimo dorsi, & Sacrolumbali.

HI à principio diu in unitatem conjuncti, dein divisi, contigui tamen, per lumbum dorsumque adscendunt; Longissimus etiam ulterius per cervicem ad caput usque. Sic fit ut unum referant [a], caudas habentem duas, easque longas. Crassior hic ante divisionem, & paullatim, modiceque latior, caudis in universum decrescit magis magisque. Origo ei à cristae [b] *ossis ilium parte eadem & posteriore & superiore & interiore; dein à tuberculis duobus superioribus*, quae sunt juxta hiatum extremi canalis ossis sacri; dein ab ejusdem ossis spinis [c] tribus superioribus; spinis denique vertebrarum lumborum [c], aut omnium, aut inferiorum quatuor, aut trium: interque cristam ilium & tubercula ossis sacri, ligamento, quod à crista ad posticam sacri partem deductum, pertinaciter adhaeret; eaque parte cohaeret *cum Gluteo magno*. Qua ab osse ilium incipit, à latere *corporis carneus* [d] *est & crassus*, à *parte sacri* tendineus [e] & crassus, sed carnea parte tenuior; *in* confinio partis carneae & tendineae extrinsecus tendineus, intrinsecus carneus: tendineus, tenuiorque, qua cum Gluteo cohaeret: tendineus & crassus, qua

a Eustach. Tab. XXXVI. l. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. RS. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 12. KNΔ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 4. GLL†. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. VIII. 102-86.

b Eustach. Tab. XXXVI. l-η.

c Eustach. Tab. XXXVI. l.

d Eustach. Tab. XXXVI. l-β.

e Eustach. Tab. XXXVI. l-α.

† Eu-

oritur à tuberculis ſacri : tendineus [e] pariter, qua à ſpinis ſacri & lumborum, ſed interruptus, conſtanſque ex diſtinctis tendinibus, longis, craſſis, latis, ac mediis fibris tendineis carneiſque connexis inter ſe. Itaque & à parte ſpinarum quoad oritur, prope totus tendineus [e] eſt, tenuiorque, quam in latere corporis, ubi carneus [d], carnea parte & ab oſſe ilium oriente [f], & ex interiore parte tendineae ſenſim enaſcente, per cujus deinde exteriorem partem tendinea ſenſim evaneſcit. Dum adſcendit per lumbum, portiones [g] decem ab ea parte, qua proceſſibus tranſverſis incumbit, exſerit, duabus ad unamquamque *lumborum vertebram pertinens, & ex his altera* ad totam ferme longitudinem proceſſus tranſverſi, *ab inferiore parte*; altera ad imum tuberculum, quod eſt juxta poſteriorem partem radicis proceſſus ejuſdem; & plerumque etiam ad finitimam inferiorem eandemque poſteriorem proceſſus obliqui adſcendentis : omnes adſcendentes, carneas, ab initio craſſas, paullatim graciliores, extenuataſque in finem tenuem, ſatis latum, & vel totum tendineum, vel *tendinoſum*. Cum deinde *coſtam ultimam conſcenſurus eſt*, ſcindit [h] *ſe in Longiſſimum & Sacrolumbalem*, quorum inſignior Longiſſimus.

Et Longiſſimus [i] dum pergit, tanquam in multas cau-

f Euſtach. Tab. xxxvi. lβ-η.

g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlv. Fig. 2. b. b. b.

h Euſtach. Tab. xxxvi. l-δγ. Veſal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 12. L. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 4. †.

i Euſtach. Tab. xxxvi. l-δ. & Tab. xxxvii. h. Veſal. Epit. Fig. muſc. iv. S. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 12. N. & Tab. 13. r. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 4. G H.

k Eu-

caudas [k] abſumitur, quarum [l] duodecim inſerit dorſi vertebrarum proceſſibus tranſverſis extremis [l], unius eorum cujuſque poſteriori & eidem inferiori parti unam: alias [m], quarum incertus numerus, coſtis aliquot, exteriori ſcilicet earum parti, poſtquam illae non longe à proceſſibus tranſverſis receſſere: poſtrema per cervicem adſcendit. Quas vertebris inſerit, ſenſim gracileſcunt. Earundem quaeque ut ad ſuperiorem vertebram pertinet, ita longior: ita & graciliores pleraeque, praeter ſuperiores aliquot, quae plerumque craſſiores. *Prima deſinit in extremum craſſum, partim carneum, partim tendineum, & ex interiore parte citius tendinoſum.* In ſimile, ſed inſignius, ſecunda, tertia, ſaepe & quarta, & quinta. Reliquae, ut & aliquando quarta & quinta, in longum, anguſtumque, & planiorem tendinem, ex interiore earum parte citius incipientem, & eo longiorem, quo eſt ſuperioris caudae: earumque aliquas, praeſertim ſuperiores, vidimus ſe in duas, treſve findere portiones, in tendines abeuntes. Quas inſerit coſtis, faſciculi tenues ſunt, *paullatimque tenuiores, & primo plerumque anguſtiores, in fine latiores; alias* ad finem uſque anguſtiores: omneſque nonnihil oblique in latus adſcendunt, eoque quiſque fere longior, quo ſuperioris coſtae eſt. Maximus earum portionum numerus, quem adhuc videre nobis contigit, fuit undecim, ſola coſta ſumma nullam accipiente: alias tantum

k Euſtach. Tab. XXXVII. h. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. XIII. M. M. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. ſ. æ. æ. æ.

l Verheyen L. I. Tab. XXXV. Fig. I. c. c.

m Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLV. Fig. 1. & 2. C. C. C. C.

n Cowp.

octo adfuere, nullam habentibus costis tribus superioribus, infimaque; aut duabus superioribus, totidemque inferioribus: alias septem, nullam habentibus quatuor inferioribus, summaque: alias pauciores. Inferiorum costarum totae carneae, sequentium in fine tendinosae, superiorum in fine tendineae; primumque ex interiore parte, qua nempe costas spectant, tendinea earum pars incipit; raro in una alterave ab exteriore. Postrema, quae circa dorsi superiora abscedit, gracilis est, & prope teres, paullatimque gracilior, se ad postremum plerumque cum quibusdam cervicis musculis conjungit, Trachelomastoïdeo [n], Transversali cervicis, *Splenio colli*, *Biventre cervicis*, *Cervicali* descendente. Aliquando autem portione eam insigni ad interiora Splenii colli accedere vidimus, aliaque exiliore ad exteriora Biventris, cujus aliquando primum caput efficiebat, & aliquando etiam Cervicalis descendentis, portione tertia. Aliquando vidimus se in extrema tendinea duo findentem, quorum alterum accedebat ad primum principium Trachelomastoïdei, per partem ejus exteriorem latescens, evanescensque: alterum ad exteriorem *Transversalis cervicis* partem, cum ejus quarto extremo pertinens usque ad processum transversum vertebrae colli quintae à dorso. Saepe etiam tertium tendinem emisit, eumque majorem partem ad principium Trachelomastoïdei desinentem, partim quoque cum quinto extremo Transversalis cervicis coalescentem, & cum eo affixum processui transverso vertebrae colli sextae à dorso. Aliquando postrema

n Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLV. Fig. 1. & 2. F. o Eu-

trema haec Longissimi portio simplex fuit, adjungens se ad ventrem Transversalis cervicis. Aliquoties tota exilior, tenuique tendine tantum ad secundae à dorso transversum processum pertinens. In haec vero se paullatim consumens Longissimus, novis capitibus augetur, quorum neque certus numerus, neque locus unde veniunt, neque eadem semper magnitudo. Etenim modo unum, idque insigne, invenimus, à superiore & eadem posteriore parte extremi processus transversi vertebrae dorsi à lumbis tertiae, aut quartae, tendine adscendens longo, crasso, sensim increscente, atque in carnem abeunte, sensim crassiorem, & ad interiorem partem Longissimi, jam ad finem properantis, accedentem. Modo invenimus simile, verum quinque incipiens tendinibus gracilioribus, ab eadem parte processuum transversorum quinque dorsi vertebrarum, à lumbis tertiae, quartae, quintae, sextae, septimae: quorum & inferiores, & superiores duo erant exiliores; omnes paullatim carnei, carnemque, quae paullatim crassior, conjungentes in unum. Alias invenimus tria talia capita, procedentia à secunda, tertia, quinta. Alias duo, à tertia & quarta, aut quarta & quinta. Alias adhuc unum à septima, sed exilius. Aliquando tantummodo unum, & id non valde insigne, oriens à summa lumborum.

Sacrolumbalis [o] desinit in caudas [p] tredecim, quas per totam

o Eustach. Tab. xxxvi. l-γ. Vesal. Epit. Fig. musc. iv. R. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 12. A. Casser. Tab. ap. Spigel Lib. iv. Tab. 4. L LL.

p Vesal. Epit. Fig. musc. iv. R-b.c. dext. & de H.C.F. Lib. ii. Tab. 12. M.M. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 3. M-k. k. k. Verheyen An. Lib. i. Tab. xxxv. Fig. 1. b. b.

q Cas-

totam longitudinem ſuam, alias poſt alias emittit: quanquam primas duas vel tres commune caput Longiſſimi & Sacrolumbalis dici poſſit emittere, quoniam à Sacrolumbali, qua is adhuc conjunctus eſt cum Longiſſimo, abſcedunt. Duodecim ad coſtas [q] pertinent; poſtrema, quae aliquando deficit, ad proceſſum tranſverſum vertebrae imae colli. Omnes decreſcunt paullatim. Prima craſſa eſt, brevis, in fine ſubtendinea. Secunda longior, tenuis, lata, in fine tendinea, aut tendinoſa. Reliquae paullatim gracileſcentes, ſeſe in tendinem vertunt, longum, gracilem, planiorem, qui cito ab exteriore earum parte incipit, quemque eo quaeque habet longiorem, quo coſta, ad quam pertinet, ſuperior eſt: longiſſimum, quae pertinet ad imam colli vertebram. Eo & quaeque graciliorem habet, praeter coſtae primae & ſecundae, aliquando & tertiae, quae plerumque paullo craſſiorem, quam coſtae proximae inferioris: gracillimum habet imae colli cauda; at quibuſdam tamen craſſiorem proximis. Decem autem inferiores ſe inſerunt imae parti ſuperficiei inaequabilis, quae eſt in exteriore parte coſtarum, non longe à ſpina dorſi, in ipſo earum ſeſe in latus flectentium cubito; quanquam prima ſaepe ante illam ſuperficiem, propius vertebras: duae ſuperiores fere juxta tuberculum, cui affixum ligamentum alligans coſtam proceſſui tranſverſo: duodecima autem aliquando & coſtae primae,

[q] Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 3. M-k. k. k. etc. Verheyen Lib. i. Tab. xxxv. Fig. i. b. b.

r Caſ-

mae, quo diximus loco; & processui transverso vertebrae dorsi summae: tertia & decima mediae longitudini processus colli imae, ab inferiore & eadem posteriore parte; alias processui extremo. Omnes adscendunt fere recta, & tantummodo aliquantum ad latus declinant. Hactenus igitur Longissimo satis similis. Portiones praeterea alias [r] ad costas inferiores octo, (aut & pauciores) qua eas contingit, demittit, vel ab eis adscendentes accipit: accipere dicemus, ut Longissimum quasdam à vertebris diximus. Adscendunt à superiore margine costarum, illaque parte ejus, quae est spinae paullo propior, quam illa, cui extrema hujus musculi inseri docuimus, cum quibus etiam quaedam frequenter cohaerent continuae. Tenues sunt, oblongae, latitudinis modicae; fiuntque ex tenuiore principio sensim crassiores. Ima vero caeteris crassior, & latior, & longior esse solet; hac proxima exilior, angustiorque, & brevior; hac altera, hac tertia, ac sic sequentium quaeque, ut proxime sequitur. Inferiores sex tantum ubi costis adhaerent, tendineae, ibidemque latae & planae: duae supremae, cum octo sunt, longo & angusto planoque tendine incipiunt. Omnes qua parte costas contingunt, diu tendinosae, eoque insignius, quo incipiunt parte tendinea insigniore. Ima saepe non reperta. Superiores duae, aut sola summa, in plerisque carne sua cohaerent cum principiis duobus inferioribus

r Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 3. M. l. l. & Tab. 4. KK. d. d. d. &c.

a Eu-

rioribus Cervicalis descendentis; cui se diversis praeterea modis implicare Sacrolumbalis solet. Accidit ut aberrantem invenerimus, incipientem scilicet à costa quarta, insertamque processui transverso vertebrae dorsi secundae à collo, eamque ex toto distinctam, & ex gracili longoque tendine se vertentem in carnem, ad postremum rursus in tendineum finem. Longissimus cum Sacrolumbali lumbos & dorsum in priora curvata retinent, erigunt, flectunt retrorsum, & aliquantum simul in latus. Privatim vero caudae utriusque, quae insertae costis, costas agunt deorsum: qua in re Sacrolumbalis à portionibus, quas *accipit*, *etiamsi à costis ipsis oriundis*, adjuvatur.

Longissimus est *Undecimus*, & *Duodecimus* dorsum moventium, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. *Secundus musculus dorsi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 19. *Quinti paris dorsi musculorum*, praeter partem spinis vertebrarum thoracis insertam, Fallopp. Obs. an. in dorsi musculis. *Semispinatus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 33. *Dorsi longissimus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8. *Dorsi longissimus*, praeter partem quae inserta spinis thoracis, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 24. *Longissimus*, Dougl. Myogr. Cap. 28. *Longissimus dorsi*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. *Longissimus dorsi*, praeter partem, quae spinis thoracis inserta, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 24. *Le Long dorsal*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 789. & seq. & 1211.

Sacro-

Sacrolumbalis est *Quartus in altero latere hominis thoracem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. *Quintus thoracis musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 20. *Quartus thoracis musculus*, Fallopp. Obs. an. in thoracis musculis. *Sacrolumbus*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 30. *Alius praeterea in dorso musculus, qui cum spinalibus musculis pertinacissime commiscetur*, Fabric. de Respir. Lib. II. Cap. 11. *Sacrolumbus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 31. Spigel. de H. C. F. Lib. II. Cap. 8. Stenon. Obs. an. de musc. & gland. pag. 6. & 10. *Sacrolumbus*, una cum inferiore parte *Cervicalis descendentis*, de Diemerbroek Anat. Lib. V. Cap. 6. *Sacrolumbus*, Verheyen Anat. ann. 1693. Tract. VI. Cap. 5. & ann. 1710. Lib. I. Tract. VI. Cap. 8. *Sacrolumbalis*, Cowp. Myot. Cap. 21. Dougl. Myogr. Cap. 25. *Sacrolumbus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. *Sacrolumbalis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 21. *Le Sacrolombaire*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 779. & seq. & 1205. & seq.

CAPUT CXIV.

De Spinali dorsi [a].

Posset hic Longissimi pars dici, ad spinas vertebrarum dorsi pertinens: ita cum eo cohaeret, commistusque est, raro omni ex parte distinctus. Quatuor tendines, quorum inferior longissimus inter eos,

a Eustach. Tab. XXXVII. 1. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 5. K. & Tab. 6. G. & Tab. 7. F. sin. Bidloo Tab. XXIX. KK.

b Cow-

crassissimusque ; proximus brevior & tenuior , hoc brevior & longe tenuior alter , brevissimus gracillimusque superior ; oriuntur à spinis duarum superiorum lumborum , totidemque inferiorum dorsi vertebrarum : acceditque aliquando gracilior , à tertia à lumbis : aliquando deëst , qui à secunda dorsi. Qui in carnem versi , tenuem musculum efficiunt , eundemque non valde latum , & modice in progressu latescentem. Saepe tendines illi , qui à vertebris lumborum procedunt , potius ad Longissimum dorsi pertinent , & fibras carneas ab exteriore parte sui dimittunt [b], quae hunc musculum una cum carne , in quam abeunt tendines à dorsi vertebris incipientes , efficiunt. Plerumque tendines inferiores se carne , in quam abeunt , commiscent cum Longissimo : frequentissime etiam imus connexus cum proximo Longissimi. In octo autem extrema abit , aut tantummodo septem , aut & pauciora numero , quibus se inserit lateri extremi fere mucronis spinarum dorsi superiorum. Octo superioribus inserentem se vidimus : frequenter autem non summae , sed ejus quasi loco nonae : aliquando tantum septem primis , quae infra summam sunt , uno extremo diminutum. Plus una vice modo quatuor habuit , pertinentia ad sextam , quintam , quartam , tertiam à collo vertebras. Alias tria , ad septimam , sextam , quintam ; aut ad sextam , quintam , quartam. Quibusdam unum è mediis defuit. Extremorum inferius brevissimum , exile : quae sequuntur , ut sequuntur ,

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLV. Fig. 1. K. inf.

a Eut

tur, longiora, insigniora. Plerumque in fine tendinea; inferiora quibusdam tantum tendinosa; reliqua eo magis tendinea, quo superiora, ut superiora etiam tendinibus longis desinant, iisque planis, tenuibus, angustis, ab exteriore parte extremorum nascentibus citius, & saepe geminis. Superiorum tendines in fine saepissime connexi cum tendinibus Semispinalis. Cum ejusdem carne ipsa Spinalis caro plerumque leviter connexa. Dorsum cum Longissimo retinet, erigit, flectit in posteriora, eodemque tempore nonnihil in latus. Secundum spinas autem leniter *eas versus se curvante ductu adscendit, ob id gibbus eo margine*, quo spectat trunci latus.

Est *Quinti paris dorsi musculorum*, Fallopp. Obs. an. in dorsi musculis, pars *implantata in spinas vertebrarum thoracis. Semispinati*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8. pars, ut videtur. *Dorsi longissimi* pars, quae inserta spinis thoracis, Cowper Myot. ann. 1694. & 1724. Cap. 24. *Le grand Epineux du dos*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 801. & seq. & 1212. 1213.

CAPUT CXV.

De Semispinali dorsi.

Semispinalis multis portionibus incipit, in multas desinit. Neutrarum, sicut in plerisque consimilibus musculis usuvenit, certus semper numerus. Sex alias incepit, à posteriore & eadem superiore parte extremorum processuum transversorum vertebrarum

dorsi à lumbis secundae, tertiae, quartae, quintae, sextae, septimae; idemque in sex quoque desiit, ad inferiorem partem lateris spinarum dorsi superiorum quatuor, collique proximarum duarum, non longe à mucrone earum, pertinentes: aliquando tantum quinque incepit, id est, nulla à septima: aliquando tantummodo quatuor, id est, nulla etiam à secunda; & tamen in sex illos desiit. Alias tantummodo quatuor incipiens, à processibus tertiae, quartae, quintae, sextae; in quinque desiit, deductas ad quinque spinas, earum, quas modo diximus, superiores. Vidi, qui septem *incipiebat*, à dorsi septem inferioribus, & *in octo desinebat, sex superiores dorsi, imasque duas* colli. Primae portiones fere breviores, quo superiores: contra longiores extremae. Primarum exiliores superiores, saepe & infima: extremae contra fere crassiores, ut superiores; summa saepe exilior proxima. Primae, quae aliquando bifidae, ab initio tendines sunt, aut tendines carnosi, qui paullatim crassescentes, carnem producunt modice increscentem, & ab exteriore parte diu tendinosam: eaque se inter se *conjungentes*, *ventrem*, paullatim tum latiorem, tum crassiorem, sed mox rursus imminutum, & in caudas scindentem se, quae capitibus plerumque insigniores sunt, praesertim superiores earum; totaeque sensim decrescunt, abeuntque in tendines planiores, extrinsecus citius nascentes, quorum superiores insigniores, & frequenter connexi cum Spinali dorsi. Est etiam cum Multifido plerumque aliquantum commistus, qua ei incumbit. Dorsum, finiti-

finitimamque ei cervicis partem, cum in priora curvata sunt, erigit, & curvat deinde oblique in latus: ad spinas enim oblique adscendit.

Est *Semispinalis*, Dougl. Myogr. Cap. 28. An sunt *les vertebraux externes* du *Demi-epineux*, *ou Transversaire epineux du dos*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 809. & seq. & 1214? Reliqui non distinxerunt vel à Multifido, vel à Spinali colli; aut accensuerunt partem utrique.

CAPUT CXVI.

De Spinali cervicis [a].

Ejusdem generis est Spinalis cervicis, Semispinalis continuatio quaedam. Nam ab uniuscujusque sex, vel quinque [b], superiorum dorsi vertebrarum processu transverso, & à posteriore quidem eademque superiore parte eorum, ad tuberum, in quae desinunt, radicem, tendo, saepe bifidus, procedit, *in carnem sensim crassiorem abeuns*; *vel simile caput*, tantum ab *initio*, & dein extrinsecus, diu tendinosum, itaque plerumque, ut à superiore processu, non totum modo, sed tendinea etiam parte, brevius, crassius autem & latius; supremo tamen saepe exiliore, saepe & proximo. In quibusdam sep-

a Eustach. Tab. xxxix. f. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. O. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 6. BB. Bidloo Tab. XVII. M. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIV. 99.

b Eustach. Tab. xxxix. f. *zz*.

c Cow-

tem capita inventa, oriunda à septem vertebris, quae proxime infra summam sitae: in quibusdam tantummodo quidem sex, aut quinque; at non à sex, quinqueve superioribus vertebris incipientia, verum à pari numero proxime infra summam sequentium. Venter [c] ex his capitibus [d] sese in unum conjungentibus natus, latior paullatim, itemque crassior; dein angustior & tenuior, inque quatuor [e] se findens extrema, quae pertinent ad spinas quatuor colli vertebrarum, tertiae à dorso, quartae [f], quintae [g], sextae [h]. Insignia haec: praecipuum superius [i], post quod proximum: aliaque aliis incumbunt. Cui septem numero capita erant, ei & extrema quinque; eoque, quo abundabat, pertinebat ad secundam à dorso. Omnia decrescunt, fiuntque ab ea parte, qua inferius quodque spectat proximum superius, magis magisque tendinosa. In fine fere tendinea, tenuia, modicae latitudinis, praeter superius, utpote crassum, & maximam partem carneum. Atque inserunt se lateri imi marginis extremarum spinarum. Totus musculus ea, qua Semispinalis, obliquitate adscendit, cervicemque in eandem, atque ille dorsum, partem erigit & curvat; flectit praeterea retrorsum. Cum quo aliquando ita conjunctus, ut ambiguum habeas, ad quem proxima capita extremaque referenda sint. Aliquando commistus cum Multifido. Vidi

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIV. 99.
d Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 6. BB-aaa.
e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIV. 99. C. C. C. D.
f Eustach. Tab. XXXIX. f-3.
g Eustach. Tab. XXXIX. f-γ.
h Eustach. Tab. XXXIX. f-δ.
i Eustach. Tab. XXXIX. f-δ. Cowper Myot ann. 1724. Tab. XLIV. 99. D.

a Cow-

Vidi ad ventris ejus partem illam, quae spectat spinas, accedentes fasciculos duos carneos, graciles, longos; alterum à spina summa dorsi; alterum, qui brevior & gracilior, ab extremo cornu spinae colli tertiae à dorso.

Est pars *Septimi*, & *Octavi dorsum moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. *Quarti cervicis musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 18. *Tertii paris dorsi musculorum*, Fallopp. Obs. an. in dorsi musculis. *Spinati*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 22. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Est *Spinalis colli*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 23. *Spinalis*, Dougl. Myogr. Cap. 27. *Spinalis colli*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 23. Sunt *les vertebraux externes* du *Demi-epineux*, *ou Transversaire epineux du col*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 769. & seq. & 1198. 1199.

CAPUT CXVII.

De Interspinalibus cervicis [a].

Spinis colli vertebrarum inferiorum sex, interjecti quinque parvi musculi, sed pro magnitudine crassi, quodammodo teretes, nisi quod paullo sint latiores quam crassiores, primum tenuiores, paullum deinde increscentes, post rursus decrescentes, suaque latitudine à posteriore parte ad priorem pertinentes.

a Cowper Myot. ref. ann. 1694. Fig. VIII. L. L. L. & ann. 1724. Tab. XLIV. Fig. I. 100.

b Cow-

tes. Primus à latere ſuperioris partis ſpinae colli imae, juxta ejus tumorem extremum, procedit ad inferiorem & eandem interiorem partem cornu ſecundae. Secundus à ſuperiore parte cornu ſecundae, ad inferiorem & eandem interiorem tertiae. Sic tertius à tertia ad quartam: quartus à quarta ad quintam: quintus à quinta ad ſextam. Adſcendunt itaque: tres autem medii fere recta: infimus modice ad latus declinat: quintus contra ad parem ſui inclinat; quanquam haec aliquantum cum ipſis ſpinis differant in aliis atque aliis. Spinarum aliam ad aliam adducunt: ſic cervicem *in priora flexam* erigunt, curvant deinde *in partem poſteriorem. His aliquando additi ſupernumerarii* [b]. Vidimus unum à ſpina ima colli ad quartam pertinentem: alium à quarta ad ſextam. In aliis ab altero latere unum, modo à ſpina ſecunda, modo à ligamento cervicis circa eam, oriundum, pertinentemque ad ſextam: ab altero, & eum, quem modo diximus, ſed graciliorem; & praeterea alium, à cornu tertiae ad ſextae.

Sunt *Interſpinales colli*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 23. *Interſpinales* Cowp. Dougl. Myogr. Cap. 27. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. *Interſpinales colli*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 23. *Les petits Epineux du col*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 775. & 1200.

Supernumerarii, *a round, ſlender, and long muſcle*, &c. Cowper Myot. ann. 1724. Explan. Tab. XLIV. Fig.

b Cowper Myot. ref. ann. 1724. Tab. XLIV. Fig. 1. OO. & Tab. XLVI. H.

a Eu-

Fig. 1. OO. *Musculus Superspinalis colli*, ibid. Explan. Tab. XLVI. H.

CAPUT CXVIII.

De Recto capitis postico majore [a].

Sed à spina sextae [b], & ab ea quidem parte marginis ejus superioris, quae est juxta radicem cornu, aut ab ipso etiam cornu, Interspinalis loco Rectus capitis posticus major adscendit, praetereunsque atlantem, se affigit [c] *ossis occipitis inferiori parti, circa medium inter principium additamenti futurae lambdiformis, lateralemque partem foraminis magni*, quae est pone processum coronoïdeum; medio loco inter finem Complexi, Obliqui superioris, & Recti postici minoris: non adscendit autem recta, sed nonnihil oblique in latus. A capite pro corpore crasso, non admodum lato, tendinoso, latescit ad finem usque, primoque intumescit, mox sensim se extenuat, abeuns *in tendinosum finem*. Capitis atlantisque *posteriorem partem deprimit; simulque Atlantem* una cum capite *super epistrophaeum convertit*, ad similitudinem Obliqui inferioris. Ab externo hujus latere incedente altero, eoque longiore & exiliore, unum alterumque corpus eorum, quae secuimus, abundavit.

a Eustach. Tab. XXXIX. b. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. B. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. A. B. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 6. C. C. Bidloo Tab. XVII. B. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. 8. E. & ann. 1724. Tab. XLVI. & XLIII. 90.

b Eustach. Tab. XXXIX. b-α.

c Eustach. Tab. XXXIX. b-β. Cowp. Myo.. ann. 1724. Tab. XLVI 90.

a Eu-

Eſt *Tertii paris caput movemium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. *Tertius muſculus caput movens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. *Major rectus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. *Rectus major*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Cowper Myot. Cap. 22. Dougl. Myogr. Cap. 26. *Le grand Droit*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcles, §. 724. & ſequent. & 1184.

CAPUT CXIX.

De Recto capitis poſtico minore [a].

Sic & ab ea parte atlantis [b], ubi aliarum ſpina eminet, quaeque ſpinae quaſi *inchoatae ſimilis eſſe* ſolet, Rectus capitis poſticus minor ad os occipitis [c], eadem prope obliquitate, adſcendit; ad illam autem partem ejus, quae eſt pone foramen magnum, ad ſcrobem ſcilicet, quae inter foramen illud ſinemque Complexi, juxta mediam ſpinam, à foramine magno in poſteriora porrectam. Hic ſe ex gracili initio inſigniter ad ſuae brevitatis rationem dilatat, modice *ſimul craſſeſcens primum, dein ſe extenuans; tendinoſuſque ab ortu, itemque aliquandiu extrinſecus.* Caput ſummamque vertebram ad ſe invicem adducit, & quidem

a Euſtach. Tab. XXXIX. a. Veſal. Epit. Fig. muſc. IV. ß. γ. in capite cui ſiniſter pes innititur. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. G. F. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 7. B. B. Bidloo Tab. XVII. CC. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. 8. H. H. & ann. 1724. Tab. XLVI. & XLIII. & XLIV. 91.

b Euſtach. Tab. XXXIX. a-α. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLIII. 91. & Tab. XLIV. Fig 1. M.

c Euſtach. Tab. XXXIX. a-ß. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLVI. 91.

a Eu-

quidem nonnihil oblique : datusque nobis ad capitis posteriorem partem deprimendam.

Est *Quarti paris caput moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. *Quartus musculus caput movens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. *Rectus minor*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. Cowper Myot. Cap. 22. & Philosoph. Transact. ann. 1699. Vol. XXI. n°. 251. & Act. Eruditor. ann. 1699. Septembr. Dougl. Myogr. Cap. 26. *Le petit Droit*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 726. & 1184.

CAPUT CXX.

De capitis Obliquo inferiore [a].

Obliquus inferior à spina epistrophaei, à cujus lateris superiore parte, per totam ejus longitudinem, ad extremum cornu usque oritur [b], versus in latus, posteriorem amplitudinem extremi processus transversi atlantis [c] recta petit, satis primo latus & tenuis, sed deinde modice increscens, in fine decrescens, utroque extremo tendinosus. Atlantem, cum eoque caput movet. Rotat autem, atlantis transversum processum ad spinam epistrophaei trahens:

a Eustach. Tab. xxxix. d. Vesal. Epit. Fig. musc. iv. D. sin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 14. K. L. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 6. F. Bidloo Tab. xvii. F. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. 8. G. & 1724. Tab. xl. vi. & xliii. 93.

b Eustach. Tab. xxxix. d-α.

c Eustach. Tab. xxxix. d-β.

a Eu-

hens : eoque eundem atlantem etiam in posteriora parumper detrahit.

Est *Sexti paris caput moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. *Quintus caput movens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. *Septimus capitis*, Fallopp. Obs. an. in capitis musculis. *Parvus musculus à secundae vertebrae spina in processum transversum primae oblique infixus*, Eustach. de motu cap. *Obliquus major*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. *Paris Obliqui inferioris*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. *Obliquus inferior*, Cowper Myot. Cap. 22. Dougl. Myogr. Cap. 26. *L'Oblique inferieur, ou grand Oblique*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 728. & 1186. 1187.

CAPUT CXXI.

De Obliquo superiore capitis [a].

Ibi ubi inferior desinit, superior incipit, id est, ab ejusdem processus extremo [b], à superiore parte. Procedit autem sursum simulque retrorsum, petens inferiorem eandemque posteriorem & lateralem ossis occipitis [c] partem, desinensque inter principium additamenti futurae lambdiformis, partemque illam, cui insertus Rectus posticus major. Caput ei angustum,

a Eustach. Tab. XXXIX. c. Vesal. Epit. F. musc. IV. C. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. I. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 6. E. Bidloo Tab. XVII. G. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. 8. F. & ann. 1724. Tab. XLVI. & XLIII. 92.

b Eustach. Tab. XXXIX. c-α. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIII. 92.

c Eustach. Tab. XXXIX. c-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVI. 92.

a Eu-

ſtum, tenue, fere tendineum: poſt craſſeſcit paullatim, & dilatat ſe modice: non longe à fine extenuat ſe ſenſim, maxime dum ſe inſerit; extremo anguſtat modice: qua ſe parte inſerit, tendinoſus eſt; itemque extrinſecus, jam antequam ſe inſerat. Occiput oblique deprimit, id eſt, in poſteriora & ſimul aliquantum in latus.

Eſt *Quinti paris caput moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. *Sextus caput movens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 17. *Sextus capitis*, Fallopp. Obſ. an. in capitis muſculis. *Obliquus muſculus, qui retro à tranſverſo primae vertebrae proceſſu in caput inſeritur*, Euſtach. de motu cap. *Obliquus minor*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. *Paris Obliqui ſuperioris*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. *Obliquus ſuperior*, Cowper Myot. Cap. 22. & Philoſoph. Tranſact. ann. 1699. Vol. XXI. n°. 251. & Act. Eruditor. ann. 1699. Septemb. Dougl. Myogr. Cap. 26. *L'Oblique ſuperieur, ou petit Oblique*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 727. & 1184. & 1187.

CAPUT CXXII.

De Multifido ſpinae [a].

Poſteriorem ſpinae partem tenet, & ſe implicat primum oſſi ſacro, deinde omnibus vertebris, ſolo

Ccc 3

a Euſtach. Tab. XXXIX. mm. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVI. & XLV. 105. 104. 101.

b Cow-

ſolo atlante excepto. Per ſpinae autem longitudinem multis capitibus [b] oritur, inque multa per eandem extrema [c] deſinit, ita utrimque interciſus [d], ut ſeriem quandam muſculorum inter ſe cohaerentium praeſentet. In dorſo oſſis ſacri quatuor tubercula ſunt, (quorum ſuperius fit ex concretione proceſſuum obliquorum, deſcendentis primae vertebrae ejus, adſcendentis ſecundae: *proximum ex deſcendentis ſecundae*, adſcendentis tertiae: alterum ex deſcendentis tertiae, adſcendentis quartae: poſtremum ex deſcendentis quartae, adſcendentis quintae) unde quatuor procedunt capita tendinoſa. Latum deinde, & *ſubtendineum*, *majorem partem procedit à ſuperiore* parte ligamenti, quod ab eminentia, quam os ſacrum in dorſo ſuo ad externum latus foraminis ſui ſecundi habet, ad finitimam oſſis ilium partem deductum; partim ab ipſa illa eminentia: partim etiam ab oſſe ilium, juxta priorem partem dicti ligamenti. Latum pariter, ſed & à principio, & deinde aliquandiu per exteriora inſigniter tendinoſum, à margine proceſſus obliqui adſcendentis primae vertebrae *oſſis ſacri*, *juxta externum latus obliqui deſcendentis*, cum quo adſcendens *ille* commiſſus eſt. Similia ſingula à ſingulis vertebris lumborum [e] & dorſi [f], colliqué [g] inferio-

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLV. Fig. 2. c. c. c. c. c. c. c. c.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLV. Fig. 1. & 2. f. f. f. f. f. d. d. d. d. d.

d Ut in Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 6. in ſiniſtra parte dorſi.

e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVI. 105.

f Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVI. 104.

g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVI. 101.

h Cow-

ferioribus quatuor: à lumborum autem proceſſibus oblique adſcendentibus, ut ab illo primae ſacri: à dorſi trium inferiorum proceſſus tranſverſi extremi parte ſuperiore: à reliquarum dorſi proceſſuum tranſverſorum poſteriore & eadem ſuperiore parte, inter radicem eorum, radicemque tumoris, in quem deſinunt: à poſteriore & eadem ſuperiore parte oblique deſcendentium colli, ſimulque ſaepe ex parte à proximis adſcendentibus: aliquando nullum ab ima colli. Extrema lata ſunt, craſſa, ab exteriore parte cito tendinoſa, & inde ad finem uſque magis & magis, infertaque *inferiori margini vertebrarum lumborum & dorſi omnium, collique inferiorum* ſex, ab earum proceſſu obliquo inferiore uſque ad ſpinam [h] prope extremam. Saepe praeterea ad ſacri ſpinas pertinent exiliora quaedam, & magis tendinoſa. Capita donec confluant, intumeſcunt: extrema detumeſcunt. Totus muſculus adſcendit oblique, ſpinas verſus. Mira autem implicatio ejus. Singula enim capita dum ſe cum vicinis conjungunt, diffundunt ſimul, & vel ad duas vertebras pertinent, vel ad tres, vel ad quatuor, vel ad quinque. Ita vero, ut prima cujuſque portio, id eſt, quae maxime diſtat à ſpinis, ad vertebram proximam ſuperiorem, (quam tamen aliquando praeterit) juxta proceſſum ejus obliquum pertineat: proxima ad alteram, proxima (in illis, quae ad plures pertinent) ad tertiam, proxima ad quar-

h Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVI. 105. 104. 101.

a Caſ-

quartam, proxima ad quintam, eo quaeque propius extremam spinam, quo ad remotiorem vertebram. Unde prima & breviſſima & rectiſſima, proximae ut ſequuntur, & longiores & obliquiores. Itaque & ad unamquamque vertebram vel duorum, vel trium, vel quatuor, vel quinque capitum proxime inferiorum portiones veniunt; quarum illa, quae à capite proximo, inſerta juxta proceſſum obliquum; juxta hanc ſequentes, aliae juxta alias, ita propius ſpinae extremum, ut quaeque à capite remotiore: omneſque antequam ſe inſerant, in unam veluti caudam confluunt. Extrinſecus autem ſolae portiones longae apparent, quibus breviores ſubjacent: longaeque omnes quidem adſcendunt oblique, ſed fere eo rectius, quo ſuperiores, eo ipſae ſimul longiores, donec ad colli initium perventum ſit, unde contra quo ſuperiores, magis tranſverſae, brevioreſque. Tam multiplici ſpinam nexu continet, eoque aptiſſimus eſt ad eam regendam, in priora flexam retinendam, erigendam, flectendam in poſteriora, torquendam modice.

Ad hunc pertinere putamus, quos tanquam *diſtinctos parvos muſculos ſaepe invenimus in cervice*, ab una vertebra pertinentes ad proximam, & à poſteriore parte juxta proceſſum obliquum orientes, adſcendentes inde oblique ad inferiorem radicis ſpinae. Ad eundem quoque, niſi quis malit diſtinctos dicere, referas alios, quos in lumbis invenimus, orientes ab exteriore parte radicis proceſſus obliqui adſcendentis, pertinentes ad vertebram proximam ſuperiorem, ad inferiorem partem radicis illius tuberculi, quod inter proceſ-

processum transversum & obliquum superiorem ex ea eminet.

Pars ejus, quae in lumbis, est *Decimus tertius*, & *Decimus quartus dorsum moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. *Tertius dorsi musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 19.

Quae in dorso, est *Decimus quintus*, *& Decimus sextus dorsum moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. *Quartus dorsi musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 19.

Quae in collo, est pars *Septimi*, *& Octavi dorsum moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. *Quarti cervicis musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 18. Pars *Tertii paris dorsi musculorum*, Fallopp. Obs. an. in dorsi musculis.

Quae in lumbis & dorso, est *Quarti paris dorsi musculorum*, Fallopp. Obs. an. in dorsi musculis. An *Sacer*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 33?

Quae in collo, pars *Spinati*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 22. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. *Transversalis colli*, Cowper Myot. Cap. 23. *Transversalis*, Dougl. Myogr. Cap. 27. *Transversalis colli*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 23. Sunt *les vertebraux internes* du *Demi-epineux*, *ou Transversaire epineux du col*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 769. & seq. & 1198. 1199.

Quae in dorso, *Semispinati*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8. pars, ut videtur. *Semispinatus*, Cowper Myot. Cap. 24. Sunt *Transversales dorsi inte-*

riores, Dougl. Myogr. Cap. 28. Est *le Demi-epineux, ou Transversaire epineux du dos*, aut fortasse ejus tantum partes internae, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 809. & seq. & 1214.

Quae in lumbis, *paris Sacri*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 11. *Sacer*, Cowper Myot. Cap. 24. *Transversalis lumborum*, *vulgo Sacer*, Dougl. Myogr. Cap. 29. *Le Transversaire epineux des lombes, anciennement le Sacré*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 812. & seq. & 1214.

Portiones distinctae in cervice, sunt haud dubie *Intervertebrales*, Dougl. Myogr. Cap. 27.

CAPUT CXXIII.

De Interspinalibus lumborum.

Ab imae lumborum vertebrae spina ad proximam adscendit Interspinalis, qui satis latus, sed tenuis, & tum à principio, tum in fine tendinosus. Similis ei à spina secunda ad tertiam; similis à tertia ad quartam, & à quarta ad quintam, & à quinta ad dorsi imam. *In inferiore parte lateris spinae illarum* vertebrarum eminentia à processu obliquo inferiore ad spinae extremum porrecta jacet; à qua oriuntur: inseruntur autem parti spinae illi, quae est infra dictam eminentiam. Lumbos in priora curvatos erigunt, post flectunt retrorsum: spinas enim adducunt ad se mutuo.

Sunt *les Epineux des lombes*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 814. & 1212. 1213.

CA-

CAPUT CXXIV.

De Interſpinalibus dorſi.

Ejuſdem generis muſculi aliquot repperiuntur in inferiore parte dorſi, illis lumborum ſimiles, reſpondenteſque & loco unde oriuntur, & eo ad quem deſinunt, & uſu.

Sunt *les petits Epineux du dos*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 806. & 1212. 1213.

CAPUT CXXV.

De Intertranſverſariis lumborum.

Ex his quatuor primi interſerti, affixique proceſſibus tranſverſis vertebrarum lumborum; quintus ſummae lumborum dorſique imae; breves, lati, craſſi, nonnihil tendinoſi. A ſuperiore parte proceſſus cujuſque inferioris pertinent ad inferiorem proxime ſuperioris: & plerumque duo inferiores fere à tota *longitudine* ad *totam*: *duo proximi his*, fere tantum à *dimidia* ad *dimidiam*, & *quidem* à *dimidia illa* qua deſinunt, ad illam qua incipiunt: ſupremus ab extremo proceſſu ad tuberculum, quod ad exteriorem partem tranſverſi imae dorſi. Quintum etiam portione quadam vidi praetereuntem imam dorſi, ſeſeque adjungentem ad primum dorſi Intertranſverſarium, ac cum eo pertinentem ad dorſi vertebram ſecundam. Lumbos in latus flectunt: in oppoſitum latus flexos retinent, erigunt.

Sunt *Intertransversales*, Dougl. Myogr. Cap. 29. *Les Transversaires des lombes*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 814. & 1212. 1213.

CAPUT CXXVI.

De Intertransversariis dorsi.

Tales & inter extremos eosdem processus dorsi vertebrarum, has in eandem partem flectentes. Exiliores autem sunt. Inter eos vero inferiores aliquot insigniores: qui sequuntur, quo superiores, exiliores, minusque carnei: qui inter superiores vertebras, *ita exiles tendineique, ut potius ligamenta referant, quam musculos: inter superiores aliquot saepe* nulli reperti. Primum vidi portionem sui adjungentem ad secundum, ut quintum lumborum ad dorsi primum vidisse memoravi.

Sunt *les petits Transversaires du dos*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 808. & 1212. 1213.

CAPUT CXXVII.

De Levatoribus brevioribus costarum [a].

Levatorem unaquaeque costa accipit à processu transverso illius vertebrae, quae est statim supra illam, cum cujus processu transverso ipsa costa commissa est, connexave ligamento. Prima igitur ab imae colli,

a Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 6. in latere sinistro dorsi. Verheyen Anat. Lib. I. Tab. XXXV. Fig. 1. e. e. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIV. 87.

a Ver-

colli, ſecunda à ſummae dorſi, ac ſic porro à ſequentibus dorſi, ſequentes. Oriunturque à tota eorum longitudine, ab inferiore parte ejus, principio tendinoſo; quod aliquando etiam ex parte cohaeret cum ligamento, quod ab extremo proceſſu tranſverſo pertinet ad proximam poſteriorem coſtae partem. Unde deſcendunt, dilatant ſe, modiceque primum craſſeſcunt, poſt ſe extenuant, inſeruntque ſuperiori margini coſtarum, juxta ſpinam; nempe acutae eminentiae, quae ſe ex iis erigit, ubi à corporibus vertebrarum inceperunt recedere: ultraque eam, paullo *longius, quam ubi coſtae proceſſibus tranſverſis aut innituntur*, aut juxta extrema eorum incedunt, porrectae ſcrobi inaequabili: itemque exteriori parti marginis ſuperioris, aliquantum ultra proceſſus eoſdem. Sed in primo differentia quaedam in parte, cui ſe inſerit: inſerere enim ſe incipit ſinui coſtae primae, qui eſt juxta tuberculum, quo illa innixa proceſſui tranſverſo; de caetero inſerere ſe, ut reliqui, pergens exteriori ejus parti, ultra proceſſum illum. Idem *aliquando ita conjunctus cum cauda Scaleni medii* ad imam colli vertebram pertinente, ut partem ejus eſſe putares. Fibrae eorum, quae proximae corporibus vertebrarum, deſcendunt rectius; ſequentes ita magis in latus, ut remotiores. Primus inſignis, ſecundus breviſſimus, hoc longior inſigniorque tertius, hoc quartus, ac ſic ſequentium quiſque proxime praecedente. Coſtarum principium firmant, & moderantur.

An ſunt *Intercoſtalium externorum initium primum à*

transversis vertebrarum processibus, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8? Sunt *Levatores costarum*, Stenon. Obs. de musc. & gland. pag. 6. & 10. *Costarum Levatores Stenon.* Dougl. Myogr. Cap. 25. quo etiam pertinet *the fourth Scalenus*, ibid. Cap. 21. *Supracostales breves*, Verheyen Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. VI. Cap. 7. *Costarum Levatores*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. *Intercostalium externorum* partes, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 21. *Les Sur-costaux*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 691. & seq. & 1161.

CAPUT CXXVIII.

De Levatoribus longioribus costarum [a].

Alterum praeterea habent costae tres quatuorve inferiores, eumque longiorem. Nam & longius veniunt, (is nempe, qui costae nonae, procedit à processu transverso septimae dorsi vertebrae: qui decimae, ab eo octavae: qui undecimae, ab eo nonae: qui duodecimae, à decimae) & pertingunt ad exteriorem eandemque superiorem partem costarum, juxta externum praecedentium *latus, ubi se costae jam magis deorsum inclinant.* Oriuntur autem à posteriore parte extremorum processuum, à primo angusti, tenues, tendinosi; dein sensim latiores, & ab exteriore parte diu tendinosi, primumque crassiores, sed dein se paullatim extenuantes, rursusque in fine tendinosi, & aliquando angustati. In progressu se saepe conjungunt cum Intercostalibus, & cum

a Verheyen Anat. Lib. 1. Tab. xxxv. Fig. 1. f. f.

a Eu-

cum Levatoribus brevioribus. Et aliquando aut aliqui eorum, aut omnes, ab externo latere suo dimittunt portionem, ad costam, quae proxime supra illam, cujus sunt; id est, primus, qui costae nonae est, ad octavam; secundus ad nonam, tertius ad decimam, quartus ad undecimam: eaque portione cum Levatore longiore, ad eandem, ad quam portio illa, costam pertinente, tres inferiores cohaerentes vidimus. Vidimus aliquem eorum se non costae inserere, sed adjungere ad Longissimum dorsi. Fit ut desit primus & secundus. Frequenter contra Levatores *breviores costarum superiorum octo*, aut *aliqui eorum*, portione quadam excurrunt longius; praetereunteque costam cujus sunt, ad proximam pertinent, ad similitudinem longiorum. Longiorum officium est, attollere costas, duasque inferiores eodem tempore trahere retrorsum.

Sunt *Supra-costales longi*, Verheyen Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. VI. Cap. 7. *Les Sur-costaux*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 691. & seq. & 1161.

REG. XX. SPATIA INTERCOSTALIA.

CAPUT CXXIX.

De Intercostalibus externis [a].

Singuli à duarum quarumque inter se proximarum costarum altera ad alteram procedunt, sese ab exte-

a Eustach. Tab. xxxix. l. l. etc. & Tab. xxxvii. g. g. etc. & Tab. xxxiii. l. l. etc. Vesal. Epit. musc. Fig. iv. i. i. dext. etc. & Fig. iii. h. h. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 14. & Tab. 6. V.

b Eu-

exteriore & eadem inferiore parte ſuperioris obliquе demittentes ad exteriorem eandemque ſuperiorem inferioris. Pro brevitate latiſſimi ſunt : coſtarum enim longitudinem inde ubi illae ultra proceſſus tranſverſos dorſi incedere incipiunt, alii ad earum cartilagines uſque tenent, alii propemodum [b] : & ubi deſinunt, inde aponeuroſis tenuis, eorum continuatio quaedam, diſtincta in faſciculos, eodem modo à coſta altera ad alteram deductos. Ipſi Intercoſtales tenues, & tendinoſi, eaque fibras obliquitate demittunt, ut cum progrediente coſta ſuperiore angulos acutos efficiant, obtuſos cum inferiore. Et fibrae poſteriores caeteris obliquiores : ſequentes, ut ſequuntur, ita minus minuſque obliquae. Coſtas adducunt ad ſe invicem, pleuram firmant.

Sunt *Externi intercoſtales*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. praeter partes, quae inter verarum coſtarum cartilagines. *Exteriores*, praeter partes eaſdem, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 20. *Intercoſtales exteriores*, Fallopp. Obſ. an. in intercoſtalibus muſculis. *Intercoſtales externi*, Arant. Anat. obſ. Cap. 34. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 31. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8. *Intercoſtales exteriores*, Stenon. Obſ. de muſc. & gland. pag. 5. & 10. *Intercoſtales externi*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 19. Dougl. Myogr. Cap. 21. Cowper Myot. an. 1724. Cap. 21. Heiſt. Comp. an. ann. 1717. not. (73*). *Les Intercoſtaux externes*, Winſl. Exp.

b Euſtach. Tab. XXXIII. l.l. &c.

a Eu-

Exp. an. Trait. des muſcl. §. 684. & ſeq. & 1158. 1160.

CAPUT CXXX.

De Intercoſtalibus internis [a].

Magna eſt internis cum externis ſimilitudo. Praecipuum inter eos diſcrimen, ut illi ſe affigant coſtarum margini interiori, contrario modo, rectiuſque deſcendant, coſtarumque longitudinem ab extremis cartilaginibus earum teneant [b] ultra eum locum, ubi ſe è *ſpina venientes in priora inſigniter* curvant. *Adde quod ille*, qui oritur à coſta nona, itemque qui ab octava, ſaepe & qui à ſeptima, & qui à ſexta, qua ſpinae proximi, longius, ea, qua coeperant, obliquitate deſcendant [c], coſtamque proximam ex interiore parte praeterlapſi, ſequenti ſe inſerant [d], à principio ea parte diu tendinei & tenuiores. Sic & aliquando reliqui coſtas, inprimis prope ſpinam, quibuſdam portionibus diverſimode praetereunt [e]. Qui ad *illas coſtas pertinent*, quarum *mediae* cartilagines latiores factae, inter ſe junctae ſunt, pro duobus haberi poſſunt, & revera in duos, interjacentibus illis

E e e carti-

a Euſtach. Tab. xxxviii. l. l. etc. & Tab. xxxiii. h. h. etc. Veſal. Epit. muſc. Fig. v. M. M. ſin. & Fig. iii. i. i. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 8. E. E. E. & Tab. 6. X. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxiii. Fig. 2. C. C. C.

b Euſtach. Tab. xxxviii. l. l. &c.

c Euſtach. Tab. xxxviii. mn. mn. mn. Verheyen Anat. Lib. i. Tab. xxxv. Fig. 3. d. d. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xxxiii. Fig 2. AB. AB.

d Euſtach. Tab. xxxviii. n.

e Verheyen Anat. Lib. i. Tab. xxxv. Fig. 3. d. ſuper.

f Eu-

cartilaginum portionibus, distincti sunt; ultra quas parva portio [1] extremis interserta cartilaginibus. Costas pariter ad se mutuo interni adducunt, firmantque pleuram. Multis undecimus pertenuis, quibusdam & decimus: aut sunt aponeurosi similes, ut deëesse videantur.

Sunt *Interni intercostales*, una cum *externorum* partibus, quae inter verarum costarum cartilagines, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 35. *Interiores*, una cum iisdem partibus, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 20. *Intercostales interiores*, Fallopp. Obs. an. in intercostalibus musculis. *Intercostales interni*, Arant. Anat. obs. Cap. 34. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 31. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 8. *Intercostales interiores*, Stenon. Obs. de musc. & gland. pag. 5. & 10. *Intercostales interni*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 19. Dougl. Myogr. Cap. 21. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 19. Heist. Comp. an. ann. 1724. not. (73*). *Les Intercostaux internes*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 684. & seq. & 1159. 1160.

Partes, quae costam proximam praeterlabuntur, sunt *Costarum depressores proprii Cowperi*, Dougl. Myogr. Cap. 21. *Intracostales*, Verheyen Anat. ann. 1710. Lib. I. Tract. VI. Cap. 8. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 15. *Intercostalium internorum* partes, Cowper. Myot ann. 1724. Cap. 19. *Les Sous-costaux*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 694. & seq. & 1163.

RE-

[1] Eustach. Tab. XXXIII. i. i. i.

a Eu-

REGIO XXI. COLLI SCELETI LATUS CUM PARTE PRIORE.

CAPUT CXXXI.

De Scaleno priore [a].

Communia Scalenis, ut à costis adscendant ad collum, principium habeant tenuius & tendinosum, dein paullatim crassiores fiant, plerumque & latiores, ac se scindant in caudas, à ventre magis magisque, sed modice, divergentes, ipsas sensim decrescentes, tendineamque naturam assumentes, & ad postremum plane tendineas, tenues, angustas, ac transversis vertebrarum colli processibus alias supra alias insertas, eo denique longiores, quo superiores. Communis quoque in universum actio: flectunt vero collum in latus, costas attollunt. Prior autem oritur [b] à summo margine costae primae, non longe ab ejus cartilagine. Findit se in caudas tres, easque inserit imo lunato margini, itemque inferiori parti tuberculi prioris processuum transversorum secundae, tertiae, quartae à dorso. Aliquando bifidae sunt. Aliquando tantummodo caudas habet duas, illam quam secundae inserit, illamque quam tertiae. Ima qua se inserit, caeteris latior. Vidimus ab ipso fere se findentem ortu, eoque quasi distinctum in tres. Collum magis in priora flectit, quam caeteri.

a Eustach. Tab. XXXVIII. i. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXXIII. 74.

b Eustach. Tab. XXXVIII. i-*.

a Eu-

Est pars *Tertii*, & *Quarti dorsum moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. Pars *Secundi cervicis musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 18. *Septimus thoracis*, Fallopp. Obs. an. in thoracis musculis. Pars *Scaleni*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 22. Pars *paris Triangularis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. *Scalenus primus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 19. *The first Scalenus*, Dougl. Myogr. Cap. 21. *Scalenus primus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 19. *La branche ou portion anterieure du premier Scalene*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 675 : vide & §. 1152. & seq.

CAPUT CXXXII.

De Scaleno minimo.

Minimus, qui valde parvus, oritur à summo margine costae primae, statim pone priorem. Caudas habet duas, quarum altera inserta inferiori parti spinae, quae in vertebra prima colli est juxta priorem partem processus transversi : altera inferiori parti tuberculi prioris processus transversi secundae. Earum alterutra saepe caret. Collum flectit, fere ut prior. Interdum deëst.

CAPUT CXXXIII.

De Scaleno laterali.

Lateralis ab exteriore parte costae secundae oritur, supra caput Serrati magni, quod ab eadem costa pro-

procedit. Vidimus quatuor caudas emittentem, iisque pertinentem ad processus transversos à dorso secundae, tertiae, quartae, quintae: duabus superioribus ad inferiorem & eandem interiorem partem cornu posterioris: duabus inferioribus ad imum lunatum marginem. Vidimus modo unam, insertam inferiori parti tuberculi posterioris quintae, aut prioris quartae. Vidimus cum medio à principio connexum. Vidimus totum deficientem. Juvat medium.

Ubi conjunctus cum medio, est *Octavi thoracis musculi* pars, quae *inseritur in secundam thoracis*, Fallopp. Obs. an. in thoracis musculis. Videtur esse *Scalenus secundus*, Cowper Myot. ann. 1693. Cap. 19. An *Scaleni* pars; *à secunda costa enata*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 14? Videtur esse *Scalenus secundus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 19. aut pars ejus. *La portion anterieure du second Scalene*, Winsl. Exp. an. Trait. des musc. §. 677: vide & §. 1152. & seq.

CAPUT CXXXIV.

De Scaleno medio [a].

Medius, caeteris major, incipit ab exteriore parte costae primae [b], prope in media ejus longitudine; totamque suo principio tenet costae altitudinem. Huic septem plerumque caudae, pertinentes

a Eustach. Tab. XXXVIII. g. dext. & Tab. XXXIX. c.

b Eustach. Tab. XXXVIII. g-a. & Tab. XXXIX. c-a.

c Eu-

ad processus transversos omnium colli vertebrarum: prima [c] aut ad spinam, quae juxta priorem partem processus transversi imae colli eminet; aut ad priorem & eandem inferiorem partem processus ipsius; aut & ad processum, & ad spinam: secunda [d] ad inferiorem partem extremi tuberculi posterioris, aut ad extremum lunatum marginem, secundae: tertia [e] ad eundem marginem tertiae, & aliquando ad imum quoque tuberculum posterius: quarta [f] ad eundem marginem quartae: quinta [g] ad eundem marginem, itemque ad imum tuberculum prius, aliquando & posterius, quintae: sexta [h] ad priorem partem processus prope extremi sextae: septima ad priorem partem marginis inferioris processus transversi atlantis, circa longitudinem ejus mediam; ubi connexa cum Levatore scapulae, & Splenio colli. Cauda ad atlantem pertinens, saepe, contra quam reliquae, ubi à musculo abscedit, gracilior est, mox sensim crassior, in fine rursus gracilescit, & extenuatur. Sexta nonnullis defuit. Incidimus in corpora, in quibus ad hunc musculum duo capita accedebant à processibus transversis duarum inferiorum colli vertebrarum, alterum ab imae extrema priore parte, alterum à secundae extremo tuberculo posteriore: utraque gracilia, primo tendinea, mox carnea, sensim insigniora, & ad posteriorem musculi partem, ad quam adscenbebant, se adjun-

c Eustach. Tab. xxxix. e-β.
d Eustach. Tab. xxxix. e-γ.
e Eustach. Tab. xxxix. e-δ.
f Eustach. Tab. xxxix. e-ε.
g Eustach. Tab. xxxix. e-ζ.
h Eustach. Tab. xxxix. e-η.

a Eu-

adjungentia. In aliud, in quo caput à superiore parte tuberculi prioris secundae à dorso ortum, accedebat ad caudam septimam. Collum flectit rectius in latus, quam praecedentes.

Est pars *Tertii*, & *Quarti dorsum moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 38. Pars *Secundi cervicis musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 18. *Octavus thoracis musculus*, Fallopp. Obs. an. in thoracis musculis. Pars *Scaleni*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 22. Pars *paris Triangularis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. *Scalenus tertius*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 19. ut videtur. *The second Scalenus*, Dougl. Myogr. Cap. 21. An pars ejus est *Scalenus tertius*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 19? Est *La portion ou branche posterieure du premier Scalene*, Winsl. Exp. an. Trait. des musc. §. 676.: vide & §. 1152. & seq.

CAPUT CXXXV.

De Scaleno postico [a].

Posticus oritur ab exteriore parte costae secundae [b], inter illam partem, qua processui transverso inhaeret; illamque, qua se in priora curvatura est. Caudae ei modo tres, insertae imo tuberculo posteriori processus transversi secundae, tertiae, quartae: modo duae, in quibusdam insertae eidem parti secundae & tertiae, in aliis tertiae & quartae, in aliis quartae

a Eustach. Tab. xxxix. k.

b Eustach. Tab. xxxix. k-*.

a Eu-

quartae & quintae. Vix discrepat actio ejus ab illa medii. Aliquando nullus repertus. Alias musculus parvus, ab initio tenuis, angustus; sensim primo latior & crassior, post tenuior & angustior; qua decurrebat per intervallum costae secundae & primae, commistus cum Intercostali externo; exili tendine insertus extremo processui transverso colli primae à dorso.

Est *Nonus thoracis musculus*, Fallopp. Obs. an. in thoracis musculis. *The third Scalenus*, Dougl. Myogr. Cap. 21. An *Scaleni* pars, *à costa secunda enata*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 14? *La portion posterieure du second Scalene*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 678. ut videtur: vide & §. 1152. & seq.

CAPUT CXXXVI.

De Recto capitis interno majore [a].

Rectus capitis internus major in eorum numero est, quibus multifidum principium [b], extremum simplex. *Principii portiones quinque, ex acutis sensim crassiores; prima tota carnea, caeteris ex tendineo initio mox paullatim carneis, sed ea parte, qua spectant vertebras, aliquandiu tendinosis.* Eaeque continua serie procedunt aliae supra alias: prima ab interiore parte illius tendinis Longi colli, qui insertus

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. II. & Tab. XXXVIII. c. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. B. Bidloo Tab. XVIII. L. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIII. 95.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. II.

c Eu-

tus vertebrae colli secundae à dorso ; sequentes ab extremo tuberculo priore processuum transversorum à dorso secundae, tertiae, quartae, frequenter & quintae : inventa gemina, quae à secundae processu. Adscendunt in posteriora ventris, qui ex his natus, sit paullatim & latior, & crassior, sed modice ; & non longe à capite angustior & tenuior. Idemque extrinsecus primum cito tendinosus, postea prope totus tendineus, suamque carnem tendine crasso quasi integit ; qui tamen paullo antequam ad caput pervenerit, sensim extenuatus evanescit. Totus autem adscendit ad caput, nonnihil oblique parem sui versus : suoque se fine inserit [c] imo margini ossis occipitis, qui respicit petrosum, fere ab illo hiatu, quo exit capitis nervus octavus, usque ad os multiforme. Quanquam praeterea in itinere ab externo latere aliquando dimiserit caudas duas graciles, decrescentes, inque tendines se vertentes, affigentesque processibus transversis colli quintae, & sextae à dorso ; quintae imo tuberculo priori, sextae priori parti : aliquando tantum unam [d], insertam mediae longitudini processus transversi atlantis, ab inferiore parte. Harum loco semel invenimus musculum singularem, qui binis capitibus cum Recto oriebatur à processibus transversis secundae & tertiae à dorso, pertinebatque ad extremum lunatum marginem transversi quintae : erantque capita illis Recti similia, confluebantque in muscu-

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. n-e. XLIII. 95. C.
d Cowper Myot. ann. 1724. Tab.

a Eu-

lum gracilem, ſenſimque graciliorem, abeuntemque in finem tenuem & tendineum. Invenimus in alio ſimilem, ſed uno capite orientem à cauda Scaleni prioris, quae inſerta proceſſui tranſverſo tertiae à dorſo; ex acuto craſſiore, & ſe findente in caudas duas graciles, quarum prima brevior, inſertaque imo extremo tuberculi prioris proceſſus tranſverſi quintae à dorſo: ſecunda longior & inſignior, ad atlantem cum cauda Scaleni medii pertinens, ſeſeque ad poſtremum cum interno latere caudae illius conjungens. Caeterum actio Recti eſt, capitis priorem partem deprimere in priora, ac ſimul nonnihil in latus; eoque & collum flectere in partem eandem: cum vero collum caputque retrorſum flexa, erigere ea.

Eſt alterius muſculorum, *quos fere ſub ſtomacho latitantes veteres appellaſſe videntur*, pars *in os occipitis inſerta*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. Pars eadem *Primi*, & *Secundi dorſum moventium*, ibid. Cap. 38. *Primi cervicis muſculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 18. pars *occipitio annexa*. *Nonus muſculus capitis*, Fallopp. Obſ. an. in capitis muſculis. Alterius lateris *muſculi ſtomacho ſubjectorum*, Euſtach. de motu cap. *portio in occipitis os inſerta*. *Qui cum maſtoideo caput flectit*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 21. *Rectus internus major*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 22. Dougl. Myogr. Cap. 18. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 22. *Le Droit anterieur long*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 729. & ſeq. *Le grand Droit anterieur*, ibid. §. 1185.

C A-

CAPUT CXXXVII.

De Longo colli [a].

Longus colli constat fere è duobus musculis, inter se nexis. Septem hujus, quibus incipere solet, capita continua per colli altitudinem serie oriuntur à vertebris dorsi superioribus [b] tribus, colli secunda, tertia, quarta, quinta: primum à media laterali parte corporis decimae dorsi à lumbis: secundum ab eadem undecimae: tertium fere ab eadem duodecimae: *sequentia à superiore & eadem interiore, id est, corpora vertebrarum spectante parte tuberculi prioris processuum transversorum colli*, quas diximus, vertebrarum: accedit aliquando aliud à principio costae secundae, aliudque à latere corporis vertebrae imae colli, aliudque à secundae à dorso: aliquando nullum à decima dorsi. Omnia primo tenuiora & angustiora, dein intumescunt magis magisque, & à principio vel majorem partem, vel tota tendinea, aliquandiu tendinosa manent *à priore parte, praesertim quae à corporibus vertebrarum procedunt: quod à transverso* quintae à dorso, ex parte tendinosum inveni, qua incumbit vertebris. Adscendit inde utraque parte, sed in diversa, ipsaeque partes dissimiles inter se. Quippe altera [c], è qua inferior pars musculi ab externo latere

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Σ. & Tab. XXXVIII. ef. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. infra B. ad spinam. Bidloo Tab. XVIII. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIV. 98.

b Eustach. Tab. XXXVIII. d. & f.

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Σ-ε. & Tab. XXXVIII. f.

d Eu-

sit, nonnihil oblique in latus procedit, & plerumque abit in caudas tres, easque longas, sensim graciliores, sensimque magis tendinosas, inprimis à parte priore; in fine plerumque totas tendineas, saepe bifidas, desinentes ad tres colli vertebras, secundam, tertiam, quartam à dorso, ad tuberculum prius processus earum transversi: quibusdam tantum duae tales caudae, eaeque inferiores trium modo dictarum: quibusdam tantum una, eaque inferior earundem, à cujus extremo primum Recti interni majoris caput abscedit; eaque quibusdam gemina, exiliore parte, à qua Recti caput, *inserta tuberculo; insigniore juxta illud tuberculum, proximae imae parti processus.* Quibusdam contra adhuc alia, exilior, pertinens ad priorem partem radicis spinae, quae est juxta priorem partem processus transversi imae colli. Altera pars [d] longe insignior est, & qua à corporibus adscendit, rectius per priora corporum vertebrarum, immo aliquantum in contrariam partem procedit; ad quam capita, quae à processibus transversis procedunt, se oblique adjungunt: seseque ab *ea parte, qua alterius lateris Longum respicit, in caudas* [e] aliquot findit; modo autem in plures, modo in pauciores; quas corporibus colli vertebrarum inserit, priori parti eorum, à latere: atlantis autem tuberculi, quod in media priore parte sua habet, parti inferiori; ubi se in fine dexter cum sinistro aliquando conjun-

d Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Σ-α. & Tab. XXXVIII. c.

e Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Σ-β. γ. δ.

a Eu-

conjungit. Et vel ad omnes pertinet, vel ad quinque superiores, vel ad quatuor, vel ad tres [e]; plerumque autem ad quatuor, caudis totidem, quae paullatim decrescunt, & in finem tendineum planiorem abeunt. Earumque quaeque quo superior, eo quoque insignior: caeteris autem exiliores, quae datae vertebris tribus primis à dorso. Quae sequentibus tribus datae, non raro latiores, latitudinem vertebrarum ad processus transversos usque tenent fine suo, ea parte tenuiores, magisque carneae, subjectaeque ipsi musculo. Nuper & ad os occipitis pertinentem caudam inveni. Collum in posteriora curvatum erigit; curvat deinde in priora, eodemque tempore modice in latus.

Est alterius musculorum, *quos fere sub stomacho latitantes veteres appellasse videntur*, pars *cervicis vertebrarum corporibus inserta*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 28. Pars eadem *Primi*, & *Secundi dorsum moventium*, ibid. Cap. 38. *Primi cervicis musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 18. pars *vertebrarum corporibus annexa*. Pars alterius lateris *musculi stomacho subjectorum*, Eustach. de motu cap. *Longus*, Riolan. Anth. Lib. V. Cap. 22. *Cervicem flectentium primi paris*, *sive Longi*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 7. *Longus colli*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 23. *Longus*, Dougl. Myogr. Cap. 19. *Longus colli*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 14. Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 23. *Le Long du col*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 760. & seq. & 1193. & seq.

CAPUT CXXXVIII.

De Recto capitis interno minore [a].

Hic parvus, tenuis, pro longitudine satis latus, qua vero incipit, angustior; deinde se sensim modiceque dilatans, sensimque crassescens, in fine nonnihil tenuior; ab ortu, inque fine, tendinosus. Oritur à priore eademque superiore parte corporis atlantis [b], juxta radicem processus transversi, & ab ipsa radice. Adscendit oblique introrsum, pertingitque ad inferiorem eandemque posteriorem partem *marginis ossis occipitis, qui cum petroso leviter* connexus: se autem inserit [c] tuberculo, quod è margine illo, ante p ocessum coronoïdeum eminet; juxtaque illud se etiam immiscet materiei illi quasi cartilagineae, quae implet intervallum imae ossis occipitis & petrosi parti ante fissuram, qua exit nervus octavus capitis, interjectum. Caput in priora simulque nonnihil in latus nutare facit.

Est *Musculus digitalis latitudinis, ab eminente quadam linea occipitis ossis principium sumens*, Eustach. de motu cap. *Rectus internus minor*, Cowper Myot. Cap. 22. *Le Rengorgeur oblique*, Dupré, Philosoph. Transact. ann. 1699. Vol. XXI. n°. 251. & Act. Eruditor. ann. 1699.

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Ξ. dext. & Tab. XXXVIII. b. dext. Cowper Myot. ann. 1694. Fig. III. i. & ann. 1724. Tab. XXIV. & XLIII. 56.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Ξ-αα. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIII. 56.

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. Ξ-ββ.

a Eu-

1699. Septemb. *Rectus internus minor*, Cowper ibid. *Rectus internus minor Cowp.* Dougl. Myogr. Cap. 18. *Rectus anticus minor*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 19. *Le Droit anterieur court*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 731. & seq. *Le petit Droit anterieur*, ibid. §. 1185.

CAPUT CXXXIX.

De Recto laterali a.

Non absimilis ei lateralis, minor autem, ac sensim nonnihil angustior, sensim crassior, orienque à parte priore partis superioris processus transversi atlantis b, ferme per longitudinem ejus totam; inque exteriora adscendens ad eum ossis occipitis marginem c, qui facit posteriorem partem foraminis quo exit vena jugularis interna, ibique se affigens superficiei inaequabili, quae est & juxta posteriorem illius marginis partem, & juxta processum mammillarem. Aliquando unius loco duo inveniuntur, altero, & eo insigniore, procedente à processu supradicto; altero ab ipso corpore vertebrae, juxta processum illum. Caput in latus & simul nonnihil oblique in priora deprimit.

Est *Musculus admodum parvus, qui à processu transverso*

a Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. A. & Tab. XXXVIII. a. Cowp. Myot. ann. 1694. Fig. III. k. & ann. 1724. Tab. XXIV & XLIII. 97. & Tab. XLIV. Fig. 1. N.

b Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. A-α. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLIV. Fig. 1. infra N.

c Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. A-β.

verso primae vertebrae ortus, &c. Fallopp. Obs. an. in capitis musculis. *Alter musculus praedictis brevior & angustior*, &c. Eustach. de motu cap. *Musculus obliquus, qui ante à transverso primae vertebrae processu in caput inseritur*, ibid. *Rectus lateralis*, Cowper Myot. Cap. 22. *Le Rengorgeur droit*, Dupré, Philosoph. Transact. ann. 1699. Vol. XXI. n°. 251. & Act. Erudit. ann. 1699. Septemb. *Rectus lateralis*, Cowp. ibid. *Rectus lateralis Fallopp.* Dougl. Myogr. Cap. 18. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 19. *Le premier Transversaire anterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 733. & 1185. & 1188.

CAPUT CXL.

De Intertransversariis prioribus colli [a].

Primus recta ab eminentia vertebrae colli primae à dorso, quam illa habet loco radicis prioris processus sui transversi, adscendit ad inferiorem eandemque priorem tum radicis tuberculi, tum ipsius tuberculi prioris processus transversi secundae. Secundus à superiore eademque posteriore tuberculi prioris, radicisque *processus transversi secundae*, ad inferiorem eandemque priorem radicis, ipsiusque tuberculi ejusdem tertiae. Tertius à tertia ad quartam, ut secundus à secunda ad tertiam. Sic & quartus à quarta ad quintam. Quintus à quinta, ut secundus à secunda, ad inferiorem partem radicis processus transversi sextae,

a Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XXIII. 101. inf. & Tab. XLIV. Fig. 1. *Intertransversales colli*: ubi priores à posterioribus non distinxit.

b Dupré

tae, marginisque prioris illius partis ejus, qua sustinet atlantem; & ad proximam corporis partem, mox infra marginem mododictum. Sextus[b] autem oblique introrsum adscendit à priore parte radicis prioris processus transversi sextae, ad imum priorem marginem radicis transversi septimae. Hic & à reliquis figura diversus est: incipit enim gracili tendine, paullatimque latescit, & donec extremum rursus extenuet, crassescit. Quibusdam biceps fuit, accedente capite à superiore parte tuberculi prioris processus transversi quartae, tendineo primum, post carneo, & ex acuto sensim pleniore. *Reliqui tumiduli, prope teretes, verumtamen latiores quam crassiores; in principio, inque fine tenuiores, & tendinosi.* Aliquando se duo proximi ultra extremum, cui affixi, tuberculum continuant. Ad se invicem adducunt processus, inter quos intercedunt; ac sic collum in latus flectunt, in oppositum latus flexum erigunt. Sextus praeterea atlantem nonnihil vertit, id est, cum is in alterutram partem conversus est, restituit eum.

An sextus est *Secundam vertebram primae anteriori in fede connectens*, Eustach. de motu capitis? Est *the Flexor of the first vertebra on the second*, Dupré, Philos. Transf. ann. 1699. Vol. XXI. n°. 251. *Flexor vertebrae primae super secundam*, Dupré, Act. Eruditor. ann. 1699. Septemb. *The muscle employed in shaking the head*, Cowper, ibid.

b Dupré, Philosoph. Transact. ann. 1699. Vol. XXI. n°. 251. Fig. 1. of Dupré, 10. fin. & Act. Erudit. ann. 1699. Septemb. Tab. VII. Fig. 1. 10. fin.

a Cow-

ibid. in Philoſoph. Tranſ. & Act. Erudit. *Muſculus caput concutiens*, Dougl. Myogr. Cap. 18. ut videtur. Unus *Intertranſverſalium*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 23. *Le ſecond Tranſverſaire anterieur*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 734. & 1185. 1188.

Reliqui, aut poſteriores, aut utrorumque partes, ſunt *the muſcles placed between the tranſverſe proceſſus of the other vertebrae of the neck*, Cowper, Philoſoph. Tranſ. ann. 1699. Vol. XXI. n°. 251. *Muſculi tranſverſis proceſſibus reliquarum vertebrarum cervicis interjecti*, Cowper Act. Eruditor. ann. 1699. Septemb. *Intertranſverſales*, Dougl. Myogr. Cap. 27. Sunt partes priores *Intertranſverſalium*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 23. Aut horum aliqui, aut poſteriorum, aut partes utrorumque, ſunt *les petits Tranſverſaires du col*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 776. & 1197.

CAPUT CXLI.

De Intertranſverſariis poſterioribus colli [a].

Recta quoque adſcendunt poſteriorum primi quinque. *Primus à parte eadem & ſuperiore* & priore proceſſus tranſverſi primae colli, ad inferiorem, & ad poſteriorem tuberculi poſterioris, vicinumque marginem extremum lunatum ſecundae. Secundus à ſuperiore parte tuberculi poſterioris proceſſus tranſverſi ſecundae, ad inferiorem & eandem poſte-

a Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XXIII. 101. inf. & Tab. XLIV. Fig. 1. *Intertranſverſales colli*: ubi poſteriores à prioribus non diſtinxit.

a Eu-

posteriorem ejusdem tuberculi, marginisque lunati, tertiae. Nec aliter quam secundus, tertius à tertia ad quartam; itemque quartus à quarta ad quintam. Quintus eodem modo à quinta, sed ad inferiorem eandemque posteriorem partem processus transversi sextae. Hi similes prioribus ad easdem vertebras pertinentibus. Eademque actio eorum. Sextus plane discrepat. Adscendit modice extrorsum. Oritur partim à superiore parte extremi processus transversi sextae, partim abscedit à fine caudae Splenii colli, quae inserta processui eidem; partim à fine ejusdem caudae Transversalis cervicis: saepe ab his modo, non autem à processu: aliquando à solo Transversali cervicis, ut ejus accensendus sit caudis. Principia gracilia, sensim insigniora: è quibus venter quoque gracilis, qui mox decrescit paullatim, tendinosusque fit extrinsecus, sic ut finem habeat angustum, tenuem, valde tendinosum. Atque is se inserit septimae processus transversi extremi parti inferiori, juxta partem priorem. Eamque vertebram eo prope modo deprimit, quo sextus prior.

Hi, praeter sextum, aut fortasse priores, aut partes utrorumque, sunt *the muscles placed between the transverse processus of the other vertebrae of the neck*, Cowper, Philosoph. Transact. ann. 1699. Vol. XXI. n°. 251. *Intertransversales*, Dougl. Myogr. Cap. 27. Sunt partes posteriores *Intertransversalium*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 23. Aut aliqui horum, aut posteriorum, aut partes utrorumque, sunt *les petits Transversai-*

verſaires du col, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 776. & 1197.

REGIO XXII. SCAPULA CUM SUPERIORE PARTE HUMERI.

CAPUT CXLII.

De Deltoïde [a].

Deltoïdi figura quaſi triangularis. Principium latum, oriens à parte priore claviculae [b], qua pars illa concava eſt; & à margine inferiore proceſſus ſuperioris [c], ſpinaeque [c] paullo minus quam *totius: idque totum quidem non valde craſſum, tenuius* autem qua parte à ſpina oritur, eaque etiam tendineum [d]; reliqua tendinoſum. Paullatim vero craſſior fit, & paullatim quoque, ſed multo, anguſtior. Tenditque ad priorem oſſis humeri partem, ubi ſe extremo partim tendineo, partim carneo, inſerit [e] tuberibus oblongis, quae os illud ſtatim ſupra medium longitudinis ſuae habet; itemque mediae inter ea parti: & ubi ſe inſerit, deorſum verſus extenuat. Conſtat autem ex ſeptem *portionibus* [f], *inter* ſe junctis,

a Euſtach. Tab. XXXIV. V. & Tab. XXXV. z. Veſal. Epit. Fig. muſc. II. G. dext. & Fig. 1. P. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 10. Δ. & Tab. 4. Ξ. & Tab. 2. M. & Tab. II. M. & ABCD. & Tab. ſ. γ. Bidloo Tab. LXVI. XX. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLIX. Fig. 1. 108. & Tab. XLVII. 108.

b Euſtach. Tab. XXXV. z-αα. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLIX. Fig. 1. 108.

c Euſtach. Tab. XXXIV. V-αβ. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLIX. Fig. 1. 108.

d Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVII. 108. C.

e Euſtach. Tab. XXXIV. V-γ. & Tab. XXXV. z-β. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. II. P.

f Lower de corde, Tab. IV. Fig. 1. quodammodo.

g. Lower

ctis, sed non difficulter distinguendis, inque duos ordines dispositis. Quatuor [g] pertinent ad primum ordinem, à principio latae, majoremque partem carneae; in extremum autem tendineum, tenue, latum, quaeque abeuns, desinentesque ad ossis humeri, quae diximus, tubera oblonga. His pectinatim intersertae quae supersunt tres [h] ordinis secundi: eaeque, contra atque illae, à principio tendineae sunt, & angustae; dein carneae: atque ita cum illis primi ordinis à principio aliquandiu cohaerent, ut illae carne sua ab harum tendine abscedere videantur: contra autem in fine illae secundi ordinis sua se carne tendinibus primi, qua hi se mutuo spectant, adjungunt ad finem usque. Primi autem ordinis portio prima priorem ipsius musculi marginem efficit, insignis, oriens à clavicula, & à mucrone processus superioris scapulae; inserta priori parti tuberis prioris, ac saepe rursus divisa in duas, in extremum tendineum singulas abeuntes, iisque se conjungentes in unum: secunda marginem efficit posteriorem, insignis & ipsa, ac saepe etiam in duas divisa, oriens à spina scapulae, magnaque parte processus superioris; inserta posteriori parti tuberis posterioris: tertia & quarta in media parte musculi, utraque minor; earumque prior, quam tertiam dicimus, oritur ab extremo processus superioris, desinitque ad posteriorem partem tuberis prioris; posterior, id est quarta, incipit ab

g Lower de corde, Tab. IV. Fig. I. dd. dd. d. d.

h Lower de corde, Tab. IV. Fig. I. c. c. c.

a Eu-

angulo posteriore, sive cubito flectentis se processus superioris; inserit se priori parti tuberis posterioris. Secundi ordinis prior parva, interserta primi ordinis primae & tertiae, inter eas à processu superiore oriens, & ad tuber prius desinens: post hanc media, quae major, interserta primi ordinis tertiae & quartae, pariter inter eas oriens à processu superiore, pertinensque ad locum inter duo ossis humeri tubera medium: posterior similiter satis insignis, interserta-que primi ordinis quartae & secundae, atque inter eas etiam à processu superiore oriens, pertinensque ad tuber posterius. Portiones primae ubi se inserunt, ab inferiore parte tendinibus suis aliquantum solent cum Brachiali interno cohaerere: magis autem, & fere semper, carne sua cum eodem cohaerent secundae. Deltoïdes os humeri recte attollit in exteriora: oblique autem in priora, si pars ejus prior praevaleat; in posteriora, si posterior. Prior quoque brachium, cum pars ejus prior in exteriora conversa, restituit: posterior, cum pars eadem conversa in interiora. Posterior vero priore latior, ob idque etiam obliquius descendit, & ea re brachium insignius attollit, vertitque. Sed & humerum Deltoïdes attrahit ad brachium. Invenimus, ad cujus posteriorem marginem accedebat portio insignis, oriens ab ora priore scapulae, inter Infraspinatum & Teretem minorem. Caeterum huic musculo circa processum superiorem scapulae subjecta bursa insignis, qualis Iliaco interno cum Psoa magno.

Est

Est *Secundus brachium moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 23. *Secundus humeri musculus epomis deltois & humeralis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 16. *Secundus movens humerum*, Fallopp. Obs. an. in illis, qui humerum movent. *Deltoides*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. *Elevator*, *Attollens humerum*, δελτοειδὴς, *Deltiformis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 14. *Deltoides*, Stenon. Element. myolog. p. 53. *Deltoeides*, Lower de cord. Cap. 1. *Deltoides*, Cowper Myot. Cap. 25. Dougl. Myogr. Cap. 30 : qui clarus atque peritissimus Vir, etiam Deltoïdem in portiones, quas dixi, distinctum, nuper, cum in hanc regionem venisset, & de hac re coram inter nos forte conferremus, mihi exhibuit. *Le Deltoide*, Winsl. Exp. an. Trait. des musc. §. 175. & seq. & 923. & seq.

CAPUT CXLIII.

De Supraspinato [a].

Scapulae cavum quod supra spinam est, ad cujus figuram formatus, opplet, à posteriore ejus parte incipiens [b], usque ad lunulam, quae ad radicem processus coracoïdei ; procedensque ad ossis humeri caput superius. Ubi primum incipit, tenuis est ; dein ut pergit oriri [c], fit paullatim crassior, & primum latior,

a Eustach. Tab. XXXVII. A. & Tab. XXXVIII. D. Vesal. Epit. Fig. musc. II. M. sin. & Fig. III. s. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. II. G & Tab. 6. k. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 17. F. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. XLVII. 109.

b Eustach. Tab. XXXVII. *A-α*.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVII. 109. *AA*.

d Cowper

or, dein anguſtior; poſt [d] ſenſim gracileſcit. Se autem vertici tuberis magni & inaequabilis, quod caput oſſis humeri ab exteriore parte ſua exſerit, affigit [e] tendine [f] brevi, eodemque craſſo, plano, non valde lato, intus è carne naſcente, paullatimque creſcente, & in fine aliquando conjuncto cum illo Infraſpinati. Eique tendini ad poſtremum accreta capſa continens humeri articulum, ſicuti & tendinibus ſequentium aliquot, nempe Infraſpinati, Teretis minoris, Subſcapularis: itaque fit, ut hi muſculi, aliique in eo ſimiles, cum agunt, non modo flectant articulum, ſed etiam capſam, ne remanens corrugaretur, & impedimento eſſet, retrahant. Supraſpinatus autem os humeri attollit in priora, ſimulque oblique in exteriora: & humerum quoque attrahit ad brachii ſummum.

Eſt *Quintus brachium moventium*, Veſal. de. H. C. F. Lib. II. Cap. 23. *Quintus humeri muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 16. *Supraſpinatus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. *Circumagentium humerum primus, ſuperſcapularis ſuperior*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 14. *Supraſpinatus*, Cowper Myot. Cap. 25. Dougl. Myogr. Cap. 30. *Le Sus-Epineux*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 214. & ſeq. *Le Sur-Epineux*, ibid. §. 949. & ſeq.

C A-

d Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVII. 109. inter B. & A. proxim.
e Euſtach. Tab. XXXVII. A-β. & Tab. XXXVIII. D-∗.
f Euſtach. Tab. XXXVIII. D-∗. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVII. 109. B.

a Eu-

CAPUT CXLIV.

De Infraſpinato [a].

Ad exemplum Supraſpinati occupat quod dorſi ſcapulae infra ejus ſpinam eſt, praeter marginem eundem & priorem & inferiorem, partemque inferiorem anguli inferioris. Oritur & à dorſo ſcapulae, à baſi [b] uſque ad radicem proceſſus ſuperioris; & ab inferiore parte ſpinae, & ex illo ſinu, qui ſecundum oram priorem eandemque inferiorem porrectus. Caeterum ſimilis praecedentis, niſi quod major ſit, & ab *initio longe latior, eundo longe ſe magis in anguſtum ad dorſi ſcapulae figuram cogat*, ſpecie trianguli. Tendinem [c] quoque, ſed inſigniorem, craſſum, brevem, ſatis latum producit; qui procedit ad ſuperiorem & eandem poſteriorem partem ejuſdem, ad quod idem ille, tuberis. Extus autem circa mediam longitudinem carnis incipit apparere [c], latus ibi, indeque ſenſim anguſtior quidem, ſed ſimul inſignior: eique ſe in progreſſu tum à ſuperiore parte, tum *ab inferiore, caro adjungit* [c]; *quarum illa* procedit à tota maxime *ſpina* ſcapulae; haec, quae *inſignior*, ab angulo inferiore; utraque ſenſim decreſcens. Et inferior quidem ſua ſe carne ad exteriora tendinis adjungit: ſuperior, qua parte inſidet tendi-

Hhh ni,

a Euſtach. Tab. xxxvii. B. & Tab. xxxix. u. Veſal. Epit. Fig. muſc. ii. N. ſin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. ii. r. pars ſuperior & major. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 17. G. Bidloo Tab. lxvi. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. xlvii. iio.

b Euſtach. Tab. xxxvii. B-αα.

c Euſtach. Tab. xxxvii. B-β.

a Eu-

ni, tendineam partem & ipsa inchoat, sensimque auget, adjungitque tendini, ad postremum carnea quoque ad eum accedens parte. Brachium inprimis convertit hic musculus, priorem partem ejus vertens in exteriora.

Est *Septimus brachium moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 23. *Sextus humeri musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 16. *Infraspinatus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. *Circumagentium secundus*, *superscapularis inferior*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 14. *Infraspinatus*, Cowper Myot. Cap. 25. Dougl. Myogr. Cap. 30. *Le Sous-epineux*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 209. & seq. & 958. & seq.

CAPUT CXLV.

De Terete minore [a].

Marginem vero scapulae eundem & priorem & inferiorem, qui ab Infraspinato liber est, tenet Teres minor; ab ejusque marginis exteriore parte tota, ab angulo inferiore scapulae, ad usque cervicem, oritur initio majorem partem carneo, extrinsecus tamen à principio aliquandiu tendinoso ab inferiore parte. Porrectus igitur secundum oram illam, in latus, inque priora adscendit, ex tenui paullatim dum oritur crassior, dein tenuior, & à primo initio acutus,

a Eustach. Tab. XXXVII. C. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 17. a. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVII. III.

b Eu-

tus, dein sensim ad finem usque latior : pertinetque ad inferiorem & eandem posteriorem partem illius tuberis, ad quod praecedens; itemque ad finitimam inferiorem cervicis humeri. His vero praecipue mediocriter crassum tendinem [b] inserit; dein & portionem carneam tenuiorem, ab inferiore parte [c] tendinis; aliquando & alteram, sed minus insignem, à superiore [d]. Tendo enim ejus ex media carne, ut in praecedentibus duobus, natus, ac primum non longe à fine musculi in exteriore ejus parte conspicuus [e], angustusque, ad extremum usque carnem ab inferiore parte, *aliquando & à superiore, insertam* [e] *sibi habet, sic ut ad ipsum etiam os*, ut dictum est, cum eo perveniat. Cum Infraspinato à principio aliquantum solet esse connexus. Eademque utriusque actio.

Est *Octavus movens humerum*, Fallop. Obs. an. in illis, qui humerum movent : vid. quae respondit Vesal. in Exam. *Rotundus minor*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. *Musculus peculiaris, à nemine adhuc annotatus, cujus inventionem Placentinus sibi tribuebat*, Declar. Tab. Casser. ap. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Tab. 17. a. *Teres minor*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 25. Dougl. Myogr. Cap. 30. *Le petit Rond*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 91. *Teres minor*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 25. *Le petit Rond*,

b Eustach. Tab. XXXVII. C-β.
c Eustach. Tab. XXXVII. C-δ.
d Eustach. Tab XXXVII. C-γ.
e Eustach. Tab. XXXVII. C-α.

a Eu-

Rond, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 206. & seq. & 964. & seq.

CAPUT CXLVI.

De Terete majore [a].

Non multum infra Subscapularem eminentiae oblongae humeri, quae est aliquantum infra tuber capitis ejus superioris inaequabile minus, insertus [b], qui incipit [c] ab exteriore parte anguli inferioris, ac finitimae partis orae prioris scapulae; eodemque ac minor modo adscendit, Teres major: longus, crassus, *quasi teres*, *at multo tamen latior*, quam crassior; in ortu tenuior, *subtendineus*, & *dum oritur*, sensim latior & crassior; ubi à scapula abscedit crassior, & dein sibi satis similis, sed haud procul ab humero extenuatus, modiceque angustatus, ac dein in tendinem [d] latum tenuemque abeuns, qui paullatim crassior, & in fine latescens, maxime autem in partem inferiorem [e], à sua posteriore parte carne, paullatim exiliore, diu, & aliquando ad finem usque, instructus apparet, *ita tamen, ut ipsa etiam illa caro in fine suo extrinsecus tendinosa fiat*, praesertim à parte

a Eustach. Tab. XXXVI. V. & Tab. XXXVII. D. & Tab. XXXVIII. F. Vesal. Epit. Fig. musc. II. P. fin. & Fig. III. y. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. II. L. & Tab. 13. S. & Tab. 7. M. Casser. Tab. ap. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Tab. 17. E. Bidloo Tab. LXV. d. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVIII. 112.

b Eustach. Tab. XXXVIII. F-*a*. Bidloo Tab. LXV. d.

c Eustach. Tab. XXXVI. V-*a*. & Tab. XXXVII. D-*a*.

d Eustach. Tab. XXXVIII. F-*a*.

e Bidloo Tab. LXV. d.

a Eu-

parte inferiore ; videaturque tendo tum è parte priore carnis, tum è posteriore, potissimum tamen è posteriore, enasci. Se autem ad postremum in duas quasi dividit portiones, quarum prior praecipua, maximeque tendinea, seseque inserit eminentiae supradictae : posterior angusta, sed crassior, & fere carnea, inserens se juxta posteriorem partem partis superioris eminentiae ejusdem. Et prior inferiore parte sua se ad similitudinem Latissimi dorsi continuat extremo Pectoralis, in sinu humeri, per quem delabitur caput Bicipitis brachii. Eidemque prioris parti inferiori firmiter accreta bursula, inter partem illam humerique os interjecta. Quomodo vero extremum hujus musculi ab inferiore parte conjunctum sit cum Latissimo dorsi, in hujus historia jam diximus. A principio autem aliquantum cum Subscapulari cohaeret, cumque Infraspinato, & Terete minore : & qua contingit Subscapularem, aliquandiu tendinosus est ab ortu suo ab ora priore scapulae. Os humeri attollit pone tergum ; idemque extrorsum sua priore parte conversum, vertit modice in contrarium.

Est *Tertius brachium moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 23. *Tertius humeri musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 16. *Rotundus major*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. *Deprimens humerum Rotundus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 14. *Teres major*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 25. Dougl. Myogr. Cap. 30. *Le grand Rond*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 91. *Teres major*, Cowper

Myot. ann. 1724. Cap. 25. *Le grand Rond*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 200. & ſeq. & 491. & ſeq.

CAPUT CXLVII.

De Subſcapulari [a].

Subſcapularis internae amplitudini ſcapulae, qua ea concava eſt, inſidet, oriturque à poſteriore parte ejus [b], fere uſque cervicem; & prope à tota inferiore marginis rotunduli orae prioris ejuſdemque inferioris: & qua ab ora illa juxta angulum ſcapulae *inferiorem, ibi extrinſecus à poſteriore parte aliquandiu* tendinoſus. Decurrit ad ſuperiorem humeri partem [c]. Juxta baſem ſcapulae latior, tenuiſque eſt; inde ſe maxime ut ipſa ſcapula coanguſtat, & donec oritur, increſcit; poſt decreſcit, abitque in finem latum, majorem partem tendineum & craſſum, ab inferiore carneum & tenuiorem; cujus pars tendinea inſerta tuberi inaequabili minori capitis ſuperioris humeri, à ſummo ad imum; carnea infra tuber *illud ipſi humero. Os humeri hic muſculus admovet ad latus corporis, ac ſimul introrſum inſigniter* vertit, contrario modo atque Infraſpinatus & Teres minor. Idem os, cum ſublatum eſt, deprimit. Eſt vero in faſciculos notabiles certo quodam modo diſtinctus, qui ad

a Euſtach. Tab. XXXVIII. E. Veſal. Epit. Fig. muſc. III. t. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. r. Bidloo Tab. LXV. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVIII. & XLIX. III r.

b Bidloo Tab LXV. E.

c Euſtach. Tab. XXXVIII. E-æ.

a Eu-

ad tres ordines referri possunt. Ad primum quinque plerumque pertinent, oriundi ab eminentiis, quae in cava scapulae parte juxta basem ejus sunt: prima mox infra angulum superiorem, quinta ad radicem anguli inferioris, tres reliquae medio inter has loco: omnes primum tendinei, & graciles; dein sensim carnei, sensimque latiores, & insigniores; converguntque sensim, donec ubi ad humerum accedunt, coëant. Par numerus secundi ordinis fasciculorum, quorum quatuor inferiores interjecti primi ordinis quinque; superior supra eorundem superiorem. Hi carnei, primum *latiores & tenuiores, dein angustiores & crassiores*, abeuntque singuli in tendinem insignem: convergunt-que ad humerum incedentes, partim subjecti illis primi ordinis, cum iisque cohaerentes, maxime tendinibus suis. Atque in horum intervallis tertius ordo, subjectus primo. Constat is ex carne tenuiore, sensim tamen crassescente, juncta & fasciculis secundi ordinis, quibus interserta; & primi, qua iis subjacet. Ex his tribus ordinibus inter se ad postremum commistis, extremum efficitur unum, crassum, latum, quod ex interiore parte tendineum fieri primum incipit, ab inferiore carneum permanet.

Est *Sextus brachium moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 23. *Septimus humeri musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 16. *Immersus*, *sive subscapularis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. *Circumagentium tertius*, *subscapularis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 14. *Subscapularis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 25.

25. Dougl. Myogr. Cap. 30. Le *Souſcapulaire*, Winſl. Hiſt. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 91. *Subſcapularis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 25. *Le Sous-ſcapulaire*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 219. & ſeq. & 961. & ſeq.

REGIO XXIII. HUMERUS.

CAPUT CXLVIII.

De Bicipite brachii [a].

Duo muſculi, qui tantummodo in fine conjuncti, *Bicipitem efficiunt. Prior* [b] *ab initio tendo* [c] longus eſt, craſſuſque, & planus. *Is autem naſcitur* [d] à parte eadem & ſuperiore & exteriore marginis ſinus illius ſcapulae, cum quo caput humeri commiſſum; ubi & continuus tendo ille ligamento, quo augetur ora ſinus. Inde primum per capſam, quae articulum modo dictum complectitur, ſuper caput oſſis humeri procedit [e] in priora introrſum ad ſinum, qui eſt inter duo capitis illius tubera inaequabilia; per eumque [f] deinde deſcendit, retentus in eo ligamento [g] *tendineo lato tenui, quo obductus, ſic ut nunquam, in quacun-*

a Euſtach. Tab. xxxv. TV. Veſal. Epit. Fig. muſc. 1. r. ſin. & de H.C.F. Lib. II. Tab. 6. Θ. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 116.

b Euſtach. Tab. xxxv. T. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 116. A.

c Euſtach. Tab. xxxv. T-αβ. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 116. A.

d Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 20. Fig. 1. G.

e Euſtach. Tab. xxxv. T-α. Veſal. Epit. Fig. muſc. 1. b. ſin.

f Euſtach. Tab. xxxv. T-β. Veſal. Epit Fig. muſc. 1. b. ſin.

g Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 19. ee.

h Eu-

cunque etiam humeri positura, elabi ex canali, qui è sinu illo ligamentoque fit, possit, neque nimis ab humeri capite deflectere: & cum ex hoc canali exiit, descendit ulterius, paullatimque latior, in ventrem [h] intumescit. Primum ejus tendinis initium crassius est, & latius: inde angustior fit, & paullo tenuior; qua vero super caput humeri incedit, latior est, crassiorque, & durior. Posterior musculus [i] à principio tendineus est, tenuis, latus, cohaerensque [k] cum Coracobrachiali, ac cum eo se demittens ab extremo processu coracoïdeo [l]. Mox autem in ventrem prioris similem abit, sensim crassescens, & latescens. Utriusque venter oblongus est, crassus, sensimque crassior, manetque extrinsecus diu, itemque aliquantum intrinsecus, minus autem minusque, tendinosus. Qui posterioris est, paullo citius incipit, quam qui prioris, eoque etiam à principio crassior est [m]: at contra extremum prioris crassius est, posteriori ex parte subjectum [m]. Et jam cito alter alterum contingit, donec deinde, postquam inceperunt gracilescere, confluant in commune extremum [n], paullatim angustius & tenuius, seseque mox in tendinem [o] crassum, longumque, & ex utroque ventre principii sui partem habentem, vertens. Quibusdam tantum tendine illo,

h Eustach. Tab. xxxv. T. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 116. A.
i Eustach. Tab. xxxv. V. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 116. B.
k Eustach. Tab. xxxv. R.
l Eustach. Tab. xxxiii. 31.
m Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 116. A. B.
n Eustach. Tab. xxxv. TV-γ. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. L. 116.
o Eustach. Tab. xxxv TV-δ. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. L. 116. C.
p Eu-

nulla carne, cohaerent. Sic cubitum petunt, in quo tendinem affigunt [p] tuberculo, quod è radio infra cervicem ejus eminet : affigunt autem ejus parti posteriori, per longitudinem totam : prior enim pars laevis est, ad eamque se tendo, cum prona manus, inflectit; interjectaque bursa tenuis & parva, vestiens ab una parte tuberculum, ab altera tendinem, accreta firmiter utrique, & laxe etiam finitimae parti Supinatoris brevis, cui aeque ac Bicipitis tendini parte sui subjacet. Tendo non longe à flexu cubiti incipit, aliquanto citius ab exteriore parte carnis. Multo insignior pars illa ejus, quae nascitur è ventre *priore*, quam quae *ex posteriore : & quamvis conjunctae* inter se, & connexae, tamen aliquandiu distinctae, maxime qua parte spectant Brachialem internum. Primum autem tendo se angustat : manet deinde fere ejusdem latitudinis & crassitudinis ; sed extremo dilatat se modice, & crassescit satis insigniter. Lata praeterea, eaque tenuis, aponeurosis [q] mox supra flexum cubiti tum ab exteriore parte tota principii tendinis, tum ab ima proximae carnis, quae est à *posteriore parte tendinis*, *abscedit : eaque retrorsum* se flectit, dilatatque paullatim, primo crassior, ubi se insignius dilatare incipit, inde inprimis extenuans ; partemque facit tendineae vaginae, quae cubitum sub tegumentis ambit. Biceps radium circa ulnam conversum vertit in contrarium, supinare dicunt. Cubiti articulum flectit;

p Eustach. Tab. xxxv. TV-t. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. Q. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 20. Fig. I. L. Bidloo Tab. LXVIII.

q Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 116. D. & Tab. I. & XLIX. Fig. 1. 116.

a Eu-

flectit, cum radius vel juxta ulnam rectus est, vel circa eam conversus retinetur, ne ab eo convertatur. Brachium, praesertim cum cubitus extensus, firmatusque, movere posse videtur, trahereque latus corporis versus, & simul in priora: idem extrorsum conversum, suo priore capite vertere introrsum: scapulam autem attrahere ad brachium.

Est *Primus flectentium cubitum*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 46. praeter *carnosam partem interioris principii*, &c. *Primus cubitum flectens*, *vulgo ab Italis dictus il Pescetto*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 32. praeter *alterius initii carnosam partem. Biceps*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 25. *Cubitum flectentium primus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 15. praeter *carnosam portionem in humeri medium insertam. Biceps manus*, Stenon. Elem. myol. spec. p. 51. *Biceps*, Cowper Myot. Cap. 26. *Biceps internus*, Dougl. Myogr. Cap. 31. *Le Biceps du bras*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 91. *Le Biceps, ou Coraco-radial*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 227. & seq. & 966. & seq.

CAPUT CXLIX.

De Coracobrachiali [a].

Coracobrachialis ita cohaeret [b] cum Bicipitis capite posteriore, ut pars ejus haberi possit. Com-

a Eustach. Tab. XXXIII. 36. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. I. R. & Tab. 4. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 20. Fig. 1. PP. & Fig. 3. Cowper Myot. a. 1724. Tab. XLVIII. 114.

b Eustach. Tab. XXXV. R. Bidloo Tab. LXV. F.

c Eu-

munem enim non modo cum eo à processu coracoïdeo originem habet [c], sed etiam cum principio tendineo ejus, qua id humerum spectat, diu conjunctus est: à priore quidem parte, tendinea principii sui portione; à posteriore, carne multa, quae & una cum Bicipitis capite à coracoïdeo procedit, & continuo deinde ab illo ipso capite per longitudinem abscedit. Pertingit [d] ad posteriorem partem amplitudinis interioris ossis humeri, circa mediam ejus ossis longitudinem, se nonnihil oblique retrorsum demittens. Ejus à coracoïdeo initium tenuius, angustius, &, ut indicatum, partim tendineum, partim carneum: ut deinde à *Bicipitis capite paullatim nascitur*, ita quoque paullatim crescit: idem cum deseruit, decrescit, tantum qua id contingit, aliquandiu à tendinea principii sui parte tendinosus. Nec carneus permanet, sed ante medium longitudinis suae tendinem [e] efficere incipit, qui carnem à priore parte sua usque ad finem accipit forma pennata, eoque augescit magis magisque, sed ipso fine se extenuat: non raro autem ipsa cum eo caro, eaque aliquando valde insignis, ad humerum pertinet. *Tendo saepe fine suo cohaeret cum Brachiali externo. Humeri os* ad latus corporis rectius, quam Biceps, Coracobrachialis admovet: introrsus conversum, vertit simul extrorsum. Os humeri scapulamque attrahit ad se mutuo. Aliquoties visus ex duobus constare, communem tendinem efficientibus. Alias

c Eustach. Tab. XXXIII. 31.
d Eustach. Tab. XXXIII. 36-8. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 20. Fig. 1. P. inf.
e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. XLVIII. 114. N.
f Casser.

lias ante longitudinis medium in duas partes fissus [f]; penetratque [g] ibi per eum insignis nervus.

Est *Carnosa pars interioris principii cubitum flectentium primi*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 46. *Carnosa pars alterius initii primi cubitum flectentis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 32. *Primi cubitum flectentis insignis musculosa portio, quam inter humeri motores jamdiu recenseo*, Arant. Anat. obs. Cap. 42. *Coracoideus, sive Coracobrachieus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 24. *Portio carnosa, quam Placentinus pro peculiari musculo habuit, Perforatum appellans*, Explan. Casser. Tab. ap. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Tab. 19. N. *Coracobrachialis*, Cowper Myot. Cap. 25. Dougl. Myogr. Cap. 30. *Le Coraco-brachial*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 216. & seq. & 947. & seq.

CAPUT CL.

De Brachiali interno [a].

Brachialis internus ossis humeri interiore parte demissus, ad interiorem quoque capitis superioris ulnae pertingit [b], flectitque cubitum, movendo ulnam, aut & firmata ea quantum satis, humeri os.

f Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 20. Fig. 3. B. & Fig. 1. inter P. P.

g Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 20. Fig. 1. inter P. P. Eustach. Tab. XIX.

a Eustach. Tab. XXXVIII. G. & Tab. XXXVII. EE. Vesal. Epit. Fig. musc. III. 7. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 7 P. & Tab. 8. I. Bidloo Tab. LXV. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. II. & L. 117.

b Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. N. Bidloo Tab. LXV.

c Eu-

Qua primum incipit, lunato, & velut bicorni, eoque cornua aliquantum tendinosa habente, margine [c] ambit inferiorem partem tuberum, quibus Deltoïdes insertus, cum quo & ibi frequentissime cohaeret: multaque carne oritur [d] ab amplitudine humeri, quae infra tubera illa, inde fere usque ad condylos, immo ad priorem usque. Ipse crassus, nec tamen aeque omni ex parte: siquidem à superiore tenuior & angustior, post continuo fibrarum accessu intumescit sensim, iterumque, ubi nullis amplius admodum augetur, jamque ad cubiti articulum appropinquat, detumescit; unde quoque extrinsecus *tendineus fieri incipit, citius autem, qua subjectus Supinatori longo*; post magis magisque tendineus, & quidem ad finem usque, qui crassus, & majorem partem tendineus, maxime extrinsecus. Et totus latior quam crassior est. Qua ei Supinator longus incumbit, incumbit autem à priore parte, ibi totus longe tenuior est, tanquam si sinum ei profundum Supinator ille imprimeret. Antequam se inserat, juxta condylum priorem, aponeurosem, ut Biceps, *dimittit, sed tenuiorem, similiter autem lateſcentem*, perque interiora cubiti, maxime secundum Supinatorem longum, descendentem, accedentemque ad tendineam cubiti vaginam. Ejus partem posteriorem, quae incipit juxta posteriora Deltoïdis, diu à reliquo musculo distinctam aliquando invenimus. Ibidemque ab eo porti-

c Eustach. Tab. XXXVIII. G-αα. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. LM.

d Bidloo Tab. LXVI. B.

e Eu-

portionem [c] insignem abscedere vidimus, descendereque sub Bicipite, ad eumque, qua is Brachiali interno incumbit, se non longe à tendine, in quem Biceps ille abit, adjungere.

Est *Secundus*, *seu cubitum flectentium posterior*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 46. *Secundus cubitum flectens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 32. *Brachieus internus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 25. *Cubitum flectentium secundus*, *Brachiaeus vocatus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 15. De Marchett. Anat. Cap. 18. *Brachiaeus internus*, Cowp. Myot. Cap. 26. *Brachialis internus*, Dougl. Myogr. Cap. 31. *Le Brachial*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 234. & seq. & 976. & seq.

CAPUT CLI.

De Tricipite brachii [a].

Trina Tricipiti, ut nomen indicat, capita; unum Longum [b] vocant, alterum Brevem [c], tertium Brachialem externum [d]. Longus oritur [e] ab imo cervicis

c Eustach. Tab. xxxiii. 41. ut videtur.

a Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 118. 119.

b Eustach. Tab. xxxvi. N. Vesal. Epit. Fig. musc. II. h. sin. & Fig. IV. m. dext. & Fig. III. X. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. II. f. Bidloo Tab. LXVI. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 119. A.

c Eustach. Tab. xxxvi. M. Vesal. Epit. Fig. musc. II. i. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. II. Θ. Bidloo Tab. LXVI. D. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. L. 118. B.

d Eustach. Tab. xxxvi. W. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. o. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. I[illegible]. X. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 118. C.

e Eustach. Tab. xxxvi. N-α.

f Cow-

vicis scapulae, finitimaeque partis orae, quae infra cervicem est. Tendineus [f] primo, aut tendinosus, modiceque latus & crassus, post paullatim latior crassiorque, non longe ab extremo suo iterum extenuatur, & angustatur. Et jam prope à capite carneus [f] fit, extrinsecus tamen ab ea parte, qua spectat Teretem minorem, aliquantum tendinosus, & magis etiam ab altera, qua spectat majorem, indeque diu per posteriorem partem. Brevis & Brachialis externus ab osse humeri procedunt, uterque à superiore parte tenuis & angustus, dein quanto magis procedit, eo latior. Ille vero oritur [g] ab exteriore parte ossis humeri, per *longitudinem ejus, à radice cervicis* caput superius sustinentis, primum leniter incurvo ductu usque ad posteriorem partem finis Deltoïdis, (aliquando tantum uno alterove tendine infra cervicem, inde usque ad finem Deltoïdis non adhaerens ossi, rursus deinde oriri pergens: aliquando à summo ortu, usque qua secundum Deltoïdis extremum incedit, totus interruptus, & aliquot portionibus tendineis, modicis disjunctis intervallis, per longitudinem humeri oriens) *dein secundum eum, secundumque* posteriorem *partem cornu prioris* Brachialis interni, ipsiusque deinde Brachialis, usque ad humeri marginem priorem, relictoque in medio longitudinis humeri intervallo, (per quod insignis nervus cum arteria & vena procedit) rursus deinde aliquandiu secundum margi-

f Cowper Myot. ann. 1724. Tab. L. 118. A.

g Eustach. Tab. XXXVI. M-x.

h Eu-

marginem eundem ; principio lato , tenui , tendinoso , à quo & extrinsecus primum tendinosus , maxime à parte superiore ; & à cujus latitudine tota primum crassescit, dein se extenuat. Hic, id est, Brachialis externus , ab exteriore similiter parte humeri, sed eo modo, quo ab aversa Brachialis internus: summo quidem initio suo [h] juxta inferiorem partem ejus, cui Teres major insertus ; inde lateribus suis primum obliquo ductu usque ad marginem priorem posterioremque humeri , quos attingit circa mediam humeri longitudinem ; post à marginibus illis , à posteriore prope usque ad condylum ; à priore usque ad radicem condyli , porroque ab exteriore parte radicis illius , per altitudinem ejus totam ; atque ab amplitudine ossis , quae his , quos modo memoravimus, continetur terminis : estque ab ortu tendinosus à posteriore parte ; & dum oritur , sensim à summo initio deorsum versus crassior fit. Brachiali Longus & Brevis incumbunt ab exteriore parte, à quibus tamen liber tum à priore parte , tum à posteriore [i]. Brevis prior est , Longus posterior. Horum fibrae convergunt [k] ad angulos acutos , Brachialis descendunt rectius [l]. Una tandem ex iis fit cauda, & fere hoc modo. Brevis extrinsecus jam cito in tendinem latum abit [m], & juxta Longum , quam alibi , citius : huic se Longi fibrae carneae continua per longitudinem serie ad-

h Eustach. Tab. xxxvi. W-ω.
i Eustach. Tab. xxxii. 27.
k Eustach. Tab. xxxvi. MN-β.
l Eustach. Tab. xxxvi. W.
m Eustach. Tab. xxxvi. M-γ.

n Eu-

jungunt, & ab inferiore quoque parte extrinsecus tendineae. At ex interiore parte contra fit: ibi enim Longus tendinem latum crassumque à parte Brevis efficit, ad quem hujus fibrae, ut extrinsecus Longi ad Brevem, accedunt. Amboque, quos diximus, tendines abeunt in unum [n], qui latus & tenuis. Post hos Brachialis sua se carne partim jungit carni Brevis Longique, partim tendinibus eorum, partique interiori communis [o], fere ad finem ejus usque: quin & à posteriore parte extrinsecus magis magisque tendineus fit; & partim quidem qua subjacet tendini Longi, ei se non diu post adjungit; partim ab *ejus posteriore parte conjungit cum communi tendine*, ejusque partem facit: à priore ad ipsum cum communi olecranon pertingit, portione carnea, exigua, tenui, cumque Anconeo cohaerente: interdum autem ad postremum, qua sub tendine communi incedit, deserit eum, extremoque singulari, tendineo, tenui, brevi, ulnae se post communem inserit. Communis caeterum cauda sensim decrescit. Communisque tendo quo longius progressus, eo & angustior, seseque praecipue affigit [p] *exteriori parti verticis olecrani*, extremo crasso & valente: à cujus priore parte in acutum tenuioremque mucronem [q] angustatus, decurrit longius, ad olecrani partem priorem, & ad spinam, quae continuo ab ea ex ulna eminet, desinens [q]; sic tamen, ut & aponeurosem ad vaginam tendi-

n Eustach. Tab. xxxvi. MN-*v*.
o Eustach. Tab. xxxvi. W-*βββ*.
p Eustach. Tab. xxxvi. MN-*δ*.
q Eustach. Tab. xxxvi. MN-*ε*.

a Eu-

tendineam cubiti dimittat, qualem eidem à posteriore quoque parte sua largitur. Totus caeterum Triceps recta descendit, cubitumque extendit, movens ulnam, eaque satis firmata, os humeri. Longus insuper brachium ad corporis latus, modiceque ad tergum trahit: scapulae partem, à qua procedit, ad brachium.

Longus est *cubitum extendentium primus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 46. *Tertius cubiti*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 32. *Longus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 25.

Brachialis externus, *Carnosa pars, qua primus extendentium augetur, quem secundum constituere licet*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 46.

Brevis, *Tertius cubitum extendentium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 46.

Brevis cum Brachiali externo, *Quartus cubiti*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 32.

Brachialis externus, *Brachieus externus*, Riolan. Anthr. Lib. V. 25.

Brevis est *Brevis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 25. *Os cubiti Extendentium secundus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 15.

Longus una cum Brachiali externo, est *os cubiti Extendentium primus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 15.

Longus una cum Brevi, *Gemellus*, Cowper Myot. Cap. 26. *Biceps externus*, Dougl. Myogr. Cap. 31.

Brachialis externus, *Brachiaeus externus*, Cowper

Myot. Cap. 26. *Brachialis externus*, Dougl. Myogr. Cap. 31.

Triceps totus, *Triceps cubiti*, *Extenſor cubiti magnus triplici principio natus*, Dougl. Myogr. Cap. 31. Vide *cubiti Extenſores*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 16.

Longus, *le grand Anconé*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſc. §. 239. & ſeq. & 979. & ſeq.

Brevis, *l'Anconé externe*, ibid. §. 242. & ſeq. & 982.

Brachialis externus, *l'Anconé interne*, ibid. §. 242. & ſeq. & 982.

REGIO XXIV. CUBITUS.

CAPUT CLII.

De Supinatore longo [a].

Hic, quantum experiundo aſſequi potui, radium circa ulnam in utramque partem convertit, eoque manum non modo ex prona facit ſupinam, quae vis nominis; ſed etiam ex ſupina pronam, & magis quidem, ut ſaepe ne convertere quidem in ſupinum poſſe viſus ſit. *Flectit* quoque articulum cubiti, quem praeterit, ab inferiore parte marginis prioris oſſis humeri [b], mox ſupra ortum Radialis externi lon-

a Euſtach. Tab. XXXV. W. & Tab. XXVIII. 30. Veſal. Epit. muſc. Fig. 1. x. ſin. & 1. dext. & Fig. III. ζ. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. A. & Tab. 2. S. Bidloo Tab. LXIX. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 145.

b Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 12. a.

c Cow-

longioris, ad extremum descendens cubitum. Satis latus est unde oritur, tenuisque, & ex interiore parte à principio aliquantum tendinosus: dein minus & minus latus, verum diu modice crassior, post extenuatus: quanquam ita se flexui cubiti accommodet, ut quoad incedit ad eum, primum angustior fieri videatur [c], crassiorque esse in ipso flexu, post primum latescere [c], mox rursum angustari. Inque media fere cubiti longitudine abit in tendinem [d] tenuem, ab ea parte, qua adjacet Radiali externo, citius incipientem, sensimque angustiorem, & crassiorem, verum ad postremum dilatatum & extenuatum. Insertus [e] autem priori parti capitis inferioris radii, ad principium illius sinus, per quem se à cubito ad manum demittunt tendines pollicis Abductoris longi & Extensoris parvi.

Est *Quatuor radium peculiariter agentium secundus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 45. *Octavus manus exterior musculus longissimus nuncupatus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. *Longus supinator*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 26. *Supinatorum primus, sive Longior*, Spigel. de. H. C. F. Lib. IV. Cap. 16. *Supinator radii longus*, Cowper Myot. Cap. 31. *Supinator longus*, Dougl. Myogr. Cap. 38. *Le long ou grand Supinateur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 254. & seq. & 984. & seq.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 145.

d Eustach. Tab. XXXV. W-α.

e Eustach. Tab. XXXV. W-β.

a Eu-

CAPUT CLIII.

De Radiali externo longiore, & breviore.

Radiales externos adhuc inveni duos, longiorem [a] & breviorem [b]. Uterque oritur ab inferiore parte *ossis humeri*: hic à condylo priore [c], communi cum Extensore digitorum communi, auricularis proprio, Ulnarique externo, capite tendineo; ille statim supra eum, à margine priore, principio subtendineo, à quo subtus aliquantum tendinosus. Uterque per cubitum descendit ad dorsum manus, ubi ille se *affigit* [d] *parti eidem & exteriori & priori radicis capitis superioris ossis metacarpi, cum quo* index commissus: hic, & ejusdem ossis capiti, & *illi* secundi; praecipue priori eidemque exteriori parti radicis secundi [e], posteriori autem eidemque exteriori *primi* [e]. Quibusdam brevioris tendo in duos in fine divisus, quorum alter ad primum metacarpi manus os, alter ad secundum pertinet: interdum solummodo [f] ad secundum pertinet. Uterque carpum extrorsum simulque oblique in priora flectit, brevior vero *magis in exteriora, quam longior; in priora* minus:

a Eustach. Tab. XXXVI. Z. & Tab. XXXIII. 52. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 27. Fig. 2. bdd. Bidloo Tab. LXXI. F. & Tab. LXIX. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 141. A.

b Eustach. Tab. XXXVII. F. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 27. Fig. 2. BBcc. Bidloo Tab. LXXI. I. & Tab. LXIX. D. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 141. B.

c Eustach. Tab. XXXVII. F-α.

d Eustach. Tab. XXXVI. Z-γ.

e Bidloo Tab. LXXI. I.

f Eustach. Tab. XXXVII. F-γ.

g Casser.

minus : longior cubitum quoque flectit, praesertim si is non sit, quantum potest, extensus : utrumque si trahas suum principium versus, manus, cum quantum potest supina est, modice in pronum vertitur ; cum prona, in supinum. Uterque ex tenui principio intumescit, rursumque deinde detumescit : sed longior ex ampliore fit primo modice latior, dein minus & minus latus ; brevior primo ex acutiore sensim latior, dein angustior. In tendinem uterque abit, longior tamen citius [g], multoque antequam ad mediam cubiti longitudinem venerit : brevior [h] circa mediam. Tendo *longioris primum plerumque ab ea parte incipit, quae incumbit breviori* ; principio tenuis & latus, in progressu sensim crassior, diuque angustior, post, ubi è sinu radii exit, iterum modice latior. Brevioris extrinsecus cito paullatimque editus, qua primum nascitur, se ex anguſtiore dilatat, angustat postea, ac modice sensimque crassescit, insignior illo longioris. Utrique se in fine nonnihil dilatant, extenuantque. Ambo ubi à cubito ad manum decursuri sunt, *procedunt per sinum secundum capitis inferioris radii, qui prior exteriorum* ; in eoque retinentur ligamento [i], quo obducti ; eidemque laxe adnexi subtendineis, sed sequacibus, lubricisque membranis. Inveni aliquando portionem gracilem, quae à longioris

g Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 27. Fig. 2. bd. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 141. AC.

h Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 27. Fig. 2. BBc. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 141. BC.

i Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 1. & 2. 5. Eustach. Tab. XXVIII. 54.

a Eu-

ris posteriore margine abscedebat, sensim gracilior, abeunsque in tendinem tenuem, & angustum, decurrentem secundum ventrem tendinemque brevioris, usque ad finem cubiti, inde sub tendine ejus, cum eo cohaerentem, inprimis in fine, distinctum tamen, & insertum ossi metacarpi manus secundo, mox supra eum locum, ad quem pertinet brevior.

Longior una cum breviore, *Quartus brachiale moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 44. *Septimus manus exterior musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34.

Longior est *Radieus externus, qui ab acumine osseo brachii enascitur*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 27.

Brevior est *Radieus externus, qui à condylo externo brachii oritur*, ibid.

Longior una cum breviore, est *Extendentium* (carpum) *exterior*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 17.

Longior est *the outermost muscle*, Cowp. Myot. Cap. 30. in *Extensore carpi radiali. Extensor carpi radialis longus or superior*, Dougl. Myogr. Cap. 33. *Le Radial externe premier*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 278. & seq. & 1013. & seq.

Brevior est *the other beginning*, &c. Cowper Myot. Cap. 30. in *Extensore carpi radiali. Extensor carpi radialis brevis or inferior*, Dougl. Myogr. Cap. 33. *Le Radial externe second*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 278. & seq. & 1013. & seq.

CAPUT CLIV.

De Extensore communi digitorum manus [a].

In superiore capite meminimus de communi tendineo principio Radialis externi brevioris, Extensoris communis digitorum manus, Extensoris proprii auricularis, Ulnaris externi; quod non alibi melius, quam hic loci, videmur descripturi. Crassus itaque tendo ab osse humeri oritur, partim mox supra condylum priorem, partim, & potissimum quidem, ab illius ipsius condyli priore parte tota: ad quem tendinem accedit pars tenuior, incipiens à priore parte partis superioris olecrani, juxta partem externam finis Anconei. Descendit, à principio cohaerens cum tendineo principio Supinatoris brevis, quo is à condylo incipit; cum eoque adhaerens capsae radii articulum in cubito continenti: mox autem ab exteriore parte abit in vaginam quandam tendineam, crassam, constantem è fasciculis tendineis descendentibus insignibus, tensam praeterea, arcteque complectentem musculos, qui in exteriore cubiti parte, à Radiali externo breviore, usque ad posteriora ulnae, donec spinae ejus illi, quae infra olecranum porrecta, adhaereat. Intus autem tendo ille abit in propagines notabiles, quae sepimentorum instar se interserunt musculis; unam, quae Radiali breviori & Extensori communi digito-

a Eustach. Tab. XXIX. 28. & Tab. XXXIV. WXY. Vesal. Epit. musc. Fig. II. S. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 9. Z. Bidloo Tab. LXX. D D. & Tab. LXIX. G.

b Bid-

gitorum manus : aliam , quae Extenſori mododicto & Ulnari externo: aliam, quae Ulnari huic & Anconeo. Illaque , quae interſerit ſe Extenſori communi & Ulnari , poſtquam aliquantum progreſſa , findit ſe in duas partes , continentes Extenſorem proprium auricularis. Atque à ſepimentis illis , & ab ea etiam parte , quam vaginam vocavimus , procedit caro eorum muſculorum, quibus caput illud tendineum commune eſſe diximus. Sepimenta ut deſcendunt, lateſcunt , & extenuant ſe : illudque , quod ſe demittit inter Radialem externum breviorem & Extenſorem communem, ubi hi non amplius oriuntur ab eo, *per utriuſque ſuperficiem aliquantum excurrit , efficiens* eas tendinoſas : quod inter *Ulnarem & Anconeum* , per Anconei exteriora decurrit, ad os pertinens cum eo. Nunc dici poterit de muſculis , ad commune hoc caput cum Radiali externo breviore pertinentibus. Et primo de proximo à Radiali , Extenſore communi digitorum manus , qui eodem atque ille modo , ſed ad medios digitos uſque , incedit. Caro ejus mox infra condylum humeri à communi tendineo capite *incipit , dein modice , prout pergit , intumeſcit , & cum non multum progreſſa* , ſe in tres [b] portiones dividit , graciles, paullatimque graciliores , & in gracilem eundemque fere teretem quamque tendinem [c] abeuntem ; mediam quidem citius, ſaepe circa medium cubiti ; tardiſſime vel poſteriorem , vel priorem , vel utramque aeque cito : poſteriori carnem uſque

b Bidloo Tab. LXX. DD.

c Bidloo Tab. LXX. infra D. infer.

d Bid-

usque ad ligamentum armillare adhaerentem vidimus. Tendo mediae ex illa ejus parte primum nascitur, quae incumbit subjectis musculis: duarum reliquarum ex ea, qua mediae obversae. Prioris gracillimus [d], posterioris fere crassissimus, cui tamen aliquando aequalis medius [d], qui & aliquando crassissimus, prioris & posterioris aequalibus inter se. Tres hi tendines, sicuti & portiones, è quibus nascuntur, juxta se invicem per cubiti longitudinem porrecti; ad cujus finem sub ligamento [e], quo principium dorsi manus ex transverso obductum, per canalem, ex illo ligamento & ex sinu, qui in media exteriore parte capitis inferioris radii, effectum, incedunt, ea parte & inter se, & cum canali illo laxe membranis lubricis conjuncti: & cum ex eo canali egressi, divergunt, perque dorsum manus lati & plani, sensimque latiores, ac frequenter, primo excepto, fissi [f], & quasi in fibras distincti, rursumque connexi [f], ac juxta digitos diversimode emissis portionibus [f] tendineis, tenuibus, aliis latis, aliis angustis, obliquis aliis, aliis rectioribus, inter se cohaerentes, incedunt ad digitos primores tres; ad quos antequam pertingant, fiunt sensim angustiores & crassiores, dein per dorsum sui quisque digiti rursum latescens, ac simul tenuior, pergit [g], ossis primi ordinis partem exteriorem fere ex toto integens, (quod tendo indicis cum Indicatoris

d Bidloo Tab. LXX. DD.
e Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. 3. Eustach. Tab. XXVIII. 54.
f Eustach. Tab. XXIX. 28.
g Histor. huj. Icon. IV. ll. & o. & p.

h Histor.

ris tendine facit [h]) & ad postremum affigit se [i] tuberculo oblongo transversoque, quod in superiore capite ossis ordinis secundi, à parte externa. Ubi per os primi ordinis incedunt, accipiunt Interosseorum & Lumbricalium tendines: à posteriore parte [k] tendinem Interossei; à priore autem [l] primus tendinem Lumbricalis; secundus & tertius communem [m] Lumbricalis & Interossei. Dat autem quisque ab utroque latere, ubi articulum digiti cum metacarpo praeterlabitur, tenuem latamque aponeurosem [n], quae conjunctae cum tendinibus, quos hos Extensoris tendines accipere dixi, ambiunt capsam articuli illius, per ejus latera introrsum euntes, eique se innectentes. Dant & utrimque ab ea parte, qua incumbunt ossi primo, fibras insignes, divergentes, seseque adjungentes interiori parti tendinum ad os tertium pertinentium, quorum alios è solis fieri Interosseis, alios ex Interosseis Lumbricalibusque, alium ex solo Lumbricali, in iis deinceps docebimus. Interdum praeter tres illos tendines, quartus repperitur, qui ad minimum digitum vadit, juxtaque eum se conjungit cum tendine Extensoris ejus proprii. Qui quartus se in quibusdam in principio dorsi manus findebat in duos: quorum alter gracilior erat, pertinens ad digitum minimum, propter ejus radicem adjungens se tendini Extensoris ejus proprii: alter insignior, sensim

h Histor. huj. Icon. IV. k.
i Histor. huj. Icon. IV. z. in tribus primis digitis.
k Histor. huj. Icon. IV. fs. gs. ϕs.
l Histor. huj. Icon. IV. gr.
m Histor. huj. Icon. IV. xt. dt.
n Histor. huj. Icon. IV. q.

sim modiceque lateſcens decurrebat ad intervallum capitum inferiorum tertii & quarti metacarpi oſſium, ibi ſe dividens in duos ſenſim anguſtiores & craſſiores; alteroque juxta radicem digiti minimi accedens ad tendinem ſuperiorem, quem ad digitum minimum pertinuiſſe diximus, cum eoque ſe conjungens; altero ad tendinem digiti tertii, circa locum eundem. Oſſa digitorum, ad quos hic muſculus pertinet, ſecundi ordinis extendit. Extendit etiam illa primi ordinis, ac dein in exteriora flectit: cumque totus agit, diducit digitos. Interoſſeis quoque & Lumbricalibus adjutor eſt, ad extendenda oſſa tertii ordinis. Quin etiam carpum, ni obſirmetur, in exteriorem partem flectit. Aliquando quatuor portiones ejus, vel earum aliquae, jam cito diſtinctae; aliquando fere ab ipſo principio muſculi °.

Eſt *Decimus ſeptimus digitos moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Primus manus externus muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. Vide Laurent. Hiſt. an. Lib. V. Cap. 28. in *Digitum tenſore*. Eſt *Magnus extenſor digitorum*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Digitorum extenſor primus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 20. *Extenſor digitorum communis*, *ſeu digitorum tenſor*, Cowper Myot. Cap. 28. *Extenſor digitorum communis*, Dougl. Myogr. Cap. 34. *L'Extenſeur des quatres doigts*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 326. & ſeq. & 1032. & ſeq.

° Ut Euſtach. Tab. XXXIV. W. X. Y.

a Eu-

CAPUT CLV.

De Extensore proprio auricularis [a].

Auricularis Extensor proprius communi cum praecedente capite, quo dictum modo, oritur, proceditque cum eodem, longe gracilior, multoque tardius carnem inchoans, & notabili quidem à cubiti articulo distantia; ex acuto usque ad medium sensim modiceque crassior, dehinc rursus gracilior, inque unum tendinem [b], à posteriore parte sua incipientem, abeuns, pariter sub ligamento [c], sub quo communis digitorum, sed per singularem in eo, sibique proprium canalem, *ubi cum ulna radius commissus*, se demittentem, cum quo canali laxe membranis cohaeret obsequiosis; posteaque flectentem se per dorsum manus ad digitum minimum; quoad per manum decurrit, fissum, plerumque autem in duos [d] planiores, sensimque permodice latiores, ac juxta radicem digiti rursus coalescentes, & cum tendine communis ad tertium digitum deducto, intermedia portione tendinea non longe à digitis connexum, *ulteriusque per dorsum* [e] *auricularis eo prorsus modo*, quo communis tendines, accepto etiam ab una parte communi tendine Interossei & Lumbricalis [f], ab altera Abductoris

a Eustach. Tab. XXIX. 27. & Tab. XXXIV. a. Vesal. Epit. Fig. musc. II. T. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 9. Θ. Bidloo Tab. LXX. K. & Tab. LXIX. inter G. & E.

b Eustach. Tab. XXXIV. a-a.

c Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. inter 2. & 3. Eustach. Tab. XXVIII. 54.

d Eustach. Tab. XXIX. 27.

e Histor. huj. Icon. IV. pp.

f Histor. huj. Icon. IV. bt.

g Histor.

ctoris auricularis [g], decurrentem, similiterque desinentem [h]. Et praestat eadem auriculari, quae communis digitis reliquis, abducitque eum ab iis. Similiter & carpum, si is non firmaretur, flecteret, sed simul magis retrorsum.

Est *Decimus octavus digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Secundus manus exterior musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. Vide Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 28. in *Digitûm tensore*. Est *Extensor proprius auricularis digiti*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Extendentium secundus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 20. Vide *Extensorem digitorum manus*, de Marchett. An. Cap. 18. Est *Extensor minimi digiti*, Cowper Myot. Cap. 28. Dougl. Myogr. Cap. 36. *L'Extenseur propre du petit doigt*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 333. & seq. & 1038. & seq.

CAPUT CLVI.

De Ulnari externo [a].

Ulnaris externi, qui pariter ad commune caput tendineum supra dictum pertinet, caro mox infra cubiti articulum incipit, à principio gracilis: descen-

g Histor. huj. Icon. IV. ω.
h Histor. huj. Icon. IV. z. in digito minimo.
a Eustach. Tab. XXIX. 26. & Tab. XXXIV. Z. Vesal. Epit. Fig. musc. II. X. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 9. A. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 24. Fig. 2. LL. & Tab. 27. Fig. 1. DD. Bidloo Tab. LXIX. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 142

b Eu-

ſcendenſque ſecundum ulnam, primo ſenſim modiceque creſcit in latitudinem, inque craſſitudinem; poſt eodem modo, verum lentius, decreſcit. In quo decurſu accipit partem tenuem ſatiſque latam, quae ſe circa mediam ulnae longitudinem, infra finem Anconei, à margine ulnae eodem & priore & exteriore demittit. Ubi ulnae longitudinis medium ſuperavit, in tendinem [b] migrare ab exteriore parte ſua incipit, qui ex lato primum anguſtior, ſe porro demittit ad canalem, qui fit è ſinu eodem & priore & exteriore extremae ulnae, ligamentoque, quo is obductus; hucuſque plerumque carnem paullatim exiliorem ex *interiore parte ſua accipiens, & ob id paullatim craſſior*: planior deinde, decurrit per *dictum* canalem, poſt ſub carpi ligamento armillari exteriore [c], ad ſuperiorem partem eminentiae, quae ad poſticam partem capitis ſuperioris oſſis metacarpi quarti; cui dum ſe inſerit [d], lateſcit, & extenuat ſe. Aliquando praeterea dat tendinem exilem, decurrentem ad digitum auricularem, ſeſeque circa ejus radicem adjungentem poſteriori parti tendinis Extenſoris ejus proprii. Carpum *in poſteriorem ſimul & aliquantum in exteriorem partem flectit*, in quam iccirco manum attollit: manum quoque ex ſupina aliquantum cogit in pronum, ex prona in ſupinum; ut certe fieri videmus, cum hunc muſculum ad principium ſuum recte attrahimus.

Eſt

b Euſtach. Tab. xxxiv. Z-β.
c Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2.
2. Euſtach. Tab. xxviii. 54.
d Euſtach. Tab. xxxiv. Z-γ.

a Eu-

Eſt *Tertius brachiale moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 44. *Sextus manus exterior muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. *Cubiteus externus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 27. *Extendentium* (carpum) *interior*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 17. *Extenſor carpi ulnaris*, Cowper Myot. Cap. 30. Dougl. Myogr. Cap. 34. *Le Cubital externe*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 275. & ſeq. & 1006. & ſeq.

CAPUT CLVII.

De Anconeo [a].

Anconeus, qui cubitum extendit, tendine anguſto, ſatiſque craſſo, quo incipit, adnexus [b] exteriori eidemque inferiori parti condyli prioris humeri, mox pone caput tendineum commune proxime praecedentium, ad ulnam pergit, mox & quo magis procedit latior, ac deorſum vergens in mucronis faciem. Decurrens intumeſcit, non ſtatim carneus, ſed aliquandiu tendineus [c], maxime à priore, & ex interiore parte: in fine ſe ſupra infraque extenuat, totuſque modice anguſtat. Breviſſimaſque habet fibras [d] ſuperiores; ac fere tranſverſas: ſequentes, ut ſequuntur, & paullatim longiores, & deorſum magis inclinatas. Ulnae priori parti ſe inſerit [e], ſecundum marginem exteriorem, ſtatim infra Brachialem exter

a Euſtach. Tab. XXXVII. G. Bidloo Tab. LXIX. infra B. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. VII. & L. 120.
b Euſtach. Tab. XXXVII. G-α.
c Euſtach. Tab. XXXVII. G-β.
d Euſtach. Tab. XXXVII. G.
e Euſtach. Tab. XXXVII. G-γγ.

a Eu-

num, immo cum eo; continuatus enim est ei, aliquando in fine, aliquando jam cito, aliquando fere ex toto.

Est *Angoneus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 25. *Anconaeus*, Cowper Myot. Cap. 26. *Angonaeus vel Cubitalis Riol.* Dougl. Myogr. Cap. 31. *Le petit Anconé*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 247. & seq. & 983.

CAPUT CLVIII.

De Supinatore brevi[a].

Continua huic origo partim à parte *inferiore* condyli prioris[b] humeri, mox infra ortum capitis tendinei communis supradicti; partim ab exteriore parte capsae, quae articulum radii cum humero & ulna continet: praecipua[c] ab eminentia, quae in priore parte ulnae infra sinum ejus, cum quo radii caput commissum, incipens, deorsum aliquantum exporrecta. Tendinea crassiorque pars principii illa, quae à condylo *oritur, mox ab ortu pertinaciter* connexa cum capsa articuli *cubiti*: quae à capsa, similiter tendinea, tenuior autem, latiorque: quae ab ulna, prope tota carnea, superioribus crassior, multoque latior:

a Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. w. dext. & w w. sin. Vesal. Epit. Fig. musc. iv. r. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 12. A. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 28. Fig. 2. E. Bidloo Tab. lxxi. G. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. liv. 146.

b Bidloo Tab. lxxi. G.

c Eustach. Tab. xxxix. Fig. 1. w-*aa*.

d Eu-

latior : & pars tendinea vix prius quam radii caput praetergreſſura eſt, carnea fit, perque exteriorem carnis partem fibrae tendineae à tota principii latitudine excurrunt *diu*. Tendit in priora deorſum, recta primum petens radium, & cum attigit eum, ſe circum eum flectens, inprimis ſuperiore parte ſua, qua ſe ei lunato ducto inſerit, primum juxta ſuperiora eminentiae, cui inſertus Biceps brachii ; deinde ſecundum ambitum tuberculi, quod eſt proxime ante dictam eminentiam, à ſuperiore ejus parte per priorem ad inferiorem : inde enim fere uſque ad mediam radii longitudinem, *termino ſe rectiore inſerit* [d], *per internam radii partem oblique in priorem, perque hanc in exteriorem.* Frequenter pars ſuperior, quae ad ſuperiora eminentiae ſupradictae deſinit, jam cito à reliquo muſculo diſtincta eſt, anguſta, tenuior, ac primo ſenſim craſſior, in fine extenuata. Sed reliquum hujus muſculi ſenſim craſſeſcit, & tantum dum ſe inſerit, extenuat, atque ex interiore parte aliquantum tendinoſum fit. Radium circa ulnam converſum, *in contrarium vertit ; quo ſimul manum pronam reddit ſupinam.*

Eſt *Quartus radium peculiariter agentium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 45. *Nonus manus exterior muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. *Brevis ſupinator*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 26. *Supinatorum ſecundus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 16.

d Euſtach. Tab. XXXIX. Fig. 1. w-γγ. Bidloo Tab. LXVIII. D.

a Eu-

Supinator radii brevis, Cowper Myot. Cap. 31. *Supinator brevis*, Dougl. Myogr. Cap. 38. *Le court, ou petit Supinateur*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 256. & ſeq. & 988.

CAPUT CLIX.

De Abductore longo pollicis manus [a].

Pollicis manus Abductor longus à principio ſatis latus eſt, & tenuis; proceditque & ab ulna [b], & à radio, & à ligamento inter ulnam radiumque interjecto intermedio: ab ulnae quidem ſpina, *ſtatim ſupra ulnae medium, ab exteriore parte*, juxta inferiorem partem Supinatoris brevis, ea parte principii tendinoſus, & ab eadem extrinſecus diu tendinoſus: à radii amplitudine exteriore, pariter juxta inferiorem partem Supinatoris brevis, è regione ortus ſui ab ulna, ea parte carneus: à ligamenti parte exteriore inter duas illas ab oſſibus origines media, ea quoque parte carneus; fibraeque ex oſſibus venientes conveniunt ad angulos acutos. Deſcendit, ſeſeque ſimul circum *radium circumflectit* [c], *uſque ad radicem metacarpi pollicis*. Modo autem ſimplex manet, modo partitur ſe, & non eadem in omnibus ratione. Cum ſimplex manet, ſit ſenſim ad finem uſque

a Euſtach. Tab. xxxvi. O. & Tab. xxix. 32. & Tab. xxxiii. 59. Veſal. Epit. Fig. muſc. 11. f. ab. ſin. & de H. C. F. Lib. 11. Tab. 10. E-k m. Caſſer. Tab. ap Spigel. Lib. IV. Tab. 27. Fig. 1. H. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 136.

b Euſtach. Tab. xxxvi. O-αα.

c Euſtach. Tab. xxix. 32. & Tab. xxxiii. 59.

d Eu-

usque angustior, tantum vero à primo crassior, dein tenuior; abitque in tendinem, quem ex interiore parte sua primum producit, planiorem, ab initio latiorem, inde paullatim angustiorem, post fere eandem servantem latitudinem, dilatato denique & extenuato fine pertinentem ad tuberculum, quod est in priore & eadem interna parte capitis superioris metacarpi pollicis, supra marginem ejus internum; ac mox ante finem suum dimittentem portionem exilem, eaque accedentem ad principium Abductoris brevis pollicis. Cum se partitur, fit paullatim crassior & angustior, ac non longe ab initio suo findit se in duas partes [d], easque sensim angustiores & tenuiores, ac mox se vertentes in planos tenuesque tendines [e], ex interiore earum parte primum incipientes; quales alias etiam venter simplex produxit ex interiore parte sui. Inferior insignior [f] plerumque est ventre & tendine; interdum aequalis tendine, quo ad postremum quasi in fibras fisso, extenuatoque, & dilatato, se affigit metacarpi pollicis parti supradictae: ab eoque vidimus aliquando abscedentem tendinem exilem, adjungentem se tendini superioris. Superior tendinem in quibusdam inserit eidem metacarpo, ab interna parte praecedentis, extenuato pariter, ac dilatato fine: in aliis internae parti ossis multanguli majoris, juxta pollicem: portionem [g]

d Eustach. Tab. xxix. 33. 34. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 136.

e Eustach. Tab. xxxiii. 59-α. β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 136. B.

f Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 136.

g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 136. C.

h Vesal.

praeterea illam dat, quae accedit ad Abductorem brevem pollicis. At aliquando hujus superioris partis tendo, fere ut natus est, aut à fine cubiti, se in crassiorem gracilioremque dividit, una incedentes ad easdem partes: pertinetque crassior, qui situ superior, ad os multangulum, Abductoremque brevem: gracilior ad metacarpum. Tendines hi in fine cubiti delabuntur per sinum priorem capitis inferioris radii, sub ligamento [h] coërcente, ubi membranis obsequiosis laxe connexi sunt. Pollicis metacarpum, si is in volam flexus fuerit, primo extendit, trahitque modice introrsum, atque adeo pollicem à manu *in priora simul & interiora abducit: tum si pergat*, eundem metacarpum flectit rectius in priora, *post in priora* extrorsum. Carpum, nisi is firmaretur, flecteret, in priora autem modiceque introrsum. Abductorem brevem, cum tendinis partem ei impertit, juvat.

Est *Vigesimus secundus digitos moventium*, una cum *Vigesimitertii portione*, cujus *tendo in primi pollicis ossis radicem implantatur*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Quinti manus exterioris musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. pars, quae *ad primum pollicis articulum procedit*, una cum ea, quae *ad os brachialis*, *quo pollex fulcitur. Secundi & tertii pollicis internodii extensoris*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 20. *superior portio*, una cum *inferioris* portione, cujus tendo *radici primi pollicis internodii adnascitur. Extensor primi*

h Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 1. 6. sin. & Tab. 2. 6. dext.

a Eu-

mi internodii pollicis, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 29. Dougl. Myogr. Cap. 37. Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 29. Pars ejus, qui *le premier Extenſeur du pouce*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 302. & ſeq. & 1045. & ſeq. pars autem illa, *qui ſ'attache au bord de la baſe de la premiere phalange*, &c. §. 305.

CAPUT CLX.

De *Extenſore minore pollicis manus* [a].

Quo Abductorem longum diximus modo, eo mox infra eum ab exteriore parte ſpinae ulnae [b], cui adnexum ligamentum, quod inter cubiti oſſa intercedit, vicinaque illius ipſius ligamenti, (interdum ſupra à ſpina, infra à ligamento; interdum non ab ulna, ſed à dicto ligamento, juxta radium, & à finitima radii parte) natus Extenſor minor, ad ſinum priorem capitis inferioris radii incedit, per eumque tendinem ſuum ſub eodem ligamento [c], & aliquando per eundem etiam canalem, alias per ſingularem ſibique proprium, ex ligamento illo & ex radii ſinu effectum, qui eſt juxta dorſum radii, demittit, porro per pollicis dorſum pergentem [d]; & in canali illo membranis obſequioſis ei adnexum. Qua parte oritur,

a Euſtach. Tab. xxxvi. P. & Tab. xxix. 35. & Tab. xxxiii. 60. Veſal. Epit. Fig. muſc. ii. ſ-c. ſin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 10. ε-n. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 27. Fig. 1. inter H. & I. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. liii. 137.

b Euſtach. Tab. xxxvi. P-αα.

c Veſal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 1. 6. ſin. & Tab. 2. 6. dext.

d Euſtach. Tab. xxxiii. 60.

e Eu-

oritur, satis angustus, tenuis, tendineus: minus dein, minusque latus, contra autem primo crassior, jam cito, cum rursus sensim gracilior factus, in tendinem [e] abit, ex interiore carnis parte primum exorientem, & dein à posteriore, & ab exteriore parte carnem forma accipientem pennata, longum, tenuem, planum: cujus extremum se dilatat, extenuatque, & cum interiore margine tendinis Extensoris majoris, cum ad finem metacarpi pollicis venit, conjungit [f]. Alias extremum ejus se dilatat insigniter, extenuatque aliquantum, atque inserit eminentiae transversae, quae est in priore parte capitis superioris primi ossis pollicis. *A tendine illo, qua per metacarpum* pollicis incedit, vidimus portionem gracilem abscedere, quae se adjungebat tendini Extensoris majoris, & cum eo abibat in unum. Aliquando totus hic musculus solito exilior fuit, & veluti pars Abductoris longi pollicis. Utrumque os pollicis extendit, flectitque in priora: solummodo autem primum, ad id cum pertinet. Metacarpum pollicis flectit primum in priora, dein in priora extrorsum: carpum fere in priora, si non retineant, *qui ejus proprii sunt.*

Est *Vigesimitertii digitos moventium portio*, cujus *tendo in secundi ossis* pollicis *radicem inseritur*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Quinti manus exterioris musculi*,

e Eustach. Tab. xxxiii. 60. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. liii. 137. B.

f Eustach. Tab. xxxiii. 60-65. Hist. huj. Icon. iv. GH.

a Eu-

musculi, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. pars, quae *ad secundum pollicis articulum procedit. Secundi & tertii pollicis internodii extensoris*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 20. *portionis inferioris portio*, cujus tendo *secundo & tertio pollicis ossi adnascitur. Extensor secundi internodii ossis pollicis*, Cowper Myot. Cap. 29. *Extensor secundi internodii*, Dougl. Myogr. Cap. 37. Pars ejus, qui *le premier Extenseur du pouce*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 302. & seq. & 1045. & seq. illa autem, qui *s'attache sur la partie convexe de la base de la seconde phalange*, &c. §. 305.

CAPUT CLXI.

De Extensore majore pollicis manus [a].

Extensor major ad pollicem cum minore pertinet, & , sicut ille, oritur ab exteriore parte ulnae [b], fere in medio longitudinis ejus, primum juxta posteriorem partem Abductoris longi, dein Extensoris minoris, infraque eum à ligamento, quod ab ulna ad radium deductum: & oritur principio latiore eodemque tenui & subtendineo, aut fere toto carneo. Cum modicum descendit, ipse magis magisque angustatus, ac primo crassior, post tenuior, fit tendo [c] satis crassus,

Nnn

a Eustach. Tab. XXXIV. q. & Tab. XXIX. 36. Vesal. Epit. Fig. musc. II. t. fin & de H. C. F. Lib. II. Tab. 10. II-o. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 27. Fig. 1. G. Bidloo Tab. LXXI. L. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 138.

b Eustach. Tab. XXXIV. q-α.

c Eustach. Tab. XXXIV. q-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 138. B.

d Cow-

ſus, & fere teres. Naſcitur hic è priore & eadem exteriore parte ventris, cujus fibrae ſic ad eum per longitudinem accedunt, ut ad pennam plumae [d]; continuoque earum acceſſu ſenſim increſcit: & plerumque caro ad eum accedit uſque qua ſub ligamento armillari incedit. Ad finem cubiti uſque nonnihil oblique in priora deſcendit, ubi ſub carpi ligamento armillari exteriore [e], per ſingularem in eo canalem, perque eum parvum radii ſinum, qui eſt mox pone illum, per quem Radialis externi tendines, incedit: pergit deinde planior, ad dorſum pollicis ſe flectens, & per hoc quoque, ſed paullatim latior & tenuior, ac *nonnunquam in fibras diſtinctus, & modo* in itinere cum tendine Extenſoris *minoris confluens*, ſic ut unus ex iis latior tendo [f] fiat, idemque tenuior, ſenſimque ſe dilatans, pertinenſque [g] ad tuberculum oblongum & tranſverſum, è priore eademque ſuperiore parte pollicis ultimi oſſis eminens: modo diſtinctus ab eo, ſoluſque ad idem pertinens tuberculum. Aponeuroſem [h] hic tendo, ſive communis ſit ambobus, ſive ſolius majoris, ab Abductore brevi pollicis circa *finem metacarpi pollicis accipit* ab eo latere, quo remotior ab indice: ab altero primum dat inſignem [i], ambientem articulum pollicis cum metacarpo ſuo, innexamque capſae ejus, circa os ſeſamoï-

d Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 138.
e Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. I. & 2. 4. Euſtach. Tab. XXVIII. §4.
f Euſtach. Tab. XXXIV. 1. & Tab. XXXIII. 68. Hiſt. huj. Icon. IV. I.
g Euſtach. Tab. XXXIV. 1-α. Hiſt. huj. Icon. IV. K.
h Hiſt. huj. Icon. I. k.
i Hiſt. huj. Icon. IV. L.

k Eu-

moïdeum ; infraque eam accipit aliquam [k] à Flexore pollicis brevi, continuam ſuperiori. Et ad extremum accreta eſt tendini illi capſa articuli ultimi pollicis. Extendit, inque priora flectit utrumque os pollicis : primum etiam modice flectit in exteriora. Metacarpum pollicis, & carpum, flectit ut Extenſor minor, minus autem in priora, magis in exteriora.

Eſt *Vigeſimuſprimus digitos moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Quartus manus exterior muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. *Pollicis tertium os extendens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 20. *Extenſor tertii internodii oſſis pollicis*, Cowper Myot. Cap. 29. *Extenſor tertii internodii*, Dougl. Myogr. Cap. 37. *Le ſecond Extenſeur du pouce*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 306. & 1045. & ſeq.

CAPUT CLXII.

De Indicatore [a].

INdicator ad indicem vadit, procedens ab exteriore parte ulnae [b], ut pollicis Extenſor major. Ejus etiam modo incipit, progrediturque, tendinemque producit, niſi quod omni ex parte minor ſit, vix differens. Et oritur primo juxta ejus poſteriorem

Nnn 2 partem,

k Euſtach. Tab. xxxiii. 66. Hiſt. huj Icon. iv. M.

a Euſtach. Tab. xxxiv. r. & Tab. xxix. 37. Veſal. Epit. Fig. muſc. ii. u. ſin. &. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 10. ii-p. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 27. Fig 1. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lii. 128.

b Euſtach. Tab. xxxiv. r-a.

c Eu-

partem, à ſpina ulnae, circa mediam ulnae incipiens longitudinem: poſt & infra ejus ab ulna ortum, à ligamento cubiti oſſibus interjecto, juxta ulnam. Tendo [c] ejus cum Extenſore digitorum communi ſub ligamento [d] manus armillari exteriore, per communem ſibi cum eo radii ſinum decurrit; comes [e] deinde tendini ejus indicem petenti, juxtaque indicis principium, latum cum eo tendinem [f], quem ad os ſecundi ordinis pertinere diximus, efficit. Juvat Extenſoris communis portionem indici datam; eadem enim praeſtat, praeterquam quod indicis primum os in exteriora quidem flectat, ſed ſimul etiam modice retrorſum, *medium digitum verſus*. Tendo ejus in manus dorſo in duos [g] diviſus obſervatus à *nobis* eſt, altero procedente ad indicem, altero ad medium. Obſervatus ipſe muſculus jam ſupra ligamentum armillare in duas caudas [h] abeuns, dein verſas in tenues tendines, non longe ab indice confluentes in unum.

Eſt *Decimuſnonus digitos moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Tertius manus exterior muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 34. *Indicatorius*, Arant. Anat. obſ. Cap. 42. *Indicator*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Indicem abducens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 21. *Indicis abductor*, Veſling. Synt. Cap. 18. *Exten-*

c Euſtach. Tab. xxxiv. 1-8. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lii. 128.
d Veſal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 2. 3.
e Euſtach. Tab. xxix. 37. 37
f Bidloo Tab. lxx. E. indic. Hiſt. huj. Icon. iv. k.
g Veſal. Epit. Fig. muſc. h. u. fin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 10. 11-p.
h Ut fere Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lii. 128.

a Eu-

Extensor indicis seu Indicator, Cowper Myot. Cap. 28. *Extensor secundi internodii indicis proprius, vulgo Indicator*, Dougl. Myogr. Cap. 35. *L'Extenseur propre de l'index*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 331. & seq. & 1038. 1039.

CAPUT CLXIII.

De Ulnari interno [a].

Qui à condylo humeri posteriore se demittunt quinque sequentes, communi capite tendineo incipiunt, ut plerique eorum, qui à condylo priore. Crassum est, oriturque tum ab extremo condyli posterioris, tum ab inferiore parte, tum à proxima interiore; atque ad similitudinem ejus, quod à condylo priore, & ab exteriore parte in aponeurosem abit, qua musculi extrinsecus obducti; & portiones inter musculos demittit. Aponeurosis crassa est, sensimque dum descendit, se dilatat, descendentibus fibris ejus, ac divergentibus. Ad eamque accedit alia, quae primum à posteriore parte olecrani, posteaque à spina ulnae, quae continuo ab ea olecrani parte eminet, per longitudinem oriens, dilatat se qua ab olecrano oritur, posteaque cum praecedente conjungit, à spina ulnae oblique in priora fibras suas demittens. Ita ex duabus hisce fit vagina una, quae

a Eustach. Tab. xxxv. Θ. & Tab. xxxvii. H. & Tab. xxx. Υ. Vesal. Epit. Fig. musc. 1. n. dext. & Fig. 11. Y. dext. & de H. C. F. Lib. 11. Tab. 4. Σ. & Tab. 9. Ξ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 21. Fig. 1. RR. & Tab. 24. Fig. 2. P. Bidloo Tab. lxviii. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. liii. 140.

b Eu-

continet superiorem partem Pronatoris teretis, Radialis interni, Palmaris longi, Sublimis, Ulnaris interni; sensim ut descendit, extenuata; & eo se demittens longius, quo propior Ulnari; juxtaque eum ad inferiora cubiti usque, complectens quoque Profundum, qua is pone Ulnarem nudus. Crassiae quoque sunt portiones, quas caput tendineum inter musculos demittit, eaedemque latae, descenduntque fibris suis. Demittit autem unam inter Pronatorem teretem & Radialem internum, aliam inter hunc Radialem & Palmarem longum, aliam inter hunc & Sublimem, aliam inter hunc & Ulnarem internum, aliam tenuiorem inter capita duo Ulnaris hujus, aliam inter ejus posteriorem partem & Profundum, aliam inter hunc & Sublimem. Quin & tendineum Sublimis principium à condylo, ad caput illud tendineum pertinet; eique per exteriora Sublimis satis diu decurrenti, continuata pleraque ex sepimentis supradictis. Jam vero partim à capite tendineo communi, partim à vagina supradicta, partim à sepimentis procedit caro Pronatoris teretis, Radialis interni, Palmaris longi, Ulnaris externi, Sublimis, Profundi: & sepimenta per quosdam, infra ortum ab iis eorum, decurrunt, efficiuntque eos tendinosos; quod inter Pronatorem teretem & Radialem internum, per utrumque, & per Sublimem; quod inter Sublimem & Ulnarem internum, per horum utrumque. Ulnaris autem per totam cubiti longitudinem jacet, rectaque descendit ad manus initium, tribus primum principiis ortus, uno ad caput tendineum commune pertinente,

te, altero à parte eadem & inferiore & posteriore extremi condyli posterioris humeri, gracili, brevi, fere carneo; tertio à posteriore margine olecrani, non multum infra finem tendinis Tricipitis, carneo, latiore: quae omnia ab initio angusta & tenuia, dein sensim latescunt, & intumescunt. Mox autem se conjungunt duo prima, post iis se tertium adjungit; unde nata caro sensim intumescit in musculum conspicuum, rursus deinde paullatim detumescentem, donec in tendinem [b] mutetur, qui ex interiore parte ejus primum emergit. Accedit & ejus principii, quod ab olecrano *procedit*, *continuatio* quaedam [c]; *infra* quod *sua superiore parte abscedit à vagina tendinea cubiti*, *inferiore* autem oritur [c] ab exteriore ulnae spina, infra caput ejus superius eminente; carnea, tenuis, lata, fibrasque in priora demittens & ad imam partem ventris [c], & ad tendinis [d] posteriorem interioremque, fere ad finem ejus usque; ex quo crescit tendo: aliquando autem à sola vagina cubiti abscedere visa. Ipse caeterum musculus latior est quam crassior. Sic & tendo ejus, cujus extremum crassum, desinens [e] ad gibbam *partem ossis subrotundi carpi*, qua parte illud maxime in interiora eminet: à quo osse cum ligamentum [f] crassum & breve ad interiorem & eandem superiorem partem capitis superioris ossis metacarpi quarti

b Eustach. Tab. xxxv. Θ-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 140. C.
c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. III. 140.
d Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 21. Fig. 1. RRgh.
e Eustach. Tab. xxxv. Θ-γ.
f Hist. huj. Icon. II. C.

a Eu-

quarti deducatur, ad hoc ipsum ultimo hic musculus, verum interveniente ossiculo subrotundo, pertinere dicendus est. Itaque proprie quidem os subrotundum sursum trahit, sed carpum eo inflectit. Et manum primo introrsum simulque oblique retrorsum attollit, dein cum pergit, convertit in pronum. Nec praetereundum, quod tendo ejus, ubi se inserit, validam ab utroque latere det, inque fasciculos distinctam aponeurosem, ad manus ligamenta armillaria accedentes.

Est *Primus brachiale moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 44. *Secundus musculus interior manus*, Columb. de re an. *Lib. V. Cap. 33. Cubiteus internus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 27. *Flectentium* (carpum) *interior*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 17. *Flexor carpi ulnaris*, Cowper Myot. Cap. 30. Dougl. Myogr. Cap. 33. *Le Cubital interne*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 269. & seq. & 1003. & seq.

CAPUT CLXIV.

De Palmari longo [a].

Palmaris *hic communi capite*, *quod in superiore* musculo descripsimus, condylo posteriori humeri affixus, mox in ventrem [b] modice tumidulum, ac deinde

a Eustach. Tab. xxxv. A. Vesal. Epit. Fig. musc. 1. m. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 1. Y. & Tab. 3. Π. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 21. Fig. 1. D. & Tab. 12. Fig. 1. CCC. Cowper Myot. ann. 1724 Tab LI. 121.

b Eustach. Tab. xxxv. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 121. A.

c Eu-

deinde ex ventre illo, primum acutiore, sensimque crassiore, dein lentius decrescente, brevique, in tendinem [c] longum, planum, tenuem, angustum, à posteriore parte ejus, qua incumbit subjectis, abit. Descendit oblique in priora ad medium volae initium. Ad finem cubiti tendo latescere incipit: ubi vero ad ligamentum carpi interius pervenit, accrescit ei, saepeque partem dat, inde inprimis latescens, partemque ab eodem ligamento accipiens. Post per volam procedit, seseque magis ac magis dilatat [d], ea parte tenuis, passimque interruptus, & tanquam in fasciculos distinctus, ac pingui, quod cuti volae substratum, pertinaciter adnexus. Ea autem aponeurosis [d] proprie constat ex quatuor latis portionibus [e], singulis ad singulos manus digitorum procedentibus, iisque latis, & quo digitis propiores fiunt, eo tenuioribus, eoque magis divergentibus, ac toto decursu inter se, verum portionibus tenuioribus, & juxta digitos non nisi fibris tendineis transversis [f], cohaerentibus. Ad postremum autem bicornes [g] fiunt, sibique subjectum Sublimis & Profundi tendinem quaeque ambiens [h], post se adnectit ligamento transverso, quod

Ooo

c Eustach. Tab. xxxv. Δ-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 121.

d Eustach. Tab. xxxv. Δ-γ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 21. Fig. 1. b. & Tab. 22. Fig. 1. C. super. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 121. B.

e Eustach. Tab. xxxv. Δ-δ. ε. ζ. η. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 21. Fig. 1. G. G. G. G. & Tab. 22. Fig. 1. C. super.

f Casser. Pent. Tab. 1. org. tact. Fig. 2. CCC. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 21. Fig. 1. b. & Tab. 22. Fig. 1. C. super. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 121. B.

g Eustach. Tab. xxxv. Δ-δ. ε. ζ. η.

h Eustach. Tab. xxxii. 47.

quod est ad radices digitorum, cujusque tum illam partem, quae subjecta tendinibus modo dictis; tum illam, quae inter eos, vestit: quin & ad superiorem ejus ligamenti partem exigua se portione affigit mediae latitudini partis internae ossium metacarpi. Eadem quoque aponeurosis in principio volae emittit portionem [i], tenuem, angustam, brevem; quae ad principium Abductoris brevis pollicis accedit. Saepe autem fit, ut ventre [k] hic Palmaris careat, ac tendine [k]; solaque adsit aponeurosis [l], procedens [m] à ligamento carpi interiore. Memorandum praeterea, inventum Palmarem, cui venter longe major fuerit, *ad carpum fere usque decurrens, priusquam in* tendinem abiret, ex angusto sensim *latior & crassior*, rursusque, cum circa mediam cubiti longitudinem venisset, angustior & tenuior; in totum crassitudinis modicae, latitudinis notabilis. Aponeurosis per volam incedentes tendines, musculosque, ac vasa, & nervos, defendit. Ventrem cum habet, contractione ejus tenditur, ac cutis volae leniter contrahitur, percutiturque: quin & carpus flectitur in partem internam.

Est *Musculus*, *nervosa sua exilitate mediae volae*, *& internae digitorum sedis cuti subnatus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 41. *Primus musculus manus interior*, Columb.

i Eustach. Tab. xxxv. A-e.
k Eustach. Tab. xxx in brachio dextro. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 21. Fig. 2.
l Eustach. Tab. xxx. 12. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 21. Fig. 2. b.
m Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 21. Fig. 2. F.

a Eu-

Columb. de re an. Lib. V. Cap. 33. *Lateſcentis chordae muſculus*, Fallopp. Obſ. an. in muſculis, qui cubitum, atque manum movent, &c. *Palmaris*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 28. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 18. De Marchett. Anat. Cap. 18. *Palmaris longus*, Cowp. Myot. Cap. 27. Dougl. Myogr. Cap. 32. *Palmaris*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 16. *Le Cubital greſle*, *communément nommé long Palmaire*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 283. & ſeq. & 1017.

CAPUT CLXV.

De Radiali interno [a].

STatim ante Palmarem longum Radialis internus, à communi illo capite, ut dictum, procedens: ad eumque aliquando etiam aliud accedit principium, tenue, tendineum, ſatis latum, interdum in aliquot partes ſectum, à radio cum Sublimi oriens. Perque cubitum oblique deſcendit ad mediam internam eandemque ſuperiorem partem capitis primi metacarpi [b] indicis, ventre primum, poſt tendine. Venter [c] oblongus, & aliorum multorum modo, cum primum increvit, rurſus deinde imminuitur, paullatimque ex

a Euſtach. Tab. XXXV. f. Veſal. Epit. muſc. Fig. 1. l. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 3. A. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 22. Fig. 1. L. Bidloo Tab. LXVIII. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 139.

b Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 23. Fig. 2. c. & Tab. 24. Fig. 1. d. Bidloo Tab. LXVIII. E

c Euſtach. Tab. XXXV. f. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 139. A.

d Eu-

eo extrinsecus, jam ante mediam cubiti longitudinem, tendo [d] longus nascitur; primum, qua nascitur, ex angusto latior, tenuisque; deinde angustior & multo crassior, tandem quasi teres, attamen latior quam crassior. Ventri quoque major latitudo, quam crassitudo. Tendo juxta carpum transit per singularem canalem [e] membranaceum, qui est ad priorem partem ligamenti, quo tendines à cubito ad manum decurrentes ab interiore carpi parte obducti; ac deinde per sinum oblongum [f], qui est in interna parte ossis multanguli majoris, in quo & à ligamento sibi obducto, & cum illo sinu canalem faciente, retinetur. Aliquanto crassior est, duriorque, *qua se ad multangulum applicat:* latior autem, & tenuior, ubi se inserit. Frequenter portionem quandam ipsi ossi multangulo inserit: cujus sinui pertinaciter plerumque adhaeret nexu membranaceo. Hic Radialis carpum flectit, radium cum manu convertit. Et manum quidem retrorsum flexam, retento interim radio, primo modicum attollit in priora introrsum, deinde in internam partem fere recta, post introrsum in posteriora surgere facit: radio autem libero, *eum simul convertit* per priora introrsum, cum eoque manum in pronum.

Est *Secundus brachiale moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 44. *Tertius interior manus musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 33. *Radicus internus*,

d Eustach. Tab. xxxv. r-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 139. B.
e Hist. huj. Icon. 1. & II. B.
f Bidloo Tab. LXVIII. E.

a Eu-

mus, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 27. *Flectentium* (carpum) *exterior*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 17. *Flexor carpi radialis*, Cowper Myot. Cap. 30. Dougl. Myogr. Cap. 33. *Le Radial interne*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 272. & seq. & 1009. & seq.

CAPUT CLXVI.

De *Pronatore terete* [a].

Pronator autem teres partim ab interiore & eadem superiore parte condyli posterioris ossis humeri, proxime ante caput tendineum commune; partim à sepimento, quod caput illud inter eum Radialemque internum interserit; partim à tendinea parte, quae per exteriora Sublimis decurrit. Descendit & ipse per cubitum, verum obliquius, longe brevior, mediumque recta petens radium. Nec admodum crassus ab initio, aliquanto autem latior, ut primum natus est, fit sensim crassior, non tamen diu, post rursus paullatim gracilior, in totum minus crassus quam latus. Tendinem [b] circa medium longitudinis suae à priore parte ejus, qua incumbit subjectis, efficere incipit; qui dein per priorem partem decurrens, ab

a Eustach. Tab. XXXII. 29. & Tab. XXXIII. 51. Vesal. Epit. musc. Fig. III. d. dext. & Y. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. x. & Tab. 7. Q. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 24. Fig. 1. C. Bidloo Tab. LXVIII. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 143.

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 143. C.

c Ve-

eaque incrementa fere ad finem usque accipiens, novissime in latam tenuitatem desinit, insertam [c] superficiei inaequabili, quae ejus caussa in media gibba parte radii est. Ad eum accedit aliquando portio [d] quaedam, orta ab ulna [e], juxta posteriorem partem superficiei inaequabilis, quae excipit finem Brachialis interni: eaque primum tendinea tenuis lata, dein carnea & sensim insignior, accedit ad interiorem partem hujus musculi. Qui aliquando duos tendines, qualem unum descripsimus, efficit, altero à superiore alterius parte decurrente, & inserto. Radium convertit circum ulnam, unde radium sequens manus prona fit. *Radio sic converso, aut ne convertatur* retento, cubitum flectere potest, inprimis si is jam sit modice flexus.

Est *Tertius radium peculiariter agentium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 45. *Septimus manus interior musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 33. *Superior pronator, rotundus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 26. *Pronatorum secundus, sive Teres*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 16. *Pronator radii teres*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 31. *Pronator teres*, Dougl. Myogr. Cap. 38. *Pronator radii teres*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 31. *Le Pronateur rond, ou l'oblique*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 259. & seq. & 989.

C A-

c Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. R. & Tab. 12. e. Bidloo Tab. LXVIII A.

d Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 143. B.

e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. III. 143.

a Eu-

CAPUT CLXVII.

De Sublimi [a].

Pars quoque capitis communis tendinei, quod affixum condylo posteriori, abit in primum praecipuumque initium Sublimis, praeterea à ligamento, quod ab inferiore ejusdem condyli parte ad posticam capitis superioris ulnae, juxta imam sinus ejus lunati pertinet, procedentis; & à superiore eademque posteriore parte eminentiae inaequabilis, cui Brachialis internus insertus. Capite inde latiore & tenui, (ad quod *portionem tendineam angustam accedere à priore parte ulnae* eminentiae supradictae vidimus) ab eoque capite, ventre primum paullatim tumidiore, ac deinde fere à medio cubiti iterum imminuto, crasso autem, & latiore quam crassiore, per cubitum recedit manum versus: atque in hoc itinere recipit caput alterum [b], amplum & tenue, primo subtendineum, & aliquandiu extrinsecus tendinosum, quod ab interna parte longitudinis radii fere mediae, juxta finem *Supinatoris brevis* & *Pronatoris teretis*, incipiens, retrorsum se demittit ad ventrem *hujus* musculi. Venter hic circa medium longitudinis cubiti manifeste partitur in portiones quatuor [c], quae sensim exiliores,

a Eustach. Tab. XXXIII. 53. Vesal. Epit. musc. Fig. 1. α. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 5. ⊙. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 22. Fig. 1. DD. & Fig. 2. BB. Bidloo Tab. LXVII. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 123. Hunauld, Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1729. Pl. 18. & 19.

b Eustach. Tab. XXXIII. 53-β.

c Eustach. Tab. XXXIII. 53. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 5. μ. Bidloo Tab. LXVII. A.

d Bid-

res, pergunt ut inceperat venter, ac singulae mox in crassum ovatum tendinem [d] migrant. Et fere citissime secundus è carne prodit, prodiens è parte posteriore illius ejus partis, quae respicit musculos subjectos: post prodit tertius, & primum quidem è parte posteriore: post primus, ex illa plerumque parte, quae spectat incumbentia: tardissime quartus, & modo è priore, modo è posteriore. Sed tertium caro citissime deserit; dein secundum: itaque longiores sunt, fiuntque primum paullatim angustiores & crassiores: reliqui carne fere usque ad ligamentum armillare instructi. Omnesque junctim pergunt, & per canalem *ex interiore concava carpi parte, & è ligamento* [e] carpi interiore factum, ad volam transeunt: per quam deinde divergunt [f], figura magis ovati, singulique ad singulos quatuor manus digitorum, ac deinde per internam eorum partem [g] ad medium eorum os secundi ordinis incedunt. Magnitudini autem digiti quisque respondet sui, crassissimo ob id secundo, deinde tertio, post primo, his denique longe graciliore quarto: fit tamen ut primus tertio crassior sit. *In canali carpi, & inter se, & cum illis Profundi Flexoriisque pollicis longi*, & cum ipso canali conjuncti sunt natura quadam membranea, tendinosa, laxa, obsequiosa, lubrica: adhaeret autem iis jam à principio, posteaque etiam in vola, ea parte subtilior, con-

d Bidloo Tab. LXVII. C.C.C.C.
e Eustach. Tab. XXXIII. 70. Vesal. de H.C.F. Lib. II. Tab. 4. ♄.
f Eustach. Tab. XXXIII. 73. 73. 73. 73.
g Hist. huj. Icon. I. ΠΣΦ. & Icon. II. VWX. & Icon. III. MNOPQR. Vesal. de H.C.F. Lib. II Tab. 5. Θ.

h Hist.

connectens eos cum tendinibus Profundi, tum in cubito, tum in vola, & in vola etiam cum Lumbricalibus, specie vaginarum laxarum. Qua incedunt secundum articulos digitorum cum metacarpo, perque ipsos deinde digitos, vaginas sibi quisque una cum Profundi tendine obductas habet [h], quibus retinentur, ut in Profundo exponetur. Itaque & accommodant se tendinibus ejus qua per vaginas illas communes una decurrunt, latescentes magis & magis, seseque extenuantes, donec per longitudinem fissi [i], pertransire eos sinant. Prius autem quam se findant, futurae divisionis nota [k] *incipit*, *sensimque insignior fit. Finditque se quisque in caudas duas* [l], angustas, tenues, *quae amplectuntur* [l] Profundi tendinem, ab ejus lateribus procedentes, eundemque continent, emissa fere in medio progressu suo parte [m], qua cohaerent inter se, tenuiore, in fibras distincta, satis lata, facta è fibris tendineis, quae ab altera cauda ad alteram oblique descendunt [n], seseque decussant; subjectaque tendini Profundi, & ad ejus figuram concava, factaque: post modice divergentes [o], angustioresque, pertinentesque ad *interiorem partem* mediae longitu-

Ppp dinis

h Hist. huj. Icon. I. A. & Y.
i Eustach. Tab. XXXII. ff. ff. ff. ff. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 5. o. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 1. e. e. e. e. Bidloo Tab. LXVII. D. E. D. E. Hist. huj. Icon. II. W X.
k Hist. huj. Icon. II. Z.
l Hist. huj. Icon. II. W. X.
m Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 3. E. E. E. E. Hist. huj. Icon. III. P.
n Hist. huj. Icon. III. P.
o Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 3. juxta E. E. E. E. Bidloo Tab. LXVII. post E. indicis. Hist. huj. Icon. III. Q. R.

p Hist.

dinis marginum ossis secundi ordinis, altera ad prioris [p], altera ad posterioris [q]. Crassescunt, & duriores sunt, qua accedunt ad articulum ossis primi cum secundo: extenuantur, qua praetereunt eum. Ubi sub Profundo quasi coëunt, angulum [r], qui ex eo fit, implet membrana quaedam tendinosa, proximae quoque Profundi parti adnexa: ubi jam coïerunt, accedit membrana similis, quae oritur à media latitudine partis internae ossis primi ordinis, mox supra caput ejus inferius: haec autem illi saepe continuata. Eaedem caudae, non longe post ortum suum, ab ea parte, qua incumbunt ossi primi ordinis, plerumque *accipiunt tendinibus similes chordulas* [s], *tenues*, angustas, planas, per vaginam, quae ab *utroque ossis* primi ordinis margine orta, tendinem continet, descendentes ab illa parte capitis superioris primi ordinis ossis, quae est juxta vaginae illius ortum; partimque se adjungentes membranae tendinosae supradictae, extremo dilatato & extenuato. Plerumque alterutra tantummodo cauda talem tendinem accipit, aliquando duos, vel tres; aut unus ad extremum *bicornis* ad *utramque pertinet*; *aut* membranae tendinosae *sunt eorum loco*. Ubi caudae rursus secedunt, & ultra os primi ordinis sunt progressae, ibi inter se, & cum ossis secundi ordinis parte illa, quae est infra ejus caput superius, cohaerent membrana simili, tenui, saepe ex parte continuata eidem supradictae.

p Hist. huj. Icon. II. β. & Icon. III. u.
q Hist. huj. Icon. II. α. & Icon. III. t.
r Hist. huj. Icon. III. supra P.
s Bidloo Tab. LXVII. in tendine D. digiti secundi, & E. primi. & Tab. LXVIII. juxta c.

t Cow-

dictae. Aliquando Sublimis, qua parte incumbit Profundo, dimittit portionem [t] unam, alteramve, eamque in gracilem versam tendinem adjungit tendini Profundi. Digitorum ossa tum secundi, tum primi ordinis flectit in partem internam: & dum flectit digitos, adducit eos ad se mutuo. Quod si manus eo tempore non firmaretur, eam quoque in internam partem flecteret, & converteret in pronum.

Est *Primus digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Quartus manus interior musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 33. *Primus musculus*, Arant. An. obs. Cap. 42. *Sublimis*, Laurent. Hist. an. Lib. V. Cap. 28. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Digitorum secundi internodii flexor*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 19. *Perforatus*, Cowper Myot. Cap. 28. Dougl. Myogr. Cap. 34. *Le Sublime*, Hunauld, Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1729. pag. 245. *Le Perforé, communement le Sublime*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 315. & seq. & 1019. & seq.

CAPUT CLXVIII.

De Profundo [a].

Profundus à tota illa ulnae amplitudine, quae infra radicem olecrani, infraque superficiem inae-

t Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 123. B.

a Eustach. Tab. XXXVIII. L. Vesal. Epit. musc. Fig. III. n. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. ii. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 23. Fig. 1. DD. Bidloo Tab. LXVII. F. & Tab. LXVIII. b. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 124.

b Cowp.

quabilem, cui affixus Brachialis internus, incipiens, efficit partem pluſquam dimidiam ſuperiorem partis ejus tum poſticae, tum internae; & à vicina parte ligamenti, quod intercedit ulnam inter radiumque, maxime tamen ab ulnae parte interiore, oritur, ſeſeque demittit, ut ab humero Brachialis internus. Itaque & à ſuperiore parte tenuis eſt, & anguſtus; ſenſimque dein craſſior fit, latiorque; poſt rurſus gracilior, & anguſtior. Ex parte etiam naſcitur tum è vagina tendinea, tum è ſepimentis, deſcriptis in Ulnari interno. Extrinſecus autem [b] multos in fibras diſtinctos tendines jam non valde longe à primo *initio ſuo, aut certe ſupra cubiti medium, efficere incipit*; qui dein ab exteriore parte unum latum, & quaſi ex multis exilioribus collectum referunt [b]; ab interiore autem ſe in quatuor craſſos colligunt magis magiſque, ex toto tandem circa ligamentum carpi interius diſtinctos [c]. Ad hoc enim recte hactenus procedit, ſub eoque [d] tendines per carpi ſinum interiorem trajicit, poſt in diverſa tendentes, ac per volam ſingulos ad ſingulos manus digitos decurrentes [e], perque eorum deinde *internam partem* [f], *uſque ad aſperam ſuperficiem* [g], quae *in interiore parte oſſium tertii ordinis*, ad radicem capitis eorum ſuperioris. Singulari autem in hoc decurſu

b Cowp. Myot. a. 1724. Tab. LI. 124.
c Euſtach. Tab. XXXVIII. L-α.β.γ.δ. Bidloo Tab. LXVII. H. H. H. H. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 124. E. E. E. E.
d Euſtach. Tab. XXXII. 36.
e Euſtach. Tab. XXXVIII. L-α.β.γ.δ. in vola. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. Ξ. in vola.
f Euſtach. Tab. XXXVIII. L-α.β.γ.δ. in digitis. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. Ξ. in digitis. Hiſt. huj. Icon. II. YY.
g Hiſt. huj. Icon. I. γ. & Icon. II. δ.
h Hiſt.

decursu coërcentur artificio, unaque cum iis tendines Sublimis. Primum enim coërcet, & flexo in interiora carpo, retinet ligamentum carpi interius, ne in hoc flexu à carpo recedant. Deinde qua secundum os primi ordinis incedunt, obducti vagina [h] semiorbiculata, crassa, dura, naturae quasi inter tendineam & cartilagineam mediae, ab utroque ossis margine orta, cumque ipso osse canalem efficiente, qui à tendine Profundi una cum illo Sublimis impletur; ita autem, ut liberrime mobiles sint in eo, nec tamen flectendo digitos recedere quicquam possint. Post qua incedunt *secundum os secundi ordinis, simili quoque, ejusdemque usus vagina* [i] *Profundi tendo obductus, Sublimis* non nisi extremis caudis subeuntibus [k] eam. Circa articulos autem, tum digitorum cum metacarpo, tum ipsorum digitorum, vaginae quaedam membranaceae tenuiores, molliores, laxiores, supradictis quodam modo continuatae; quae & continent, & nullo tamen modo impediunt, quo minus curvari articuli facillime queant. Mirificeque juvat celeritatem motus, praecavetque ne quid attritus vitiet, humor *lubricans, quo intus perfusae vaginae*, tendinesque. Revertamur autem ad tendines Profundi. Qui ad digitos medios pertinent, crassiores duobus reliquis, quorum gracillimus qui ad minimum. Omnes ubi per volam incedunt, teretes: ubi capita metacarpi praetereunt, latescunt: ubi per Sublimis ten-

h Hist. huj. Icon. 1. A.
i Hist. huj. Icon. 1. Y.
k Hist. huj. Icon. 1. ΣΦ-Ψ.

dines transituri, inde se angustant: ubi ex fissura eorum exeunt, circa initium articuli primi digitorum, latescunt, ibi & crassiores, & quasi compressi per latera: ubi articulum illum praetereunt, angustant se, dein magis & magis: antequam è secundi ossis vagina egressuri sunt, latescunt [l], posteaque ad finem usque [l], maxime [m] non longe ab ipso fine, id est, ubi praetereunt articulum secundum digitorum. Ubi à vola ad digitos incedunt, inde quasi è duobus inter se connexis constructi, nota [n] eundo magis magisque insigni. Natura autem membranacea conjuncti sunt cum canali carpi, & cum tendinibus Sublimis, illoque *Flexoris pollicis longi, ac Lumbricalibus, ut jam* dictum in Sublimi. Ubi deinde per *Sublimis tendines* transeunt, ab ea parte, qua adjacent ossi primi ordinis, in medio longitudinis vaginae primi ossis, ibi ubi quasi fissi sunt, aliquando chordam tendineam tenuem, aut tendinosam membranam, dimittunt, quae latescit, & adjungit se tendinosae membranae, quae implet angulum caudarum Sublimis, factum ex coïtu earum. Qua incumbunt primo digitorum articulo, aut circa eum locum, & quidem qua ibi quasi fissi sunt, accipiunt gracilem chordulam, abscedentem à membrana, qua Sublimis caudae adnexae ossi primi ordinis, aut ab ipso illo osse; descendentem deinde, perforantemque continuitatem caudarum Sublimis, aut incedentem inter caudas infra continuitatem. Saepe duae aut tres tales chordulae ibi ad eum penetrant: saepe

l Hist. huj. Icon. II. YY. conf. cum Icon. I. Ψ.

m Hist. huj. Icon. I. Ξ. inter β. & γ.

n Hist. huj. Icon. II. γγ.

o Bid-

saepe & portio membranae tendinosae ipsius, qua Sublimis caudae adnexae ossi primi ordinis. Accipiunt & membranam tendinosam à medio latitudinis ossis secundi ordinis, juxta ejus caput, quo commissum cum tertii ordinis osse; latam, tenuem, lato se fine eis adjungentem, qua incumbunt ossi illi, quaque fissi quasi sunt. Quibusdam à reliquo musculi jam cito distincta portio ad indicem vadens [o], abscedente ab eo portione carnea, sensim graciliore, atque in indicis tendinem abeunte, ab ea parte, qua & posteriora spectat, & incumbentem sibi Sublimem: aliquando haec ab ipso usque principio plane distincta, tunc ex angustiore sensim crassior, post gracilior. Aliis & medii digiti portio satis cito distincta [p]; aliquando ab ipso initio, aut distinguenda facile. Sic & magnam quibusdam partem quarta distincta. Et cum distinctae, tendinem ab ea parte producunt, à qua illam indicis diximus: eique carnem fere ad ligamentum armillare usque adjungunt, praeterquam quae digiti minimi est, cujus tendo longe citius sine carne; quod & aliquando in illo indicis observatum. A tertii digiti portione vidi tendinem perexilem abscedere, sesque adjungere illi quarti, cum eoque decurrere, distinctum diu. In internam partem Profundus flectit ossa tertii ordinis, secundi, primi. Dumque digitos flectit, eos ad se invicem, ut Sublimis, adducit. Eademque ratione manum flectit, & convertit. De ortu autem Lumbricalium à tendinibus ejus dicetur in Lumbricalibus illis.

Est

o Bidloo Tab. LXVII. H. indicis.

p Bidloo Tab. LXVII. H. medii.

a Eu-

Est *Secundus digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Quintus manus musculus interior*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 33. *Secundus*, Arant. Anat. obs. Cap. 42. *Profundus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Flexor tertii digitorum internodii*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 19. *Perforans*, Cowper Myot. Cap. 28. Dougl. Myogr. Cap. 34. *Le Profond*, Hunauld, Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1729. p. 251. *Le Perforant, communement le Profond*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 322. & seq. & 1026. & seq.

CAPUT CLXIX.

De Flexore longo pollicis manus [a].

Pollex sibi proprium Flexorem longum habet, Profundo digitorum respondentem. Nam se à radio [b], sicut ille ab ulna, & sicut idem, à ligamento interjecto ulnae radioque, demittit, amplitudinem internam radii prope à tuberculo, cui insertus Biceps brachii, fere ad Pronatorem quadratum usque suo occupans initio; tenuis quoque à parte summa, sed acutus, ac deinde paullatim crassior, & simul latior, donec praecipue oriri desinat; inde deminutus: aliquando & à margine radii, juxta finem Pronatoris qua-

a Eustach. Tab. XXXVIII. K. & Tab. XXXIII. ff. Vesal. Epit. musc. Fig. III. θ. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. ηθ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 22. Fig. 2. HH. Bidloo Tab. LXVIII. L. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 132.

b Eustach. Tab. XXXVIII. K. & Tab. XXXIII. ff-aa.

c Qua-

quadrati, usque ad medium ejus, oriri pergens, parte tenui. Principium ejus prope in media cubiti longitudine, ubi primum à ligamento oritur, fissum aliquando est, per quam fissuram vasa cubitalia media cum nervo transeunt, hunc subitura musculum. Occurrit interdum portio [c] ab ulna procedens, oriens juxta inferiorem partem superficiei inaequabilis, cui se affigit Brachialis internus, qua illa radio proxima: eaque portio primo exilis tendo est, dein fit carnea, crassescit, tota gracilis, adjungitque se posteriori parti hujus musculi, non valde longe à primo initio ejus. Tendinem [d] venter, quem unum producit, jam ante medium longitudinis suae, ab ea parte, qua spectat incumbentes musculos, inchoat [e], ac deinceps continua carnis ad omnem, praeterquam qua in interiora eminet, partem ejus adjectione paullatim crassiorem efficit [e]: ita autem sensim deflectit, ut ab inferiore parte teneat carnis marginem posteriorem [e]. Et quoad carni inhaeret, fit primum ex acuto latior, dein angustior; cum vero à carne recessit, ovatus est, & mox sub interiore ligamento [f] carpi juxta pollicis radicem, quo descendit, per sinum carpi interiorem cum Profundi tendinibus, ad quorum etiam exemplum quasi in duos fissus est, transit; egressusque, se flectit ad pollicem, & secundum internam par-

c Qualis Eustach. Tab. XXXVIII. T. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 132. A.

d Eustach. Tab. XXXVIII. K-8. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 132. B.

e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 132.

f Eustach. Tab. XXXII. 37. & Tab. XXXIII. 55.

g Eu-

tem metacarpi ejus, ossisque primi & ultimi, procedit [g], atque hujus se denique parti posticae fere mediae, quae eminet asperula, affigit [h]. Ubi metacarpum pollicis praetergressurus est, incedit inter ossa sesamoïdea, quae ad articulum pollicis cum metacarpo apposita. Ubi dein secundum primum os pollicis incedit, à ligamento marginibus ossis illius affixo, ut Profundi tendines, coërcetur. Qua se in canali carpi ad carpum flectit, tenuior est, sitque primo latior, post angustior: qua canalem, quem ligamentum supradictum cum osse primo facit, intravit, extenuat se lente, primumque modice latescit, dein se angustat; circa caput inferius ossis primi pollicis rursus latescens magis magisque, & in fine se extenuans. Qua descendit secundum os primum, ab ea parte, qua spectat os illud, & qua ibi quodammodo fissus est, accipit membranae latae speciem, descendentem à media latitudine ossis primi, fere per totam ejus longitudinem. Similique adnexus est superiori parti ossis ultimi. Accrescit quoque capsae articuli pollicis. In volam flectit pollicis os ultimum, primumque. Et si eo tempore, quo agit, non firmaretur metacarpus pollicis, eum quoque flecteret, traheretque secundum volam manus, simulque & in interiora attolleret, & volae partem ejus posteriorem obverteret: si neque carpus, flecteret eum in partem internam.

Est

g Eustach. Tab. XXXIII. 74. & Tab. XXXVIII. K-βγ. Bidloo Tab. LXVII.

h Eustach. Tab. XXXVIII. K-γ. Bidloo Tab. LXVIII. L.

a Eu-

Est *Tertius digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Sextus manus interior musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 33. *Tertius musculus, polici dicatus*, Arant. Anat. obs. Cap. 42. *Musculus, à quo flectitur pollex*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 30. *Tertii internodii pollicis flexor*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 19. *Flexor tertii internodii seu Longissimus pollicis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 29. *Flexor tertii internodii*, Dougl. Myogr. Cap. 37. *Flexor tertii internodii, seu Longissimus pollicis*, Cowper Myotom. ann. 1724. Cap. 29. *Le long Flechisseur du pouce*, Winsl. Expos. anatom. Trait. des muscl. §. 300. & seq. & 1043. & seq.

CAPUT CLXX.

De Pronatore quadrato [a].

Per transversum Pronator quadratus incedit, brevis, sumtoque ab oblonga eminentia, quae in interiore & eadem posteriore ulnae parte, non multum supra caput ejus inferius, initio [b], mox desinens [c] ad proximam *inferiorem partem radii*, tum ad amplitudinem ejus interiorem, tum ad marginem, qui ex adverso ulnae est. Latus est, eundo modo aliquantum latior fit, modo angustior, modo ejusdem ubique

a Eustach. Tab. XXXVIII. V. Vesal. Epit. musc. Fig. III. f. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. X. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 24. Fig. 1. K. Bidloo Tab. LXVIII. B. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 144.

b Eustach. Tab. XXXVIII. V-αα.

c Eustach. Tab. XXXVIII. V-ββ.

a Eu-

que manet latitudinis : insigniter autem crassescit, sed dum se inserit superficiei internae radii, extenuat, carneus praeter extimam principii sui, & plerumque etiam extremi partem. Fibrae autem ejus non eodem omnes, neque eodem in omnibus decurrunt modo. Quibusdam exteriores ab ulna nonnihil oblique descendunt : interiores, quarum etiam pars juxta ulnam à superiore exteriorum parte non tecta ab iis, longe obliquius. Aliis exteriorum superiores adscendunt, mediarum quaedam transversae sunt, inferiores descendunt. Aliis superiores transversae, inferiorum quaedam descendunt. Aliis descendunt superiores ; quae sequuntur, *ut* sequuntur, *minus* minusque ; inferiores prope transversae. Manum convertit in pronum, radium convertens circum ulnam.

Est *Primus radium peculiariter agentium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 45. *Octavus manus interior musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 33. *Inferior pronator quadratus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 26. *Pronatorum primus, sive Quadratus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 16. *Pronator radii quadratus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 31. *Pronator quadratus*, Dougl. Myogr. Cap. 38. *Pronator radii quadratus, or inferior quadratus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 31. *Le Pronateur quarré, ou transverse*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 262. & seq. & 990. & seq.

RE-

REGIO XXV. MANUS.

CAPUT CLXXI.

De Lumbricalibus manus [a].

EProfundi tendinibus ſtatim in volae principio, alias jam in canali carpi, quatuor muſculi enaſcuntur [b], parvi, oblongi, graciles, primo tenues planique & anguſti, poſt ſenſim latiores, rurſuſque deinde anguſtiores; itemque primum craſſiores, poſt rurſus tenuiores; toti autem multo minus craſſi quam lati; *Lumbricales* vocant. Cum iiſdem tendinibus per volam deſcendunt [c] ad radices digitorum, ubi tendine [d], in quem deſinunt, tenui, paullatimque latiore, confluit [e] quiſque trium poſteriorum cum tendine lato Interoſſei prioris, ad quem pertinet, digiti: primus [f] cum tendine [g] Extenſorum indicis.

a Euſtach. Tab. XXXVIII. M. N. O. P. Veſal. Epit. muſc. Fig. III. λ. μ. ν. ξ. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 6. ζ. ζ. Caſſer. Pent. Tab. II. org. tact. Fig. 3. C. C. C. C. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 1. & 3. F. F. F. F. & Tab. 26. Fig. 2. H. H. H. H. Bidloo Tab. LXVII. M. M. M. M. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 125.

b Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 3. a. a. a. a. & Tab. 26. Fig. 2. H. H. H. H. Bidloo Tab. LXVII. M. M. M. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LI. 125.

c Euſtach. Tab. XXXVIII. M. N. O. P. Caſſer. Pent. Tab. II. org. tact. Fig. 3. C. C. C. C. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 1. F. F. F. F.

d Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 1. g. g. g. g. & Fig. 3. b. b. b. b. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LII. O.

e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LII. O. Hiſt. huj. Icon. I. XY. Zr. ΔΘ.

f Hiſt. huj. Icon. I. W.

g Hiſt. huj. Icon. IV. u.

h Caſſer.

cis. Oriturque primus [h], qui secundo & tertio plerumque exilior, à tendine indicis, qua spectat is pollicem: secundus, qui maximus, à primo & secundo, qua se invicem respiciunt, quaque primo secedunt; insigniore tamen parte à secundo: tertius, secundo cedens, similiter à secundo & tertio, insigniore etiam parte à tertio: simillimeque quartus, prioribus longe minor, à tertio, & inprimis à quarto. Et primus quidem ab ea parte tendinis, qui indicis est, oritur [i], quae obversa aponeurosi Palmaris longi: reliqui ab eadem [i] tendinis posterioris eorum, à quibus abscedunt; sed à prioris illa, quae spectat *profunda volae*. *Cum Profundi portio ad indicem pertinens*, à reliquo musculo cito distincta esset, *Lumbricalis* secundus tantum à secundo tendine oriebatur [k], ut à primo primus. Sic aliquando & tertius tantum à tertio [l], quartus à quarto. Aliquando Profundi tendines à se ante Lumbricalium ortum dimittunt portionem tendineam exilem, quae ipsis tamen in decursu juncta, & in quibusdam abit in Lumbricalem, ejusque principii partem facit. In decursu fineque eorum *hanc notabilem varietatem vidimus*, *tertium non longe* à radicibus *digitorum* findentem se in duos aequales, eorumque altero pertinentem ad medii digiti latus, quod

h Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 3. a. indicis. & Tab. 26. Fig. 2. H. indicis. Bidloo Tab. LXVII. M. indicis. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 125. indicis.

i Bidloo Tab. LXVII. M. indicis & proximi.

k Bidloo Tab. LXVII. M. medii.

l Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. 2. H. tertii.

a Eu-

quod spectat tertium ; altero , quem & in alio inveni praecedente exiliorem , ad tertii , spectans secundum : quartum vero pertinentem ad tertii latus, quartum spectans. Aliis defuit quartus. Ossa primi ordinis in volam flectunt, ac simul oblique in priora, digitorumque interiorem partem aliquantum in posteriora convertunt. Ossa autem secundi & tertii ordinis videri possunt extendere : sed quoniam agere nequeunt , nisi principia eorum firmentur , aut ad cubitum actione Profundi attrahantur , ille autem digitorum ossa flectit ; extendere certe non poterunt , nisi eodem tempore Extensores digitorum Profundo, quantum requiritur, obnitantur. Et fortasse non male dicerentur partes esse Profundi.

Sunt *Musculi quatuor digitos pollici adducentes* , Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Quatuor extremae manus musculi* , post primum , Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. *Quatuor , qui parvi admodum in vola haerent chordis secundi* , &c. Fallopp. Obs. an. in musculis , qui in summa & extrema manu continentur. *Lumbricales* , Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Flectentes primum internodium* , Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 19. *Lumbricales* , Cowper Myot. Cap. 28. Dougl. Myogr. Cap. 34. *Les muscles Lombricaux* , Hunauld , Histoir. de l'Academ. Roy. des Scienc. ann. 1729. pag. 252. *Les muscles Lumbricaux* , Winsl. Expositi. an. Trait. des muscl. §. 335. & seq. & 1066. & seq.

CA-

CAPUT CLXXII.

De Abductore brevi pollicis manus [a].

Brevis Abductor pollicis à radice volae, ubi supra pollicem oritur à ligamento carpi interiore [b], & plerumque etiam ab interiore parte ossis multanguli majoris, ad pollicem pertinens est. Portionem praeterea à principio recipit ab aponeurosi Palmaris longi: aliquando & tendinem [c] ab Abductore longo pollicis, ut supra diximus. Recta decurrit ad caput superius primi ossis pollicis, à primo sensim latior, *dein quo propior pollici, hoc angustior; tendineus quoque à primo, tenuisque; dein carneus*, paullatimque crassior, ac rursus non longe ab extremo tenuior, rursusque ad postremum tendineus, tendineo extremo [d] ex ea parte, quae incumbit Opponenti, primum prodeunte. Duobus modis desinit: nam partim se inserit [e] internae eidemque priori parti dicti capitis, extremo angustiore & crassiore, eoque praecipuo: partim priusquam se inserat, latescit magis magisque [f], ambiensque commissuram *primi ossis pollicis cum metacarpo suo, tendit ad dorsum pollicis*, coïtque [f] cum priore parte tendinum Extensorum pollicis, porroque se tenuitate quadam per exteriora eorun-

a Eustach. Tab. XXXII. 43. dext. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 3. p. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig 2. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab LIII. 133. Hist. huj. Icon. I. F.

b Eustach. Tab. XXXII. 43. dext. Hist. huj. Icon. I. h.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 136. C.

d Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIII. 133. B. Hist. huj. Icon. I. i k.

e Hist. huj. Icon. I. i.

f Hist. huj. Icon. I. k.

a Eu-

eorundem tendinum continuat ſimili aponeuroſi illius caudae Flexoris brevis pollicis, quae propior indici. Totum pollicem à reliqua manu abducit in interiora ſimul & aliquantum in poſteriora. In eandem partem nonnihil flectit primum pollicis os. Cum vero eo tempore, quo firmatus articulus metacarpi pollicis cum multangulo majore, aut pollex quantumpote abductus, attrahimus hunc muſculum ad principium ſuum, extenditur os primum, dein & ſecundum, maxime cum primum jam rectum.

Eſt *Qui pollicem maxime abducit*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Septimus extremae manus muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. ut videtur. *Septimus*, Fallopp. Obſ. an. in pollicem moventibus. Pars *Thenaris*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 30. *Abducens* pollicem, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 21. *Abductor* pollicis, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 29. *Abductor*, *Thenar Riol.* Dougl. Myogr. Cap. 37. *Abductor pollicis*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 29. Pars ejus, qui *le Thenar*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 307. & ſeq. & 1051. & ſeq.

CAPUT CLXXIII.

De Opponente pollicis manus [a].

Infra Abductorem brevem, ab iiſdem partibus, (id eſt à ligamento carpi [b], & ab oſſis multanguli

Rrr majoris

a Euſtach. Tab. XXXIII. 69. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig. 2. C. Hiſt. huj. Icon. II. E.

b Euſtach. Tab. XXXIII. 69. Hiſt. huj. Icon. II. ii.

c Eu-

majoris eminentia priore [c] earum, quae faciunt sinum, per quem decurrit tendo Radialis interni) Opponens oritur, verum principio latiore, tendinoso, subrotundi ambitus, caeterum pariter tenui. Ad pollicis metacarpum vix latior quam inceperat, crassior tamen, sed in fine rursum extenuatus, & à principio extrinsecus, itemque intrinsecus, aliquandiu tendinosus, procedit; & ad ejus internae amplitudinis marginem priorem totum extremo tendinoso desinit [d]. Eumque ita flectit, ut primo pollicem introrsum simulque retrorsum abducat à manu, dein convertat, internamque ejus partem volae manus, digitisque opponat, fere directo.

Est *Illorum duorum, qui pollicis primo ossi famulantur, primus*, aut pars ejus, una cum *secundo*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Decimus*, una cum *Undecimo*, Fallopp. Obs. an. in pollicem moventibus. An & hic pars *Thenaris*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 30? Est *Primi internodii pollicis flexor secundus*, cum *primo*, aut parte ejus, ut videtur, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 19. Pars *Flexoris primi & secundi ossis pollicis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 29. *Flexor primi internodii* pollicis, Dougl. Myogr. Cap. 37. Pars *Flexoris primi & secundi ossis pollicis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 29. Pars ejus, qui *le Thenar*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 307. & seq. & 1051. & seq.

C A-

c Hist. huj. Icon. 11. k.

d Hist. huj. Icon. 11. m.

a Eu-

CAPUT CLXXIV.

De Flexore brevi pollicis manus [a].

Hic à principio simplex, post bifidus. Quanquam & principium, quoniam à multis partibus incipit, qua incipit, leviter incisum sit. Nam singulis tenuibus tendineis, aut tendinosis, portionibus oritur ab interiore parte inferioris partis ossis carpi cuneiformis [b], capitati [c], multanguli minoris [d], eminentiae internae majoris [e], (aut tantum è ligamentis, quibus haec ossa ex interiore parte obducta sunt) inferiore denique eademque exteriore *ligamenti carpi interioris* [f], juxta multangulum majus, quae portio caeteris latior, & aliquando diu, aliquando ad finem usque, quem ossi sesamoïdeo ab indice remotiori inserit, distincta. Infraque originem à carpi ossibus, etiam oritur à capitibus vicinis ossium metacarpi, saepe ab illo digiti annularis, semper ab illo medii, indicisque; aliquando & ab illo pollicis: ab annularis interiore & eadem priore parte, portione tenui tendinosa: à medii partis interioris latitudine prope tota, portione crassiore, fere carnea: ab indicis interiore eademque posteriore parte, portione simili graciliore, saepe diu distincta: à pollicis parte spectan-

a Eustach. Tab. xxxviii. ΠΣ. Vesal. Epit. musc. Fig. iii. lm. fin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 7. 1. 2. Hist. huj. Icon. i. KL.

b Eustach. Tab. xxxviii. ΠΣ-α.

c Eustach. Tab. xxxviii. ΠΣ-β.

d Eustach. Tab. xxxviii. ΠΣ-γ.

e Eustach. Tab. xxxviii. ΠΣ-δ.

f Hist. huj. Icon. i. l.

g Hist.

te indicem volamque, aut mox infra caput superius, ab interna marginis illius, quo respicit indicem, portione exigua. Principium latum, à parte volae ex transverso concavum, ab initio extrinsecus tendinosum, sensim crassius: ab eo caudae [g] sensim graciliores, in fine tendinosae [h], & adhuc satis crassae. Caudae ad ossa sesamoïdea [i], quae apposita ad articulum pollicis cum metacarpo ejus, & ad eam quidem partem eorum, quae ex adverso illius, qua se mutuo respiciunt, pertinent: itemque infra ea, mox juxta priorem eorum partem, ad latera capitis superioris ossis primi [k], portione tenuiore: adnexaeque *ligamentis, quibus sesamoïdea alligata ossi primo.* Dat & illa, quae indici propior [l], aponeurosem [m] *tenuem*, eamque partim continuat illi [n], quae nata è tendine aut Extensoris majoris pollicis, aut communis majori cum minori, ambit capsam articuli pollicis cum metacarpo: partim infra eam eidem adjungit tendini [m], continuatque simili Abductoris brevis pollicis aponeurosi. Et cum extremo caudae posterioris, qua id affixum ossi primi ordinis, conjunctus Adductor pollicis. *Pollicis primum os, ad quod recta tendit*, cuique partim *ipse*, ut *dictum*, insertus; partim intervenientibus sesamoïdeis, in volam flectit. Ejusdem metacarpum in posteriorem partem, ac simul pro vario ejus situ, vel ad volam, vel secundum eam, vel ab

g Hist. huj. Icon. I. K. L.
h Hist. huj. Icon. I. o. m.
i Hist. huj. Icon. I. n.
k Hist. huj. Icon. I. o. m.
l Hist. huj. Icon. IV. N.
m Hist. huj. Icon. IV. M.
n Hist. huj. Icon. IV. M. continuat. L.

a Eu-

ab ea modice introrsum. An & juvat Extensorem magnum, ad extendendum os ultimum? id certe extendit attractus ad principium suum.

Est *Trium*, *qui secundo pollicis ossi famulantur*, *secundus* una cum *tertio*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43: an eo etiam pertinet *Illorum duorum*, *qui pollicis primo ossi famulantur*, *primi* pars *secundum pollicis contingens internodium*, ibidem? *Octavus extremae manus musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. una cum parte *musculi pollicem flectentis volam versus*, ibid. *Tertius*, cum *quarto*, & *quinto*, & *sexto*, & *nono*, forte & *octavo*, Fallopp. Obs. an. in pollicem moventibus. Haud dubie pars *Thenaris* cum parte *Hypothenaris pollicis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 30. Est *Secundi internodii pollicis flexor secundus*, cum *tertio*, & *quarto*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 19. quo & pars *Primi internodii flexoris primi*, ibidem, pertinere videtur. Pars *Flexoris primi & secundi ossis pollicis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 29. *Flexor secundi internodii* pollicis, Dougl. Myogr. Cap. 37. an pars etiam est *Adductor* (pollicis) *ad indicem*, *Antithenar Riol.* ibidem? Pars *Flexoris primi & secundi ossis pollicis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 29. Pars ejus, qui *le Thenar*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 307. & seq. & 1051. & seq. & huc quoque pertinet pars ejus, qui *le Mesothenar*, ibid. §. 310. & seq. & 1054. &, ut videtur, *l'Antithenar*, *ou Demi-interosseux du pouce*, ibid. §. 313. & seq. & 1055.

CAPUT CLXXV.

De Adductore pollicis manus [a].

Adductor è latiore rectoque initio paullatim adeo strictior fit, ut in fine peranguſtus ſit. In progreſſu etiam paullo quam in principio, & ſenſim quidem, craſſior, rurſuſque in fine tenuior, poſtremo tendineus [b]. Oritur [c] à media interna amplitudine oſſis metacarpi digiti medii, mox ſupra caput ejus inferius; in multis à tota oſſis illius longitudine, inter capita ejus intercedente; ac ſaepe medius à principio inciſus eſt: rectaque ad pollicem procedens, pertingit ad eam *capitis ſuperioris oſſis ejus primi partem* [d], quae ſpectat indicem, extremo ſuo ſe conjungens cum cauda Flexoris brevis pollicis, quae propior indici. Metacarpum pollicis flectit in partem poſteriorem, pollicem ad mediam adducens volam. Eodem & primum os flectit, exigua differentia. Cum vero pollex volae oppoſitus, adducit eum ad digitum medium.

Eſt *Trium, qui ſecundo pollicis oſſi famulantur, primus*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. Pars *Muſculi pollicem flectentis volam verſus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. *Secundus*, Fallopp. Obſ. an. in pollicem movendum.

a Euſtach. Tab. XXXVIII. 2. Veſal. Epit. muſc. Fig. III. n. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. 3. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. 2. C. Bidloo Tab. LXVII. Hiſt. huj. Icon. I. M.

b Hiſt. huj. Icon. IV. P.

c Hiſt. huj. Icon. I. p.

d Hiſt. huj. Icon. IV. P.

a Eu-

moventibus. Pars *Hypothenaris pollicis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 30. Est haud dubie *Secundi internodii pollicis flexor primus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 19. Pars *Flexoris primi & secundi ossis pollicis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 29. *Adductor* (pollicis) *ad minimum digitum*, Dougl. Myogr. Cap. 37. Pars *Flexoris primi & secundi ossis pollicis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 29. Pars ejus, qui *Le Mesothenar*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 310. & seq. & 1054.

CAPUT CLXXVI.

De Palmari brevi [a].

Hoc principii volae, sub ejus tegumentis explicatum, tegumen quoddam, sensim, tenuique, satisque lata, aponeurosi exoritur tum ab exteriore parte ligamenti carpi interioris [b] juxta pollicem, tum à principio aponeurosis Palmaris longi [c]: paullatimque insignius, & latius, retrorsum prope ex transverso incedit, aliquantum descendens. Non ita autem longe ab ortu suo abit in fasciculos carneos [d], tenues, tres quatuorve, aut quinque, aut & plures, disjunctos inter se, laxeque conjunctos intercedente pingui,

a Eustach. Tab. xxxv. Z. & Tab. xxxii. 49. Valverd. Anat. Tav. 3. del Lib. ii. q;. Casser. Pent. Tab. ii. org. tact. Fig. i. CC. & Fig. 2. C. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 21. Fig. 1. & 2. P. & Tab. 22. Fig. 1. H. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. xlix. Fig. 2. & 3. 122. & Tab. li. 122.

b Eustach. Tab. xxxv. Z. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 22. Fag. 1. H.

c Casser. Pent. Tab. ii. org. tact. Fig. i. CC. & Fig. 2. C. Cass. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 21. Fig. 1. & 2. P.

d Cowp. Myot. a. 1724. Tab. li. 122

e Cow-

pingui; quibus panniculo adiposo adhaeret: rursumque ex his in [e] tendineum manus post integumenta sequens, & ad os metacarpi quartum pertinens, involucrum. Ejus actione principium volae, quod occupat, ex transverso contrahitur, eoque simul in interiora idem surgit.

Est *Un' altro musculo, che distende questa tela*, Valverd. Anat. Lib. II. Cap. 27. *Primus extremae manus musculus scriptoribus ignotus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. *Caro quaedam, quae musculorum effigiem habet*, Fallopp. Obs. an. in *illis musculis, qui in summa & extrema manu continentur. Carpicus, vel Palmaris brevis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 28. *Caro quaedam quadrata*, Spigel. de. H. C. F. Lib. IV. Cap. 18. *Palmaris brevis*, Cowp. Myot. Cap. 27. *Palmaris brevis Joan. Bapt. Cannan. vel Caro quadrata*, Dougl. Myogr. Cap. 32. *Le Palmaire cutané*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 289. & seq.

CAPUT CLXXVII.

De Abductore digiti minimi manus [a].

Hic uno plerumque principio, extrinsecus aliquantum tendinoso, raro duobus, incipit ab interi-

e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 122. AA.

a Eustach. Tab. XXXIII. 72. & Tab. XXXVI. Q. & Tab. XXXVIII. W. ut videtur. Vesal. Epit. musc. Fig. I. A. fin. & Fig. II. k. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 3. r. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 23. Fig. 2. K. exterior. & Tab. 26. Fig. 2. D. Bidloo Tab. LXIX. K. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 131. M H. & Tab. LII. 131. F. Hist. huj. Icon. I. C. & Icon. IV. Ω.

b Eu-

interiore & à posteriore parte eminentis rotundae partis ossis subrotundi [b], & à proxima ligamenti carpi interioris ; descendit rectius ; fit primo sensim aliquantum & latior & crassior , dein angustior & tenuior , inque fine se primum tendineo extremo affigit posteriori parti capitis superioris ossis primi digiti minimi, mox infra summum ejus marginem: dein cum sequente commune extremum efficit , quod similiter tendineum , sed crassius , statim infra supradictum , eidem capiti , ubi id inaequabiliter eminet , insertum ; & praeterea se adjungit [d] tendini Extensoris proprii auricularis , definitque [e] ut Interossei. Tendo ex ea primum incipit parte, quae adjacet subjectis. Os primi ordinis digiti minimi primum hic musculus abducit ab annulari, post flectit in volam. Extendit os secundi ordinis , illudque tertii , attractus ad principium : tunc & introrsum flectit os metacarpi quartum.

Est *Vigesimus manus digitos moventium* , Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Sextus extremae manus musculus* , Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. Pars *Hypothenaris parvi digiti* , Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Minimum digitum abducens* , Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 21. Pars *Abductoris minimi digiti* , Cowper Myot. Cap. 28. *Extensor tertii internodii minimi digiti* , Dougl. Myogr. Cap. 36. *L'Hypothenar du petit doigt* ,

b Eustach. Tab. XXXVIII. W-α. Hist. huj. Icon. I. d.
c Hist. huj. Icon. I. e.
d Eustach. Tab. XXXVI. Q-α. Hist. huj. Icon. I. g. & Icon. IV. x.
e Hist. huj. Icon. IV. DEF.

a Casser.

Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 449. & ſeq. *Le petit Hypothenar*, ibid. §. 1057.

CAPUT CLXXVIII.

De Flexore parvo digiti minimi manus [a].

EOdem, atque praecedens, modo, ſecundi, tertiique ordinis os extendit, & introrſum flectit os metacarpi quartum: ſed os primi ordinis, totumque adeo digitum, tantummodo flectit, magis etiam in volam pollicem verſus, eo digitum totum nonnihil convertens. Origo ei à media parte extremi proceſſus incurvi oſſis cuneiformis carpi, & ſtatim infra eam ab exteriore ligamenti [b] carpi. Modicae ab initio latitudinis, primum aliquantulum lateſcit, tum ſe paullatim anguſtat, ſed diu perquam modice, in fine magis: ab initio tenuis & tendinoſus, diu ſenſim craſſior, in fine tenuior. Commune ei cum parte Abductoris praecedentis extremum, cum eodem inſertus. Frequenter deëſt. Inveni & valde gracilem, ex acuto tendineo initio ſenſim craſſiorem, rurſuſque fere à medio ſenſim graciliorem.

An *Sexti extremae manus muſculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. pars, quae *exit à ligamento brachialis*? An pars *Hypothenaris parvi digiti*, Riolan. Anthr. Lib.

a Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 25. Fig 2. B. extra ſitum. & Tab. 23. Fig. 2. K. inter. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LI. 131. M. ſuperior extra ſitum. Hiſtor. huj. Icon. 1. D.

b Hiſtor. huj. Icon. 1. f.

a An

Lib. V. Cap. 29 ? Pars *Abductoris minimi digiti*, Cowper Myot. Cap. 28. *Abductor minimi digiti*, *Hypothenar Riol.* Dougl. Myogr. Cap. 36.

CAPUT CLXXIX.

De Adductore ossis metacarpi digiti minimi [a].

Adductor ossis metacarpi digiti minimi persimilis pollicem Opponentis, sed initium rectius habet, & ad ejus rationem latescit magis, extrinsecus à principio tendinosus, intrinsecus in fine. Inserit se posteriori & eidem interiori parti ossis metacarpi quarti, per totam ejus longitudinem inter duo capita mediam [b], eo procedens à posteriore eademque paullo infra mediam parte extremi fere processus incurvi ossis cuneiformis [c] carpi, & à proxima exteriore ligamenti carpi interioris [d], infra processum illum. Os metacarpi auricularis attollit in internam manus partem, trahitque simul aliquantum pollicem versus, sequente etiam metacarpi tertio; quo volam facit ab ea parte magis concavam, dorsum manus rotundum.

Est *Illorum octo, qui quatuor subserviunt digitis, parvum digitum flectentium* primus, Vesal. de H. C. F. Lib.

a An Eustach. Tab. xxxviii. Q. & Tab. xxxix. Fig. 1. E? Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 4. ζ. Casser. Pentaest. Tab. ii. org. tact. Fig. 2. G. & Fig. 3. K. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 25. Fig 2. B. superior in manu. & Tab. 26. Fig. 1. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. li. M. in manu. Histor. huj. Icon. ii. D. & Icon. i. EE.

b Hist. huj. Icon. ii. hh. & Icon. iv. Ψ.

c Hist. huj. Icon. ii. f.

d Hist. huj. Icon. ii. g.

a Ve-

II. Cap. 43. Unus *Octo aliorum musculorum*, &c. Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. Unus *illorum octo*, *qui inter ossa metacarpi continentur*, Fallopp. Obs. an. in *illis musculis*, *qui in summa & extrema manu continentur*. An pars *Hypothenaris parvi digiti*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29? *Interosseus ultimo ossi metacarpii parte manus externa adhaerens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 21. Pars *Abductoris minimi digiti*, Cowper Myot. Cap. 28. *Flexor primi internodii minimi digiti*, Dougl. Myogr. Cap. 36. *L'Adducteur oblique du quatrieme os du metacarpe*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 92. *Le Metacarpien*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 295. & seq. & 1018. & 1056.

CAPUT CLXXX.

De Interosseis internis manus [a], *qui sunt indicis prior* [b], *& posterior* [c], *prior annularis* [d], *& auricularis* [e].

Interossei interni habent maximam similitudinem inter se. Priori indicis in fine cum reliquis dissimi-

a Vesal. Epit. musc. Fig. III. in vola sinistra: & de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. infra A. Bidl. Tab. LXVIII. d. d. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LII. 127.

b Eustach. Tab. XXXIX. Fig. I. x. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. Y. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. I. F. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LI. P. Histor. huj. Icon. III. & II. G. & Icon. IV. A.

c Eustach. Tab. XXXIX. Fig. I. y. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. I. G. indicis. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LI. 127. Histor. huj. Icon. II. H.

d Eustach. Tab. XXXIX. Fig. I. B. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. I. H. annularis. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 127. Hist. huj. Icon. I. P. & Icon. III. L.

e Eustach. Tab. XXXIX. Fig. I. D. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab 26. Fig. 2. E. auricularis. Hist. huj. Icon. III. A. & Icon. I. & II. N.

f Histor.

dissimilitudo. Omnes descendunt à metacarpi ossibus, à quorum longitudinis superiore plus quam dimidia parte, mox à radicibus capitum superiorum oriuntur: prior indicis ab amplitudine priore metacarpi indicis [f]: posterior ab ejusdem amplitudine posteriore [g], praeter amplitudinis illius marginem, qui est propter dorsum manus: prior annularis ab eadem parte amplitudinis prioris metacarpi ejus ipsius digiti [h]: ille auricularis ab eadem ejusdem amplitudinis metacarpi auricularis [i]. Omnes extrinsecus à principio aliquantum tendinosi: ubi autem primum incipiunt, ibi *angustiores, & tenuiores; dein quamdiu oriuntur, paullatim modice latiores, & crassiores;* post paullatim graciliores: & non longe à digitis in tendinem [k] abeunt, quem prior indicis citius facere, qua priora spectat, incipit; sicut & ille auricularis; posterior autem indicis, priorque annularis, ab ea parte, qua spectant posteriora. Tendo prioris indicis insertus priori parti capitis superioris [l] primi ossis indicis. Tendo posterioris tenuis, angustus, planus: procedit *multo longius* [m], praetergressusque articulum indicis *cum metacarpo, pergit per posteriorem* partem dorsi ossis primi [n], dein secundum posteriorem eandemque exteriorem articuli ossis primi cum secundo,

f Histor. huj. Icon. III. no. & Icon. IV. βγ.
g Histor. huj. Icon. II. p.
h Hist. huj. Icon. II. w.
i Hist. huj. Icon. III. ab.
k Hist. huj. Icon. III. p. c. Icon. II. q. x.
l Hist. huj. Icon. III. q.
m Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. 1. b. indicis. Hist. huj. Icon. II. q.
n Hist huj. Icon. IV. f.

o Hist.

post dorsum ossis secundi magis magisque conscendit[o], donec in medio ejus, juxta caput inferius, cum simili tendine[p] Lumbricalis indicis ad acutum angulum conveniat, confluatque in unum[q] latiorem; qui sensim modice angustior, descendit ulterius, usque ad eminentem mediam exteriorem partem capitis superioris tertii[r]. Circa mediam vero ossis primi longitudinem, immo plerumque paullo ante, se cum lato Extensorum tendine conjungit in unum[s], ab eoque rursus, paullo prius quam is desinat, secedit[t]. Et ante conjunctionem, à radice digiti ad eam conjunctionem usque, aponeurosem[u] tenuiorem emittit, *eidem se jungentem tendini, & à superiore parte* cum ejusdem tendinis aponeurosi, qua capsam *articuli indicis* cum metacarpo ambit, continuatam[w], fibrasque superiores prope transversas habentem, ut sequuntur, reliquas magis descendentes; iisque fibris per dorsum tendinis illius evanescit; talesque etiam per idem dorsum dispergit[x], qua conjunctus. Ex interiore autem parte accipit fibras insignes ab ea parte lati tendinis Extensorum, qua is incumbit ossi *primi ordinis*. *Tendo prioris annularis ab ejus* priore parte decurrit[x], ut posterior indicis à posteriore: in fine confluit cum tendine posterioris[y] annularis ejusdem

o Hist. huj. Icon. IV. B. indicis.
p Hist. huj. Icon. IV. A.
q Hist. huj. Icon. IV. E. indicis.
r Hist. huj. Icon. IV. F. indicis.
s Hist. huj. Icon. IV. v. indicis.
t Ibid.
u Ut Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LII. m. Hist. huj. Icon. IV. s. indicis.
w Hist. huj. Icon. IV. s. indicis contin. q.
x Hist. huj. Icon. II. x. & Icon. IV. d w C t. annularis.
y Hist. huj. Icon. IV. B. annularis.

z Hist.

jusdem, cujus tertio ossi communis prioris & posterioris tendo [z] insertus [α], ut communem indici inseri docuimus. Sic & decurrit [β], & cum simili Abductoris digiti minimi, aut communi ei cum Flexore ejusdem digiti parvo, extremo [γ] desinit [δ] Interosseus auricularis. Adde quod tendines subtilibus se fibris innectant capsis, quae continent articulos digitorum cum metacarpo, qua secundum eas à parte volae incedunt. Adde praeterea, quod ad principium tendinis prioris annularis accedat tendo Lumbricalis tertii [ε], eodemque modo quarti [ζ] ad illum auricularis: ex quorum *conjunctione*, & *accedentibus fibris ab Extensoris tendine*, *fit tendo* ad os tertium pertinens [η]. Interosseus auricularis, itemque prior annularis, & posterior indicis, ab initio extrinsecus aliquandiu tendinosi sunt. Supereſt actio eorum, quam externorum historiae subnectemus.

Sunt quatuor *Illorum octo*, *qui quatuor subserviunt digitis*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Octo aliorum musculorum*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. *Illorum octo*, *qui inter ossa metacarpi continentur*, Fallopp. Obs. an. in *illis musculis*, *qui in summa & extrema manu continentur*. *Interossei interni*, Riolan. Anthr. Lib. V.

z Hist. huj. Icon. IV. E. annularis.
α Hist. huj. Icon. IV. F. annularis.
β Hist. huj. Icon. III. c. & Icon. IV. b w C t. auricularis.
γ Hist. huj. Icon. IV. E. auricularis.
δ Hist. huj. Icon. IV. F. auricularis.
ε Hist. huj. Icon. II. Q. & Icon. I. Z.
ζ Hist. huj. Icon. II. O. & Icon. I. Δ. & Icon. III. K.
η Hist. huj. Icon. II. R. P. & Icon. I. Γ. Θ. & Icon. III. L.

a Ve-

V. Cap. 29. praeter priorem indicis. *Interoſſei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 21. Vide Habicot Semain. anat. *Interoſſei manus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 28: prior indicis eſt *Abductor indicis*, ibid. *The internal Interoſſei*, Dougl. Myogr. Cap. 35: prior indicis eſt *Extenſor tertii internodii indicis*, ibid. Sunt *les Interoſſeux internes*, Winſl. Hiſt. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 92. praeter priorem indicis. *Interoſſei manus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 28. Vide Heiſt. Comp. an. ann. 1727. not. (74*). Sunt *les Interoſſeux internes*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſc. §. 338. 344. & ſeq. & 1058. & ſeq. praeter priorem indicis.

CAPUT CLXXXI.

De Interoſſeis externis manus [a], *qui ſunt uterque medii* [b], *poſterior annularis* [c].

Similes hi inter ſe, maximam partem differunt ab illis, praeterquam decurſu, & tendine. Quare unum

a Veſal. Epit. muſc. Fig. III. in vola ſin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. infra Δ. Bidloo Tab. LXVIII. d. d. & Tab. LXXI. inter oſſa metacarpi. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LII. 127.

b Prior, Euſtach. Tab. XXXIX. Fig. I. 2. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. I. H. medii. Cowper Myot. a. 1724. Tab. LI. 127. Hiſt. huj. Icon. III. EF. & Icon. IV. ΘΛ. Poſterior, Euſtach. Tab. XXXIX. Fig. I. A. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. I. G. medii. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. 127. Hiſt. huj. Icon. III. CD. & Icon. IV. ΞΠ.

c Euſtach. Tab. XXXIX. Fig. I. C. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. I. G. annularis. Hiſt. huj. Icon. III. B. & Icon. IV. ΣΦ.

d Hiſt.

unum modo describemus, nempe priorem medii. Biceps est, alteroque capite [d] oritur à longitudine paullo plus quam dimidia superiore amplitudinis prioris metacarpi medii [e]: altero [f] ab exteriore margine illius lateris ossis metacarpi primi [g], quo spectat secundum, à radice capitis ejus superioris, fere usque ad inferius. Illud satis simile Interosseis internis; hoc multo tenuius, & planius. Utriusque fibrae oblique ad se invicem descendunt, conveniuntque ad angulos acutos [h]. Posterior medii crassiore capite [i] oritur ab eadem parte superiore ejus lateris ossis ejusdem metacarpi secundi [k], quo tertium respicit: tenuiore [l], ab exteriore parte amplitudinis ossis metacarpi tertii [m], quae obversa secundo. Posterior annularis eodem modo capite crassiore [n], ab illo ossis metacarpi tertii latere [o], quod spectat quartum: tenuiore [p], ab exteriore parte illius quarti [q], quod spectat tertium. Omnium capita ab initio subtendinea: prioris ad medium pertinentium caput crassius aliquandiu tendinosum extrinsecus, quemadmodum & idem posterioris annularis, aliquantum etiam posterioris medii. Tendinem ex utroque

d Hist. huj. Icon. III. E. & Icon. IV. Λ.
e Hist. huj. Icon. III. k. l. & Icon. IV. ζη.
f Hist. huj. Icon. IV. Θ. & Icon. III. F.
g Hist. huj. Icon. IV. δε.
h Hist. huj. Icon. IV. θ.
i Hist. huj. Icon. III. D. & Icon. IV. Ξ.
k Hist. huj. Icon. III. gh. & Icon. IV. λμ.
l Hist. huj. Icon. IV. Π. & Icon. III. C.
m Hist. huj. Icon. IV. νξ.
n Hist. huj. Icon. III. B. & Icon. IV. Σ.
o Hist. huj. Icon. III. de. & Icon. IV. σς.
p Hist. huj. Icon. IV. Φ.
q Hist. huj. Icon. IV. τυ.

capite inchoant, qui dein in communi cauda citius in priore medii apparet ab ea parte, qua adjacet ossi metacarpi secundo : in posteriore tertii, qua is ossi tertio : in posteriore medii, qua respicit tertium. Tendo prioris medii [r] ab hujus priore parte, posterioris [s] à posteriore incedit, mutuaque conjunctione communem [t], ad os tertium pertinentem [u], tendinem efformant. Tendo posterioris annularis [w], à posteriore ejus parte incedens, commune extremum [x] efficit cum priore digiti ejusdem [y], quod similiter ad os [z] ejus tertium pertinet. Ad prioris medii tendinem accedit Lumbricalis secundus [α]. Omnes plerumque aliud praeterea extremum [β] exigunt, praecedenti subjacens, & in tendinem abeuns crassiorem, sed angustiorem, quem affigunt eminentiae, quae est mox infra caput primum ossis primi, ab eo digiti, ad quem pertinent, latere, quod tenent. Omnes, tum externi, tum interni, digitum suum flectunt, priores in priora pollicem versus, posteriores in posteriora, simulque modice in interiora, in oppositum sibi latus simul aliquantum convertentes partem ejus inter-

r Hist. huj. Icon. III. m. & Icon. IV. κ w C. medii.
s Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. 1. b. medii. Hist. huj. Icon. III. i. & Icon. IV. ϱ v B. medii.
t Hist. huj. Icon. IV. E. medii.
u Hist. huj. Icon. IV. F. medii.
w Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 26. Fig. 1. b. annularis. Hist. huj. Icon. III. f. & Icon. IV. ϕ v B. annularis.
x Hist. huj. Icon. IV. E. annularis.
y Hist. huj. Icon. IV. C. annularis.
z Hist. huj. Icon. IV. F. annularis.
α Hist. huj. Icon. III. H. & Icon. II. S.
β Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LII. I.

a Eu-

internam : digitum in volam flexum , in eandem magis flectunt , sed oblique in suum latus. Omnes , praeter priorem indicis , extendunt os secundum & tertium , si attrahas eos ad principium suum.

Sunt tres *Illorum octo* , *qui quatuor subserviunt digitis* , Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Octo aliorum musculorum* , &c. Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. *Illorum octo* , *qui inter ossa metacarpi continentur* , Fallopp. Obs. an. in *illis musculis* , *qui in summa & extrema manu continentur*. *Interossei externi* , Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Interossei* , Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 21. Vide Habicot Semain. anat. *Interossei manus* , Cowper Myot. Cap. 28. *The external Interossei* , Dougl. Myogr. Cap. 34. *Les Interosseux externes* , Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1724. p. 92. Vide Heist. Comp. an. ann. 1727. not. (74*). *Les Interosseux externes* , Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 338. 339. & seq. & 1058.

CAPUT CLXXXII.

De Abductore indicis manus [a].

INdicis Abductor è modica latitudine primo aliquanto latior , mox strictior , progrediens crassior , in fine tenuior. Verum principium in aliis bipertitum habet,

a Eustach. Tab. XXXVI. 1. & Tab. XXXIII. 64. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 9. g. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 24. Fig. 2. H. & Tab. 27. Fig. 1. L. Bidloo Tab. LXXI. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LI. O. Histor. huj. Icon. IV. 1. & Icon. II. F.

b Eu-

habet, ejusque superior pars (quae extrinsecus permodice tendinosa esse solet) oritur à capite superiore metacarpi pollicis, qua is indicem respicit: inferior, quae latior, statim infra superiorem, à superiore parte marginis ossis ejusdem. Aliis haec principia conjuncta in unum [b]. Quibusdam accedit aliud à dorso ossis multanguli majoris, estque angustum, tenue, diuque tendineum. Aliquando portio accedit, orta ab interiore & eadem superiore parte ossis metacarpi indicis, aberrans quasi ab Interosseo priore indicis, cum quo se hic Abductor in progressu solet conjungere. Ad indicis priorem partem procedit, ubi se *praecipue extremo tendineo* [c] *planiore, quod ex interiore* parte primum nascitur, *inserit* [d] *capiti superiori* ossis primi: ab exteriore autem parte in tenuem aponeurosem dilatescit, dorsum ejusdem ossis, capsamque articuli ejus cum metacarpo, conscendentem, seseque conjungentem cum tendine Lumbricalis primi, cum eoque adjungentem [e] communi tendini Extensorum indicis. A reliquis digitis indicem ad pollicem ducit, viciſſimque pollicis metacarpum ad indicem. Indicem modice simul *in volam flectit. Et si* efficere *in nobis valet, quod attractus* ad principium suum, etiam inter adjutores Extensorum indicis numerandus.

Est *Alter musculus, lateralibus pollicis motibus inserviens*, Vesal.

b Eustach. Tab. xxxvi. f. α. Hist. huj. Icon. iv. f. α.
c Hist. huj. Icon. ii. n.
d Hist. huj. Icon. ii. o.
e Eustach. Tab. xxxvi. f. β.

a Eu-

Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 43. *Septimus pollicis musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 35. *Primus*, Fallopp. Obs. an. in pollicem moventibus. *Abductor indicis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 29. *Adducens* pollicem, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 21. *Adductor pollicis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 29. *Abductor* indicis, Dougl. Myogr. Cap. 35. *Adductor pollicis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 29. *Le Demi-interosseux de l'index*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 447. & seq. & 1065.

REGIO XXVI. NATIS.

CAPUT CLXXXIII.

De Gluteo magno [a].

Nunc primum summatim exponenda vagina tendinea, de qua & in hoc capite, & aliquot sequentium mentio facienda erit, memorabilis & ipsa. Ea se continuo per ambitum ductu demittit à crista ilium, secundum ortum Gluteorum; osse sacro & coccyge, secundum ortum magni; osse ischii & pubis, secundum ortum Semitendinosi, Adductoris magni, Gracilis, Adductoris longi, Pectinei; imo tendineo margine Obliqui externi abdominis; tendine Psoae parvi:

a Eustach. Tab. XXXIV. I. & Tab. XXIX. X. Vesal. Epit. Fig. musc. II. o. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 9. II. & Tab. 10. n. sin. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 29. CCC. & HHHIIIKK. Bidloo Tab. LXXII. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVII. 151. & Tab. LV. Fig. 2. & 3. 151.

b Eu-

parvi : complectiturque cum nate femur, ſtatim poſt tegumenta communia, majorem partem ex faſciculis tranſverſis rectiſque conſtans. Qua Gluteum magnum integit, valde tenuis : qua [b] medium ante magnum, craſſior, eoque craſſior, quo remotior à magno : ab externo femoris latere [c] valde craſſa, de caetero tenuis. Ejuſque craſſa pars inſerta externo lateri capitis ſuperioris tibiae, & à priore parte conjuncta cum tendine Vaſti externi. Tenuiore autem parte ſui etiam genu laxe ambit, & ad crus procurrit. Propaginem inſignem interſerit Gluteo magno & medio : tenues femur occupantibus, eoſque vaginarum inſtar laxe *continentes; niſi quod inſigniore ambiat Vaſti externi* poſteriorem partem, diſtinguens eum à *Bicipitis* cruris capite breviore; ejuſque propaginis priori parti adjungit ſe aponeuroſis tenuis, orta ab imo Glutei magni tendine, & dein à ſpina femoris juxta ortum Vaſti externi, ſuiſque faſciculis deſcendens oblique extrorſum. Conjunctus autem cum hac vagina tendo Glutei magni, de quo nunc opportunum erit dicere. Is igitur rotundi qua oritur ambitus, rectioribus deinde lateribus, rotundis tamen, *incedit, ſic ut primo lateſcens, dein magis lentiuſque* anguſtetur. Eſt vero magnus & craſſus, verum ab initio tenuis, à quo

b Euſtach. Tab. xxx. K. & Tab. xxxi. Z. ſuper. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lvii. A A D.

c Euſtach. Tab. xxx. S. & Tab. xxxi. Z. inf. & Tab. xxix. u. Veſal. Epit. Fig. muſc. 1. u. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 3. Φ. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 34. O Q O O. & S S S. Bidloo Tab. lxxvi. B. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lvii. 159 E E.

d Caſſer.

quo sensim increscit aliquandiu, post decrescit. Continuoque ductu oritur, ab osse ilium ad exteriorem marginem partis posterioris cristae [d], qua hoc os ultra sacrum retrorsus porrectum: dein à ligamento, quod à postica cristae illius parte ad posticam sacri deductum; continuatus ibi tendineo principio Latissimi dorsi, communisque capitis Longissimi & Sacrolumbalis: tum à margine externo ossis sacri, juxta foramen ejus imum: post à tuberculo primo eorum, qui sunt à latere hiatus, in quem spinae dorsi canalis, medullam spinalem continens, exit; & ab articulo processuum obliquorum ossis sacri coccygisque: à latere denique coccygis. Quin & tam pertinaciter adhaeret ligamento, quod ab osse sacro ad cristam ilium; eique, quod ab eodem osse ad ischion deductum; itemque vaginae tendinosae, qua extrinsecus obductus, ut ab iis etiam oriri videatur. In ipso ortu fere tendineus est; magis tamen carnosa, itemque crassior, pars illa, quae ab osse ilium procedit. Oblique in latus descendit, carne in fasciculos [e] inter se laxius cohaerentes extrinsecus congesta; ex interiore autem parte magis compacta, & ad postremum abeunte in tendinem [f] crassum, satisque latum, qui inferiore eademque posteriore parte [g] sui, quae praecipua

d Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 29. a.

e Eustach. Tab. XXIX. X. Vesal. Epit. Fig. musc. II. o. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 9. II. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LV. Fig. 2. & 3. 151.

f Eustach. Tab. XXXIV. I-α. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVII. DCC.

g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVII. CC.

h Eu-

cipua crassissimaque, se ab externo latere innectit interiori parti vaginae tendineae, quae femori adjacentes musculos complectitur; & ad postremum ad femur pertinet [h], in portiones aliquot fissus: praetereaque ab externo latere se portione tenuiore, per longitudinem dimissa, adjungit [i] eidem ejusdem vaginae parti. Notissima femoris eminentia est, quae per posteriorem ejus partem à radice trochanteris majoris deorsum porrecta: hujus superiori parti se inserit, quoad illa maxime eminere, & inaequabilis esse solet. Ima parte sui se praeterea & carne, & fibris tendineis conjungit cum Vasto externo. Integit autem trochanterem majorem, ad *cujus dorsum suo se tendine flectit: qui ut facilius ad trochanterem illum ire & redire possit*, interjecta bursa tenuis, magna, parva parte sui stricte adnexa trochanteris dorso, statim infra finem Glutei medii; reliquo autem trochanteris, & Glutei magni tendini, laxe. Coxae articulum in posteriorem simul & exteriorem partem oblique flectit, & vel attollit femur spinam versus, vel in latus simul & in posteriora coxam deprimit: sed simul etiam femur aliquantum per exteriorem partem retrorsum convertit, coxam per *eandem partem in priora*. Flexum in priora femur abducit à femore altero. Qua denique parte oritur à coccyge, trahit eum in latus, inque priora.

Est *Primus femur moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib.

h Eustach. Tab. XXXIV. I-s. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 10. x.

i Cowper Myot. Tab. LVII.

a Eu-

Lib. II. Cap. 56. *Primus musculus femur movens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Primus omnium maximus, sui lateris clunem efformans*, Arant. Anat. obs. Cap. 44. *Maximus & extimus Gloutius*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Extendentium primus*, *Glutaeus major*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Glutaeus major*, Cowp. Myot. Cap. 32. *Glutaeus maximus*, Dougl. Myogr. Cap. 39. *Le grand Fessier*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 477. & seq. & 1069. & seq. & 1074. & seq.

CAPUT CLXXXIV.

De Gluteo medio [a].

Hoc multo minor medius, carne etiam constans compactiore. Similiter autem rotundi ambitus principium habet, sed crassius, & maxime carneum; quodque oritur [b] à dorsi ossis ilium latitudine tota, juxta cristam ejus; & ab aponeurosi, qua hic Gluteus extrinsecus obductus. Inde ad trochanterem majorem tendens, se paullatim angustat, donec ea ejus in fine praeter propter latitudo sit, quae altitudo trochanteris, cui se à radice ejus ad summum verticem oblique affigit [c],

a Eustach. Tab. XXXIV. H. & Tab. XXXII. W. Vesal. Epit. Fig. musc. II. α. fin. & Fig. I. ν. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 10. Σ. & Tab. 2. γ. & Tab. 4. μ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 29. LL. & Tab. 30. BB. & DDDEE. Bidl. Tab. LXXII. D. & Tab. LXXIII. B. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. 152.

b Eustach. Tab. XXXIV. H-αβγ. & Tab. XXXII. W.

c Eustach. Tab. XXXIV. H-δ. Bidloo Tab. LXXII. E E.

d Eu-

extremo autem tendineo [d], quod craſſius, qua parte vertici affixum. A priore parte, ab extremo criſtae ilium ad finem ſuum uſque, cum minore conjunctus in unum: atque adeo cum eo ſe etiam inſerit lateri externo radicis trochanteris majoris; inde autem ipſe ſolus oblique poſteriori parti lateris ejuſdem, uſque ad ſummi verticis partem poſticam. Pars ejus prior brevior eſt, magiſque è tranſverſo incedit, quam poſterior. Pars prior ubi oritur, tenuior; inde aliquantum craſſior: poſterior dum oritur, craſſior: poſt totus muſculus ſenſim ſe extenuat. Per interiora tendinis ex tranſverſo decurrunt faſciculi tendinei, ſpecie ligamenti lati, longitudinem tendinis tenentis. Interque finem tendinis, illumque, quo Pyriformis deſinit, interjecta burſa parva, utrique accreta. In latus articulum coxae hic medius flectit, abducens femur alterum ab altero, compagem autem oſſium coxarum cum ſacro, ſi ab interno femoris latere inclinata ſit, erigens, poſt inclinans in latus externum. Ad hoc ſua priore parte femur convertit per exteriora in priora; poſteriore in poſteriora: coxam contrariis modis. Sublato in priora femore, id convertit; ita autem, ut partem ejus, quae tunc eſt ſuperior, aliquantum dirigat ad alterum femur.

Eſt *Secundus femur moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. *Secundus femoris muſculus*, Columb. de

[d] Euſtach. Tab. XXXIV. H-I. Bidloo Tab. LXXII. E E. Cowper Myot. anat. 1724. Tab. LVIII. 152. B.

a Eu-

de re an. Lib. V. Cap. 28. *Secundus & medius Gloutius*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Extendentium secundus*, *Glutaeus medius*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Glutaeus medius*, Cowper Myot. Cap. 32. Dougl. Myogr. Cap. 39. *Le moyen Feſſier*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 483. & ſeq. & 1071. & ſeq. & 1074. & ſeq.

CAPUT CLXXXV.

De Gluteo minore [a].

Rurſus minor medio Gluteus minor, ad cujus exemplum & è dorſo oſſis ilium venit, & trochanteri majori ſe inſerit, & à principio rotundi ambitus eſt, latiorque; poſt ſenſim anguſtior, extremo tendineus. Ab ilium amplitudine illa tota [b], quae eſt inter ortum praecedentis, iſchiique principium; & ab ipſius iſchii orae poſterioris ſuperiore parte, ſe demittit; à primo quidem initio tenuis, ſed paullatim, ut pluribus fibris ab oſſe oriri pergit, craſſior; ita deinde detumeſcens, ut extremum ejus tendineum [c], ad quod efformandum jam circa medium ab exteriore parte tendinoſus fieri incipit [d], non valde craſſum ſit. Deſinit [e] ad eam prioris partis trochan-

a Euſtach. Tab. XXXVI. u. & Tab. XXXIII. y. Veſal. Epit. Fig. muſc. IV. α. dext. & Fig. III. ε. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. II. Σ. & Tab. 6. v. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 30. GG. Bidl. Tab. LXXIII. & LXXIV. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. 153.

b Euſtach. Tab. XXXVI. u-αα.

c Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. 153. E.

d Bidloo Tab. LXXIII. C.

e Euſtach. Tab. XXXIII. y-α. & Tab. XXXVI. u-β.

teris partem, quae est juxta latus ejus externum, à radice ejus usque ad partem superiorem. Pars ejus posterior descendit insigniter in priora, media rectius, prior modice retrorsum. Ante finem suum adnectit se capsae articuli coxae; posteaque juxta finem bursa parva & tenuis interjecta, accretaque tendini & trochanteri majori, ubi ille se ad priorem hujus partem flectit. Femur, coxamque movere valet ut medius.

Est *Tertius femur moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. *Tertius femoris musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Tertius & intimus Gloutius*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Extendentium tertius*, *Glutaeus minor*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Glutaeus minor*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 32. *Glutaeus minimus*, Dougl. Myogr. Cap. 39. *Glutaeus minor*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 32. *Le petit Fessier*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 490. & seq. & 1073. & 1074. & seq.

CAPUT CLXXXVI.

De Pyriformi [a].

Longe magis per transversum incedit, tantum modice descendens, Pyriformis; qui ab osse sacro [b], eique

[a] Eustach. Tab. XXXVI. m. & Tab. XXXVIII. w. Vesal. Epit. Fig. musc. II. β. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 11. Φ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 29. M. & Tab. 30. KLM. Bidloo Tab. LXXIII. & LXXIV. D. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. 154.

[b] Eustach. Tab. XXXVIII. w-ww.

c Eu-

eique proxima parte orae posterioris ejusdemque inse, rioris ossis ilium procedens, exeunsque ex intervallo quod inter os sacrum atque ischion interjectum; posteaque decurrens pone ischion [c], tendine suo pertinet [d] ad internam partem medii cacuminis trochanteris majoris. Ab initio in tres quatuorve partes incisus est, quarum una oritur à priore parte illius processus, qui inter ossis sacri foramen tertium & quartum est: altera ab eadem parte illius, qui inter foramen secundum & tertium: tertia, quae exilior, & saepe deëst, à priore parte corporis secundi sacri, mox supra foramen secundum: quarta ab ossis ilium parte supradicta. Est & latior ab initio, satisque crassus: post ut procedit, ita se in angustum cogit, ac primo quidem modice crassior fit, dein gracilescit. Extremum ejus tendo [e] satis longus est, gracilis, ovatus, latior quam crassior; quem ab ea parte, qua ischio adjacet, inchoat, & ad postremum conjungit cum communi cauda Obturatoris interni & Geminorum. Os femoris in priora conversum vertit per exteriora retrorsum: coxam contraria ratione. Femur praeterea spinam dorsi versus nonnihil attollit: coxam in latus deprimit oblique. Femur autem cum flexum in priora, abducit ab altero.

Est *Quartus femur moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. *Quartus femoris musculus*, Columb.

c Eustach. Tab. xxxvi. m.
d Eustach. Tab. xxxvi. m-β.
e Eustach. Tab. xxxvi. m-α. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 30. M. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lviii. 154. G.

a Eu-

de re an. Lib. V. Cap. 28. *Primus & superior Quadrigeminus*, *Iliacus externus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Circumagentium primus*, *Iliacus externus*, *Pyriformis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Pyriformis seu Iliacus externus*, Cowper Myot. Cap. 32. Dougl. Myogr. Cap. 39. *Le Pyriforme*, *ou Pyramidal*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 503. & seq. & 1084. & seq.

CAPUT CLXXXVII.

De Geminis.

Gemini quorundam distincti sunt [a], *aliorum unum* [b] referunt, *conjuncti à principio.* Itaque vel uno communi principio, vel uterque distincto incipiunt à lunato termino illius sinus ischii, per quem Obturator internus se flectit. Aliquando inferioris ima principii pars separata est, procedens ab imo margine sinus ischii, mox supra ligamentum ab ischio ad sacrum deductum. Modicae ab initio latitudinis sunt, nec valde crassi: hinc sensim angustiores, sed primum aliquandiu crassiores, *dein toti gracilescunt.* Et ab *initio modice tendinosi sunt*, *in* fine tendinei, quo se conjungunt [c] cum cauda Obturatoris interni, quam qua ab ischii sinu ad femur pergit, comitantur, & ex parte quasi continent [d], ad ejus figuram cavati,

a Eustach. Tab. xxxvii. f. t.
b Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. xyz. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. K K.
c Vesal. Epit. Fig. musc. IV. n. fin.
d Eustach. Tab. xxix. hik. Vesal. Epit. Fig. musc. II. δγε. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 12. βαγ.

a Eu-

cavati, donec cum ea confluant in commune extremum, quod ubi insertum sit, in historia Obturatoris illius mox indicabimus, quem Gemini juvant, similia praestantes. Atque inter Geminos caudamque Obturatoris bursa parva, adhaerens utrisque, interque Geminos capsae articuli coxae.

Sunt *Carneae portiones, decimo femur moventium musculo attensae*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. *Marsupium carneum*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Secundus & tertius Quadrigeminus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Carneum marsupium*, Spigel. de. H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Marsupium*, Cowper Myot. Cap. 32. in Marsupiali. *Gemini*, Dougl. Myogr. Cap. 39. *Les petits Jumeaux*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 512. & seq. & 1084. & seq.

CAPUT CLXXXVIII.

De Obturatore interno [a].

Hujus, quo ad femoris, coxaeve conversionem, abductionemque sublati femoris indigebamus, maximam partem natura, cum nequiret alibi, in pelve reposuit [b], ubi à priore parte, eaque plus quam dimidia, ambitus foraminis magni ossis coxarum oritur principio tendinoso, cujus latitudo & rotunditas intelligi

a Eustach. Tab. xxxvii. w. & Tab. xxix. i. Vesal. Epit. Fig. musc. iv. n. sin. & γ. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 13. rstu. & Tab. 16. EFGH. & Tab. 12. α. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 33. DDE. & GG. & Tab. 30. O. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. lviii. 155.

b Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 16. EFGH.

c Ve-

telligi ex eo possunt. Id vero ad superiorem partem foraminis illius, ibi ubi sinus in eo, aliquantum intercisum est, ne impediat nervorum & vasorum femoralium è pelvi egressum: & pars posterior angustior est, & tenuior. Per latus inde pelvis procedit retrorsum ad sinum, qui in margine ischii inter ejus acutum processum imumque tuber est, ex illa amplitudine ita se paullatim coangustans, & postquam à primo crassior effectus erat, extenuans, ut tantummodo sinum illum impleat. In ipso sinu se circum ischion flectit[c], egressusque ex pelvi, pergit decrescere, decurritque[d] fere per transversum, usque ad internam eandemque *priorem partem cacuminis trochanteris majoris*[e]. *Ejus* quoque extremum, non secus atque *illud Pyriformis*, tendo[f] est, qui ex interiore parte carnis, ubi ad ischion accedit, minimis initiis oritur[g], quae primo in aliquot insigniores, easque planiores, & sensim crassiores, angustioresque radices[h], aliasque exiliores, in eadem interiore carnis parte colliguntur, ac deinde confluunt in truncum planiorem, sensimque decrescentem, cui ipsi caro aliquandiu extrinsecus adhaeret, maxime ab *inferiore parte*: *eminentque dictae illae* tendineae *radices*, qua in sinu ischii continentur; ac totidem eis sinus, in quos major ille sinus ischii ob id distin-

c Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 16. H.
d Eustach. Tab. XXIX. i. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 12. α.
e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVI. Fig. 3. 155.
f Eustach. Tab. XXXVII. w-β. Cowper Myot. a. 1724. Tab. LVIII. I.
g Eustach. Tab. XXXVII. w-αα.
h Eustach. Tab. XXXVII. w-αα. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. stu. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. 155-I.

i Vesal.

distinctus, respondent. Ipse tendo in fine cohaeret [i] cum Geminis: communeque extremum pertinaciter adhaeret capsae articulum coxae continenti. Eodem modo vertit femur coxamque, quo Pyriformis, sed rectius. Et abducit quoque flexum in priora femur.

Est *Decimus femur moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. *Decimus femoris musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Obturator internus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Circumagentium tertius*, *obturator internus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Marsupialis seu bursalis*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 32. *Marsupialis seu Obturator internus*, Dougl. Myogr. Cap. 39. *Obturator internus*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 18. *Marsupialis*, *seu Bursalis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 32. *L'Obturateur interne*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 507. & seq. & 1087. & seq.

CAPUT CLXXXIX.

De Quadrato femoris [a].

Quadratum quem vocant, minime certe quadratus est: multo enim longior est, quam latior, & in progressu se modice dilatat, in fine nonnihil angustat. Caeterum simplex est, principio tendinoso, modicaeque latitudinis, incipiens ab exteriore margine tuberis ischii, & ex transverso procedens ad ob-

i Vesal. Epit. Fig. musc. IV. n. fin. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. IKK.

a Eustach. Tab. XXXVII. u. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 32. H. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. 156.

b Eu-

longam eminentiam, quae partim è posteriore parte radicis trochanteris majoris, partim infra eam ex femore eminet [b]. Ab initio aliquandiu tendinosus est, praesertim extrinsecus; in fine intrinsecus: à primo sensim crassior, mox modice tenuior. Vertit femur & coxam ut Obturator internus & Gemini. Femur in latus sublatum deprimit, & ad alterum adducit: coxam in latus depressam erigit, inclinat deinde in oppositum. Aliquando defuit.

An est pars *Quinti femur moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56? Pars *Octavi femoris musculi*, Columb. de re an. *Lib. V. Cap. 28?* Est *Undecimus movens femur*, Fallopp. Obs. an. in moventibus femur. *Undecimus*, Arant. Anat. obs. Cap. 43. *Quartus Quadrigeminus quadratus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Circumagentium quartus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Quadratus femoris*, Cowper Myot. Cap. 32. Dougl. Myogr. Cap. 39. *Le Quarré*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 520. & seq. & 1084. & seq.

REGIO XXVII. FEMUR.

CAPUT CXC.

De Bicipite cruris [a].

Hic non modo biceps est, sed etiam bicorpor: ex duobus enim constat musculis, non nisi in fine ad

b Eustach. Tab. xxxvii. u-α.

a Eustach. Tab. xxxi. ba. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. ii. πε. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib iv. Tab. 33. V XYZ. Bidloo Tab. lxxvii. AA. & Tab. lxxviii. BB. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lx. 162.

b Eu-

ad communem tendinem faciendum confluentibus *in* unum. Alter altero multo longior eſt. Longiore [b] incipit [c] fere à medio partis ſuperioris dorſi tuberis iſchii, eodemque à principio cohaeret cum Semitendinoſo. Breviore [d] fere in media longitudine femoris [e], ab inferiore parte aſperae eminentiae, quae per longitudinem poſticae partis femoris porrecta; & à ſepimento tendineo, quod ei Vaſtoque externo interjectum, deſcriptum in Gluteo magno: cohaeretque hoc breviore cum extremo Adductoris magni. Longior ex tendine [f], quo incipit, brevi, craſſo, & latiore quam craſſiore, fit venter *longus, craſſus, rotundulus, paullo tamen quam craſſior, latior, primo paullatim craſſior*, infra medium rurſus decreſcens, per cujus principium ab ea parte, qua femur alterum reſpicit, id eſt, qua contingit Semitendinoſum, tendineum caput ejus diu excurrit, ſenſim evaneſcens: à qua parte levem etiam ei ſinum imprimit Semitendinoſus. Ex ejus autem illa parte, quae eſt ex adverſo modo dictae, tendinea tenuitate, ſenſim inſigniore, tendo [g], in quem totus muſculus ad poſtremum abit, jam *cito naſcitur. Brevior aliter* ſe habet; qua ad femur adhaeret, ſubtendineus, tenuis, latus; paullatim inde craſſior, paullatim anguſtior, poſtremo ſe

b Euſtach. Tab. xxxiv. M. Veſal. Epit. Fig. muſc. II. ξ. ſin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 10. Ψ. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 33. M.

c Euſtach. Tab. xxxiv. M-α. & Tab. xxxvi. n.

d Euſtach. Tab. xxxvi. G. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 11. ε.

e Euſtach. Tab. xxxvi. G-αα.

f Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lx. 162. A.

g Euſtach. Tab. xxxiv. M-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lx. 162. C.

h Cow-

tendinei extremi, quod longus efficit, parti illi, quae priora ſpectat, per longitudinem [h], fere ad finem ejus uſque, adjungit, ex eo ſenſim increſcentis. Sic ortus tendo [i] craſſus eſt, planior, brevis. Brevior longiori ſubjacet [k]. Uterque deſcendit nonnihil extrorſum. Eodem modo tendo communis primum pergit, uſque ad poſteriorem partem lateris externi condyli externi femoris; unde ſe ſecundum latus illud modice in priora curvat, ſimul deſcendens; inque fine accreſcit [l] exteriori parti capitis ſuperioris fibulae: portionem quoque à priore parte, antequam ſe inſerat, exigit, pertinentem ad exteriorem partem *tibiae*, *ante caput fibulae*. *Extremoque* tendinis ſubjecta burſa, inter eum, & *ligamentum* genu laterale externum intercepta, & utrique accreta. Genu in poſteriorem partem flectit. Flectit quoque coxae articulum, ni is firmetur; & fere in partem internam: ſimul autem in poſteriorem, cum is flexus in priora. Flexo genu, crus, introrſum ſua priore parte converſum, vertit extrorſum. Tendo autem ejus firmatur aponeuroſi tenui, lata, ſenſimque latiore; quam *juxta condylum à poſteriore parte ſua*, ubi ſe in *priora curvat*, emittit, deſcendentem per poſteriora cruris, & ad ejus vaginam accedentem. Adde quod à priore etiam parte juxta genu aliam producat, ad vaginam femoris accedentem; ac portionem det vaginae tendineae, quae externam cruris partem

h Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LX. 162. BC.
i Euſtach. Tab. XXXVI. I. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LX. 162. C.
k Euſtach. Tab. XXXI. a. ſub b.
l Euſtach. Tab. XXXVI. I-æ.

a Eu-

partem ambit; ibidemque aliquando & portionem inserat tibiae, ante caput fibulae.

Est *Quartus tibiam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. *Quintus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Biceps*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Flectentium* tibiam *quintus*, *biceps*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Biceps*, Cowper Myot. Cap. 33. Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Biceps de la jambe*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 94. *Le Biceps*, Exp. an. Trait. des muscl. §. 553. & seq. & 1112. & seq.

CAPUT CXCI.

De Semitendinoso [a].

Cum Bicipitis parte longiore, cum qua & à principio in plerisque cohaeret, sic ut aliquando carne sua ab illa parte tendinis ejus, qua spectat femur alterum, abscedat, Semitendinosus à dorso tuberis ischii incipit [b]; capitis similiter tendinei [b], angusti, crassi, & per ventris initium tendinea tenuitate aliquantum excurrentis, sed ab ea parte, qua spectat latus externum, quaque adjacet parti longiori Bicipitis, itemque qua Semimembranoso: ventris quoque

a Eustach. Tab. XXXIV. L. & Tab. XXXV. MN. & Tab. XXX. V. Vesal. Epit. Fig. musc. II. μ. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 10. Φ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 33. L. Bidloo Tab. LXXVIII. DD. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LX. 163.

b Eustach. Tab. XXXIV. L-α. & Tab. XXXVI. O.

c Eu-

perſimilis, citius autem increſcentis, & jam ante medium lente decreſcentis. In tendinem [c] longum, craſſum, planiorem, & in ea parte ventris extremi, quae obverſa femori alteri, primum conſpicuum, exit. Per poſteriorem femoris partem recte deſcendit uſque ad poſteriorem condyli ejus interni [d]; ultraque pone caput ſuperius tibiae [d], ad cujus radicem cum tendo pervenit, ſe in priora ſecundum tibiam flectit [d], indeque extenuat, dilatatque [e], latiore denique fine inſerit [f] lateri interno tibiae, mox infra Gracilem. Hujus Semitendinoſi extremus tendo, ne à condylo femoris in priora deflectat, à poſteriore parte retinetur aponeuroſi, *quam juxta poplitem à poſteriore* parte ſua exigit, & ad vaginam cruris retrorſum demittit. Niſi quod in contrarium crus, cum genu in poſteriora flexum, convertat, ſimilia praeſtat ac Biceps.

Eſt *Tertius tibiam moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. *Tertius tibiae muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Seminervoſus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Flectentium* tibiam *tertius*, *ſeminervoſus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Seminervoſus*, Stenon. Elem. myol. ſpec. p. 52. *Seminervoſus ſeu Semitendinoſus*, Cowper Myot. Cap. 33. *Seminervoſus*, Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Demi-nerveux*, Winſl. Exp.

c Euſtach. Tab. xxxiv. L-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lx. 163. E.
d Euſtach. Tab. xxxiv. L.
e Euſtach. Tab. xxx. V. & Tab. xxxv. N
f Euſtach. Tab. xxxv. N-α.

a Eu-

Exp. an. Trait. des muscl. §. 557. & seq. & 1110.

CAPUT CXCII.

De Semimembranoso [a].

Hujus & caput, & cauda tendo insignis est, ad quorum rationem ventrem habet admodum crassum. Caput affigit superiori parti dorsi tuberis ischii, juxta externum latus, proxime ortum partis longioris Bicipitis, illumque Semitendinosi: caudam [b], capiti superiori tibiae, mox sub summo rotundulo margine ejus, ab interno latere, juxta partem posteriorem. Caput tendo [c] longus est, ab initio crassus & prope teres, inde primum gracilior, mox lateſcens magis magisque, & se extenuans, inprimis ab illa parte, qua femur alterum respicit, à qua ex eo venter obliquo longoque ductu nascitur [d]; qui ut procedit, ita primum ventriosior, medius rursus detumescit, & similiter à parte alterius femoris, obliquo pariter & longo ductu, tendineam caudam [e] producit: ea autem jam ante medium ventris extrinsecus tenui orsu incipit, ac sensim insignior, denique tendo fit, brevior quam quem diximus caput, crassus, planus,

a Eustach. Tab. xxxvi. D. & Tab. xxx. W. Vesal. Epit. Fig. musc. ii. v. fin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. ii. Y. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 33. K. Bidloo Tab. lxxviii. CC. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. lx. 164.

b Eustach. Tab. xxxvi. D-γ.

c Eustach. Tab. xxxvi. D-α. Bidloo Tab. lxxviii. CC. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lx. 164. F.

d Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lx. 164.

e Eustach. Tab. xxxvi. D-γ. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lx. 164. H.

planus, latitudinis modicae, extremo se dilatans. Capiti ejus, superiorique ventris parti, Semitendinosus, qua adjacet, sinum [f] inprimit. Actio hujus musculi respondet illi Semitendinosi, quem comitatur usque ad condylum internum, pone quem cauda sua descendit rectius [g], dein curvat se in priora. Qua vero haec cauda pone condylum incedit, aponeurosem à parte poplitis emittit, in fibras distinctam, valentemque; quae in poplite per exteriora capsae articuli genu excurrit condylum externum versus, sensim latior, fibrasque dispergens, donec partim se inserat femori, statim supra condylum externum, *alias ipsi condylo; partim in capsam genu juxta* eundem condylum paullatim evanescat: haec tendinem illum retinet; capsam, cum agit musculus, retrahit; robur capsae addit. Qua eadem cauda curvare se incipit, id est, non longe ab extremo, tum à parte posteriore, qua respicit fibulam; tum à priore, portionem insignem emittit, utramque descendentem, & latescentem; quarum illam, qua retinetur, ne in priora cedat, inserit eminentiae obliquae & inaequabili, quae *infra posteriorem partem radicis capitis superioris tibiae, qua id sustinet* condylum internum femoris: hanc (quae tenuior, latescitque insignius) margini interno tibiae, ab ea parte, cui ipsa se cauda affigit, per notabilem longitudinem deorsum. Qua denique eadem illa cauda pone caput superius tibiae incedit,

f Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. II. §.

g Eustach. Tab. XXXVI. D-γ.

a Eu-

incedit, ibi inter eam & capsam genu bursa parva.

Est *Quintus tibiam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. *Quartus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Semimembranosus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Flectentium* tibiam *quartus*, *semimembraneus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Semimembranosus*, Stenon. Elem. myol. spec. p. 52. Cowper Myot. Cap. 33. Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Demi-membraneux*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 561. & seq. & 1111.

CAPUT CXCIII.

De Tensore vaginae femoris [a].

Vagina tendinea femoris, qua parte crassissima est, hoc est, ab externo femoris latere, musculum quendam, quo tendatur, accepit, ut ex eo arctius compressi musculi, quos vagina continet, plus habeant roboris, & in contractione constantiae. Is ab exteriore parte extremi prioris cristae ilium [b] descendit, descendendo tendens modice retrorsum. Et ex principio tendineo, angusto, tenui, fit carneus, modice sensimque ad finem usque latior, & primo crassior, non diu post tenuior tenuiorque, ad postremum tenuitate tendinea se cum interiore parte vagi-

a Eustach. Tab. XXVIII. R. & Tab. XXX. M. Vesal. Epit. Fig. musc. 1. 11-a. dext. & Fig. 11. n. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 3. xy. & Tab. 2. r. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 34. MM. & QR. Bidloo Tab. LXXVI. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LV. Fig. 2. 159. & Tab. LVII. 159.

b Eustach. Tab. XXVIII. R.

c Eu-

nae femoris, longe ante mediam femoris longitudinem, commiscens [c]. Cum vero vagina illa affixa sit superiori cruris parti, ab externo latere, ejus interventu musculus hic quasi ad ipsum crus pertinet, eoque & coxam in latus simulque in priora deprimere, femur attollere potest. Vertit quoque femur introrsum, eo versus dirigens partem ejus priorem: coxam extrorsum.

Est pars carnea *Sexti tibiam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. Eadem *Sexti tibiae musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Membranosi*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Extendentium* tibiam *primi*, *Membranosi*, *musculi lati tendinis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Membranosi*, Cowp. Myot. Cap. 33. Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Muscle aponeurotique*, *ou muscle du fascia lata*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 522. & seq. & *Le Muscle de la bande large*, *ou du fascia lata*, ibid. §. 1090. & seq.

CAPUT CXCIV.

De Recto cruris [a].

Praecipuum Recti hujus principium [b] incipit [c] ab interiore parte tuberculi, quod in ora priore ossis

c Eustach. Tab. xxx. N. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. r. & Tab. 3. y. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 34. R. Bidloo Tab. LXXVI. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVII. 152.

a Eustach. Tab. xxxv. D. Vesal. Epit. Fig. musc. I. w. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. Φ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 37. AA. & DEEF. Bidloo Tab. LXXV. G. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXI. 166.

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXI. 166. B.

c Eustach. Tab. xxxv. D-β.

d Eu-

ossis ilium : estque tendo [d] crassus & planior , ab initio tamen forma teres , quoniam lunato ductu adhaeret radici dicti tuberculi , quae illa parte gibba est ; dein paullatim latior. Ad hoc , posteaquam non multum processit , accedit alterum [e] , quod pariter tendineum , sed latius & tenuius , oriturque à superiore & eadem posteriore parte marginis acetabuli , & à vicina parte capsae articulum coxae continentis : unde sensim angustius , crassiusque , se supra acetabulum in priora curvat , modice simul descendens , donec eum altero se conjungat. Ab his venter paullatim habitior , *habitissimus circa medium longitudinis suae , inde gracilescens ; minusque crassus quam latus.* Ab *hoc* tendo [f] tenuis , nec ita valde longus , sed satis latus , & paullatim latior , & tenuior ; quo ad superiorem & eandem priorem patellae partem desinit , ad quam se totus musculus recte demittit. Venter ejus extrinsecus ab initio aliquandiu tendinosus [g] , longe magis tendinosus ex interiore parte , ubi tendo extremus jam cito , aliorum ad similitudinem , nasci *incipit* [h] , sensimque augetur. Idem à priore parte fibras , *quae in superficie sunt , per longitudinem suam* à latitudine media in utrumque latus oblique deorsum vergentes habet [i] : superiores à tendinosa parte

Y y y 2 te

d Eustach. Tab. xxxv. D-α. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 35. B.

e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxi. 166. A.

f Eustach. Tab. xxxv. D-γ.

g Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 35. BA.

h Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 35. EE.

i Eustach. Tab. xxxv. D. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 35. AA.

k Casser.

te sua [k]; sequentes quasi à se mutuo [k]. Tendo se cum Vastis solet conjungere: ubi autem patellae insertus, tanquam aponeurosem quandam dimittit, qua per priora patellae excurrit, eam integens; posteaque se adjungit priori parti ligamenti, quo patella tibiae alligata. Patellam sursum trahit, itaque genu, si flexum sit, extendit, quia patellam tibia, ob ligamentum ad eam à patella pertinens, sequitur. Firmato crure, femur super tibiam erigit. Coxae quoque articulum in priorem partem flectit, atque adeo femur eam in partem attollit, aut contra deprimit fundamentum illud trunci nostri corporis, quod subjectum lumbis, *in summis femoribus innititur.*

Est *Nonus tibiam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. *Nonus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Rectus Gracilis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Extendentium* tibiam *secundus*, *Rectus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Rectus femoris*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 33. *Rectus*, Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Droit ou Grêle anterieur*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 93. *Rectus femoris*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 33. *Le Droit anterieur, ou Gresle anterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 529. & seq. & 1098. & seq.

C A-

k Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 35. AA.

a Eu-

CAPUT CXCV.

De Sartorio [a].

Notabilis Sartorio longitudo: se enim ab extremo priore cristae ilium [b], proximaque parte orae prioris, ad internam partem principii cruris demittit, caput superius tibiae etiam praeteriens. Ad tantae longitudinis rationem peranguſtus est, & crassitudinis permodicae: qua incipit acutus, post sensim latior & crassior, sed ante medium longitudinis suae rursus sensim anguſtior, & cum ad genu appropinquat, exinde *insignius gracilescens*, *seseque extenuans*. *Sic per femur primum oblique introrsum*, tum rectius, modiceque retrorsum descendit ad internam genu partem, ubi primum ab ea parte, qua condylo femoris adjacet, tendo [c] fit; qui planior, & paullatim latior & tenuior, pergit secundum posteriorem partem lateris condyli ejusdem [d], post nonnihil in priora se flectit, ac tibiae interno lateri juxta inferiorem partem tuberis, cui adnexum ligamentum à patella procedens, *inserit* [e], extremo satis lato. Genu curvat in posteriora; coxam *oblique in priora* simul & in latus, id est, vel in priora femur attollit, simulque extrorsum vertit; vel coxam deprimit in eandem

a Euſtach. Tab. xxxv. O. Veſal. Epit. Fig. muſc. 1. t. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 3. Σ. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 34. AA. Bidloo Tab. LXXV. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIX. 160.

b Euſtach. Tab. xxxv. O-α.

c Euſtach. Tab. xxxv. O-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIX. 160. G.

d Euſtach. Tab. xxxv. O-β.

e Euſtach. Tab. xxxv. O-γ.

a Eu-

partem, vertit autem introrsum. Tibiam, flexo genu, vertit introrsus, sic ut prior pars pedis extremi ad alterum pedem convertatur. Ne vero tendo ejus à condylo in priora recedat, impedit aponeurosis lata & valens, quam, priusquam tibiam attingat, à posteriore parte sua exigit, paullatim latescentem, & in latus externum per posteriorem cruris partem se demittentem, abeuntemque in tendineam cruris vaginam.

Est *Primus tibiam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. *Primus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Longus*, *sive Sutorius*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Flectentium* tibiam *primus*, *Sartorius*, *fascialis*, *fascia*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Sartorius*, Cowper Myot. Cap. 33. Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Couturier*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 545. & seq. & 1101. & seq.

CAPUT CXCVI.

De Vasto externo [a].

Magni sunt Vasti, quibus una cum Crurali os femoris circumdatum est. Externus oritur à priore, itemque ab externa parte radicis trochanteris majo-

a Eustach. Tab. xxxiii. ♆. & Tab. xxxvi. F. Vesal. Epit. Fig. musc. iii. ♃ dext. & Fig. iv. ✶. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 5. A. & Tab. 4. ω. & Tab. 12. θ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 35. GG. sin. Bidloo Tab. lxxv. I. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxi. 167.

b Eu-

majoris [b], & secundum exteriorem spinae [c] totius, quae à trochantere majore fere usque ad condylum externum eminet; ab initio connexus cum extremo Glutei magni, & deinde ex parte quoque abscedens à sepimento tendineo, quo distinguitur à Bicipitis parte breviore. Ad patellam, ipsumque crus descendit; ad quae ut appropinquat magis, angustat se à tota principii sui latitudine; caeterum à summo initio ex angustiore latior, post angustior. Descendit oblique in priora, fere dimidium femoris ab externo latere complexus; latoque tandem, eodemque crasso, & brevi tendine [d] se praecipue affigit margini patellae, à parte externa, eique finitima superiore; tum & priori parti capitis superioris tibiae [d], inter fibulae caput & ligamentum patellae; huic etiam ipsi ligamento ab ea parte per longitudinem adhaerens: praetereaque posteriore parte sua se vaginae femoris continuat. Crassissimus fere in medio suae longitudinis est: ad quam partem usque ex tenui principio sensim crassior fit, ab ea tenuior. Extrinsecus pars ejus posterior à principio, maxime à trochantere, & ab ea parte spinae, quae finitima ei est, fere ad finem usque tendinosa est, sed minus & minus. Intrinsecus pars prior ante mediam longitudinem suam tendinem inchoat [e], cui se deinde reliqua caro, è posteriore parte veniens, adjungit. Qua incumbit Crurali, cum eo conjungere se solet, praeterquam parte sua prio-

b Eustach. Tab. XXXIII. Y-z. & Tab. XXXVI F-aa. sup.
c Eustach. Tab. XXXVI F-aa.
d Eustach. Tab. XXXIII. Y.
e Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 36. M.

a Eu-

priore. Tendinem cum posteriore parte tendinis Recti connectit primo pertinaciter, post conjungit in unum : conjungit & cum illo Vasti interni, pone Rectum. Extendit genu, movens vel crus, vel femur, vel utrumque. Crus, curvato genu, una cum Tensore vaginae femoris, quodammodo convertit extrorsus, priorem partem pedis extremi vertens in latus externum.

Est *Septimus tibiam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. *Septimus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Vastus externus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Extendentium* tibiam *tertius*, *Vastus externus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Vastus externus*, Cowper Myot. Cap. 33. Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Vaste externe*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 534. & seq. & 1093. & seq.

CAPUT CXCVII.

De Vasto interno [a].

Ut ille ab exteriore parte femoris oritur, ita hic ab interiore [b], hoc est, ab obliqua eminentia, quae infra trochanterem minorem porrecta, ab ima radice colli femoris ad longam illam posteriorem femoris

a Eustach. Tab. XXXIII. Σ. & Tab. XXXVI EE Vesal. Epit. Fig. musc. III. ω-ζ. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. ζ. Ξ. & Tab. 13. δ. inter. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 35. LL. Bidl. Tab. LXXV. H Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXI. 168.

b Eustach. Tab. XXXVI. E-αα.

c Eu-

moris ſpinam pertinet ; & deinde ſecundum hujus longitudinem totam, à parte ejus interiore. Deſcendit ut externus, eodem modo ſe anguſtans, ſed totus per tranſverſum multo anguſtior, & aliquantum brevior ; à ſummo initio diu latior, in fine tantum anguſtior. Lato quoque tendine [c] ſe praecipue affigit margini patellae, ſed à parte interna ; commiſcetque cum poſteriore parte tendinis Recti : affigit & capiti ſuperiori tibiae [d], juxta ligamentum patellae, ſed ſimiliter à parte interna ; & cohaeret ibi quoque cum dicto ligamento : verum cum illius tendo vaginae femoris continuatus ſit, hic tantummodo aponeuroſem retrorſum mittit ad cruris vaginam. Eadem alioquin craſſitudinis ratio : ventris autem tenuioris eſt. Pars quoque poſterior ejus extrinſecus à tota principii ſui latitudine diu tendinoſa. Tendo quoque ex interiore parte, verum non tam cito, incipit, minuſque inſignis eſt, eique caro uſque ad genu adjuncta. Eſt denique & genu extenſor. Carne autem ſua à ſuperiore parte cum Crurali commiſtus [e] : & ubi ille extrinſecus tendinoſus fit, inde diu tenuem tendineae illi parti carnem à priore parte per longitudinem adjungit [e].

Eſt pars *Octavi tibiam moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. Pars *Octavi tibiae muſculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Vaſtus internus*, Riolan.

c Euſtach. Tab. xxxiii. Σ.
d Euſtach. Tab. xxxiii. Σ-α.
e Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 35. MLLKK.

a Eu-

olan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. Pars *Extendentium* tibiam *quarti*, *Vasti interni*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Vastus internus*, Cowper Myot. Cap. 33. Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Vaste interne*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 538. & seq. & 1093. & seq.

CAPUT CXCVIII.

De Crurali [a].

Cruralis priorem exterioremque ossis femoris partem *quasi continet*, *ibi à superiore plusquam dimidia parte longitudinis ejus oriens* [b], *oririique mox* sub summo initio Vastorum incipiens, descendensque ad patellam, cui se statim post communem Vastorum Rectique finem inserit. Cum Vastis, ut diximus in capitibus proxime superioribus, plerumque connexus est, cum interno per totam saepe longitudinem à priore parte, ut ab eo separabilis ibi non sit. A primo initio angustus & tenuis, fit deinde primo sensim latior, circa medium angustior; *itemque crassior primo*, *post tenuior*. *Caro ejus extrinsecus*, plerumque jam ante medium longitudinis, magis magisque tendinosa fit [c], postremo tota in tendinem vertitur. Ten-

a Eustach. Tab xxxiii. Φ. & Tab. xxxvi. x. Vesal. Epit. Fig. musc. iii. ω dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 5. Π & Tab. 13. ∂. extern. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 35. MKK. Bidloo Tab. lxxvi. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxi. 169.

b Eustach. Tab. xxxiii. Φ. & Tab. xxxvi. x. αα.

c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 35. KK.

a Eu-

Tendo non multum supra genu Vastorum se tendini communi adjungit, primoque pertinaciter cum eo connectit, post commiscet, à posteriore tamen parte distinctus, ad postremum latescens, de caetero brevis, latitudinis modicae, non valde crassus. Post tendines autem Vastorum & Cruralis bursa tenuis, sed magna, reposita; priore parte sua accreta tendinibus illis, antequam se conjungant, & postquam conjunxere, ad patellam usque; posteriore, capsae articuli genu, supra patellam. Cruralis extendit genu.

Est pars *Octavi tibiam moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. Pars *Octavi tibiae musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Crureus*, Jac. Sylv. Isagog. Lib. II. Cap. 7. Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. Pars *Extendentium* tibiam *quarti*, *Vasti interni*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Femoreus*, de Marchett. An. Cap. 19. *Crureus seu Femoreus*, Cowper Myot. Cap. 33. *Cruraeus*, Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Crural*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 541. & seq. & 1093. & seq.

CAPUT CXCIX.

De Pectineo [a].

Pectineus ab oblonga eminentia, quam superior pars ossis pubis per longitudinem suam usque ad tuber-

[a] Eustach. Tab. XXXIII. A. Vesal. Epit. Fig. musc. III. v. dext. pars: & de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. a. pars: & Tab. 8. Σ. pars. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 34. juxta externum latus Z. Bidloo Tab. LXXV. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 150.

b Cow-

tuberculum, quod in priore parte juxta ſynchondroſem habet, exigit, recte deducitur ad aſperam oſſis femoris lineam, à trochantere minore aliquantum deorſum ductam. Itaque deorſum & ſimul extrorſum, itemque aliquantum retrorſum incedit, ſe ex modica latitudine modice anguſtans. Nec admodum craſſus eſt: qua pubis oſſi affixus, valde tenuis, & fere tendineus; mox autem inſigniter craſſior fit, ſed cito ſe rurſus, ac deinde lente ſenſimque extenuat, deſinitque in extremum tendineum [b], quod tenue, breveque, & à priore parte carnis primum incipit, ſeſeque ad poſtremum plerumque conjungit cum *Adductore brevi*. *Femur alterum ad alterum* adducit, ſimulque in priora attollit, & convertit quoque, ſic ut priorem ejus partem vertat in exteriora: trunci noſtri fundamentum, quo is femoribus innititur, ad internam partem illius femoris, cujus eſt, eodemque tempore nonnihil in priora deorſum inclinat.

Eſt pars *Octavi femur moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. *Septimus femoris muſculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. aut ejus pars. *Pectineus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Flectentium quartus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Pectineus*, Cowper Myot. Cap. 32. *Pectinalis*, Dougl. Myogr. Cap. 39. *Le Pectiné*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 474. & ſeq. & 1079.

C A-

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIV. 150. B.

a Eu-

CAPUT CC.

De Adductore longo femoris [a].

Adductor longus majore capitis sui parte à ligamento, quo pubis ossium synchondrosis ab exteriore parte constricta, oritur, statim juxta internam partem tuberculi, quod in pubis ossis priore eademque superiore parte; & ab ipso hoc tuberculo. Quare caput ei non valde latum est, crassum autem, & tendineum; ab eoque extrinsecus aliquantum tendinosus manet. Hinc dilatat se paullatim modiceque, & ad mediam sui plus minus longitudinem paullatim crassior fit, post tenuior, extremum habens tendineum, tenue; ante quod à priore, & plerumque etiam à posteriore parte aliquantum tendinosus. Descendit usque ad mediam fere longitudinem femoris, desinens ad asperam eminentiam, quae longitudinem illam à posteriore parte discernit: eoque recta procedit. Ex quo intelligitur, decursum ejus vix differre ab illo Pectinei: qua de caussa femur eandem, atque ille, in partem adducit, attollit, convertit; fundamentum trunci inclinat. Ab inferiore parte extremi ejus aliquando procurrit portio tendinea tenuis, quae se adjungit tendini Adductoris magni, & cum eo pertinet ad condylum femoris. Idemque etiam extremum se aliquantum cum Vasto interno solet conjungere.

a Eustach. Tab. XXXIII. 2. Vesal. Epit. Fig. musc. III. v. dext. pars: & de H. C. F. Lib. II. Tab. 7. a. pars: & Tab. 8. 2. pars. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 34. Z. Bidloo Tab. LXXV.

a Eu-

Est pars *Octavi femur moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. Fortasse pars *Septimi femoris musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. Est *Pars prima quinti femur moventium*, Fallopp. Obs. in moventibus femur. *Primum caput Tricipitis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. Pars *Flectentium tertii*, *Tricipitis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. Pars *Tricipitis*, Cowper Myot. Cap. 32. *Adductor femoris primus*, Dougl. Myogr. Cap. 39. *Le premier muscle du Triceps*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 495. & seq. & 1080. & seq.

CAPUT CCI.

De Gracili [a].

Hic mox ab interno praecedentis latere, & infra eum, partim juxta synchondrosem pubis, à ligamento eam constringente; partim infra eam à margine ossis pubis [b] ortus, descendit multo longius: nam ad superiorem tibiae interni lateris partem usque pertingit. Totus tenuis est, & angustus; à principio & latior quam alibi, & valde tenuis, & tendineus [c]; non multo post carneus, carnemque ex interiore inprimis parte principii sui tendinei primum inchoans; sensim

a Eustach. Tab. XXXIV. K. & Tab. XXXV. L. Vesal. Epit. Fig. musc. 1. β. dext. & τ. sin. & Fig. II. λ. sin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 16. Δ. & Tab. 9. y. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 34. FF. Bidloo Tab. LXXV. D. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LIX. 161.

b Eustach. Tab. XXXV. L-α.

c Eustach. Tab. XXXV. L-ε. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LIX. 161. HH.

d Eu-

sensim angustior, primum crassior, post tenuior, & in ipso fine, cum ibi simul valde angustus sit, quasi teres. Per interiorem femoris partem descendit, tendinemque [d] in posteriore parte sua inchoat, & dein auget magis & magis, donec is non ita longe ab interna parte genu à carne recedat. A qua cum recessit, gracilis est, planiorque; pergitque ad posteriorem partem lateris interni condyli interioris femoris, inde se modice in priora curvans, sensimque aliquantum dilatans, & extenuans, & ad postremum desinens [e] mox infra tendinem Sartorii, in fine aliquantum connexus cum fine Semitendinosi. *Genu flectit in partem posteriorem, coxae articulum in internam*, id est, & adducit femur alterum ad alterum, & fundamentum, quo truncus nostri corporis nititur, constans ex conjunctis inter se ossibus coxarum & sacro, inclinat ad internum latus femoris illius, secundum quod ipse porrectus. Flexo genu, crus convertit ut Sartorius. Quin etiam ad Sartorii exemplum tendo ejus juxta cruris principium aponeurosem *in vaginam tendineam cruris abeuntem, sed exiliorem, emittit, qua similiter retinetur.* Atque extremo hujus tendinis, itemque Sartorii & Semitendinosi, subjecta bursa magna, eis à parte una, ab altera ligamento laterali interno genu, quo tibiae latus internum, cui tendines illi adjacent, obductum, accreta;

d Eustach. Tab. XXXV. L. 8. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LIX. 161. I.

e Eustach. Tab. XXXV. L. γ.

a Eu-

ta ; quam nunc demum memoramus , ne idem saepius diceretur.

Est *Secundus tibiam moventium* , Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 53. *Secundus tibiae musculus* , Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Posticus gracilis* , Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Flectentium* tibiam *secundus*, *Gracilis*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Gracilis* , Cowper Myot. Cap. 33. Dougl. Myogr. Cap. 41. *Le Gresle interne , ou Droit interne* , Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 549. & seq. & 1107. & seq.

CAPUT CCII.

De Adductore brevi femoris [a].

Adductor brevis , quemadmodum longus , in pube natus , ad femur pertinet , verum magis ex transverso incedit. Quippe oritur infra eum , à priore parte ossis pubis [b] , juxta inferiorem partem synchondrosis ; parva portione etiam nascens è ligamento hanc commissuram continente : altiori autem , quam ille , *femoris parti inseritur , hoc est , juxta* trochanterem minorem , caeterum eidem asperae lineae. Est vero illi capite , extremoque , & crassitudinis modo persimilis ; figura quoque , nisi quod se ad principii sui rationem insignius dilatet , citiusque extenuet , capitisque sit tenuioris. Praestat eadem. In fine se aliquantum cum Pectineo & Adductore magno commiscet ,

a Eustach. Tab. XXXVIII. y. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 37. T. ut videtur.

b Eustach. Tab. XXXVIII. y-z.

c Eu-

miſcet, & aliquando etiam cum Vaſto interno. Saepe in duos [c] per longitudinem ſuam diviſus eſt.

Eſt pars *Quinti femur moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. Pars *Octavi femoris muſculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Secunda pars quinti femur moventium*, Fallopp. Obſ. an. in moventibus femur. *Alterum caput Tricipitis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. Pars *Flectentium tertii*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. Pars *Tricipitis*, Cowper Myot. Cap. 32. *Adductor femoris ſecundus*, Dougl. Myogr. Cap. 39. *Le ſecond muſcle du Triceps*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 497. & ſeq. & 1080. & ſeq.

CAPUT CCIII.

De Obturatore externo [a].

Obturator externus amplior primo, & principii per ambitum rotundi, paullatim & inſigniter anguſtatur, per latera rectior: idemque in craſſitudinem primum ex tenuiore modice creſcit, dein ſe extenuat, & à principio tendinoſus eſt, in fine tendo [b] ſatis longus, anguſtus, planus, citius è poſteriore carnis parte, quam è priore naſcens, & ante finem ſuum ſe capſae articuli coxae adnectens. Inſerit [c] ſe autem poſteriori parti lateris interni radicis trochanteris

c Euſtach. Tab. XIX.

a Euſtach. Tab. XXXVIII. X. Veſal. Epit. Fig. muſc. III. ſ. ſin. & Fig. IV. m. ſin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 8. ¥. & Tab. 13. α. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. 157.

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LVIII. 157. P.

c Veſal. Epit. Fig. muſc. IV. m. ſin.

d Eu-

ris majoris, ad quam prope ex transverso, leviter adscendens, incedit, procedens à priore parte ossis pubis [d] & ischii [e], à quibus, qua dimidiam, eamque priorem, partem ambitus foraminis magni ossis coxae faciunt, ab ortu Adductoris brevis ad ima foraminis usque, oritur, infra etiam ex parte oriens ab interiore margine ejusdem foraminis. Femur adducit ad alterum, simulque convertit extrorsum: fundamentum trunci corporis nostri inclinat ad latus internum femoris illius, cui insertus.

Est *Nonus femur moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. *Nonus femoris musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Duodecimus*, Arant. Anat. obs. Cap. 43. *Externus obturator*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. *Circumagentium secundus*, *externus obturator*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. *Obturator externus*, Cowper Myot. Cap. 32. Dougl. Myogr. Cap. 39. *L'Obturateur externe*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 517. & seq. & 1089.

CAPUT CCIV.

De Adductore magno femoris [a].

Mox infra principium Adductoris brevis, ab exteriore parte marginis extremi ossis pubis [b], à

d Eustach. Tab. XXXVIII. x-α. dext.
e Vesal. Epit. Fig. musc. III. f. fin.
a Eustach. Tab. XXXVIII. ZA. dext. & Tab. XXXVI. w. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. ηθι. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 8, 9c. & Tab. 12. ΞΣΠ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 37. XXXXY. & Tab. 32. AAA. & DDDEFG.
b Eustach. Tab. XXXVIII. z-α. dext. & Tab. XXXVI. w-α.

c Eu-

à synchondrosi usque ad tuber ischii, & ab hujus etiam ipsius tuberis [c] exteriore margine, ad imum ejus usque, lato principio oritur musculus magnus, in latitudinem magis magisque se effundens, crassitudinis notabilis, ad femur recta pertinens, quod cum praecipue ad alterum adducat, Adductorem ejus, & ab insigni magnitudine magnum vocavimus. Saepe pars illa, quae ab osse pubis incipit, ab illa, quae ab ischii tubere, à priore parte quasi distincta est ad finem usque: facitque illa superiorem musculi partem, haec inferiorem. Extrema habet duo [d], non longe à fine suo findens se. Superius desinit [e] ad asperam lineam, quae in postica parte ossis femoris; tantaeque illud latitudinis est, ut totam dictae lineae teneat longitudinem: idemque in fine aliquantum, praesertim à priore parte, tendinosum, ac frequenter cohaerens cum Bicipitis parte breviore; à superiore praeterea parte interdum aliquandiu ante finem incisum. Inferius minus est, formam habet quodammodo teretem, gracilique tendine [f], in quem abit, se inserit [g] mediae superiori parti lateris interni condyli interni femoris. Crassior est, qua à tubere ischii, & à proxima parte pubis ossis oritur, quam qua à reliquo osse pubis: eundo fit primo sensim crassior, sed non diu, dein tenuior ad finem usque:

c Eustach. Tab. xxxvi. w-β.
d Eustach. Tab. xxxviii. z. A. & Tab. xxxvi. w-γ. inf. w-δ.
e Eustach Tab. xxxvi. w-γγ.
f Eustach. Tab. xxxviii. A-α. & Tab. xxxvi. w-ε.
g Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 13. E. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 37. Y.

a Eu-

diutius autem, insigniusque increscit ea parte, qua extremum suum inferius efficit; tardiusque decrescit: ipsum hoc extremum paullo latius est quam crassius, procedens gracilescit, & à priore parte sua tendinem producit, qui similiter gracilescit, planiorque est, & se ad postremum dilatat, & extenuat; accipit praeterea portionem ab Adductore longo, & dum descendit, cohaeret cum Vasto interno. Praeterquam quod femur adducat, ut in principio hujus capitis diximus, attollit quoque, & convertit, sic ut partem ejus priorem vertat in externum latus; truncique corporis nostri fundamentum, quod factum ex ossibus coxarum & sacro, *in proxime superioribus* capitibus saepe memoravimus, inclinat, fere ut *Pectineus*, inprimis illa parte sui, qua ab osse pubis oritur: reliqua enim rectius & adducit femur, & fundamentum modo dictum inclinat.

Est pars *Quinti femur moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 56. Pars *Octavi femoris musculi*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 28. *Tertia pars*, cum *quarta quinti moventium femur*, Fallopp. Obs. an. in moventibus femur. *Tertium caput Tricipitis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 41. Pars *Flectentium tertii*, *Tricipitis*; Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 22. Pars *Tricipitis*, Cowper Myot. Cap. 32. *Adductor femoris tertius* cum *quarto*, Dougl. Myogr. Cap. 39. *Le troisieme muscle du Triceps*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 499. & seq. & 1080. & seq.

RE-

REGIO XXVIII. CRUS.

CAPUT CCV.

De Gemello [a].

Gemellum duae partes constituunt, poene gemellae, à principio diu discretae, in fine, quo dicemus modo, conjunctae. Veniunt ex ossis femoris lateribus, à quibus oriuntur [b] paullo supra quam à condylis: exterior [c] quidem ab eminentia oblonga, quae in latere externo femoris, juxta partem posteriorem, mox supra sinum, è quo nascitur *Popliteus*: interior [d] *à margine partis posterioris, juxta latus internum*, &, ut dictum, mox supra condylum. A principio latitudinis modicae, crassae ab inferiore parte, tenuiores à superiore, & aut totae, aut prope totae tendineae, *insignius à parte inferiore*, pertinaciterque accretae capsae genu continenti: interioris autem principium plerumque in duo divisum, quorum inferius crassus tendo est, superius tenue. Juxta se invicem hae partes descendunt per posteriorem cruris partem, *mox carneae, sed extrinsecus ex adverso ejus partis*, qua se mutuo respiciunt, à tendineo principio aliquandiu tendinosae; quibusdam fere ad finem usque.

a Eustach. Tab. xxxiv. QR. & Tab. xxxi. ik. Vesal. Epit. Fig. musc. 11. ux. dext. & de H. C. F. Lib. 11. Tab. 12. ΦΨ. & Tab. 9. εζ. & Tab. 2. λμ. & Tab. 13. ττ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 1. DEFGGH. & Fig. 2. OOPQ. Bidloo Tab. lxxxiii. E. & Tab. lxxxv. DDE. & Tab. lxxxiv. E. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxii. 171. ABDD.

b Eustach. Tab. xxxiv. Q-α. R-α.

c Eustach. Tab. xxxiv. Q.

d Eustach. Tab. xxxiv. R.

e Casser.

que. Primumque fiunt paullatim latiores, aliquanto post medium latissimae sunt, post rursus, sed citius quam increverant, decrescunt: estque illa, quae cruri alteri propior, insignior, & deorsum porrecta longius [e]. Quia vero primum paullatim latescunt, sensim, qua se mutuo spectant, convergunt, donec se contingant, & fibras etiam commiscean[t] [f], ad postremum tamen in duos distinctos, eosque ovatos, fines [e] excurrentes. Nec semper sua se carne, ubi se contingunt, commiscent; sed in plerisque tantum communi tendine, in quem desinunt, cohaerent. Hic [g] ex utriusque partis superficie interiore cito *incipiens nasci*, *eas facit esse tendinosas* [h]: *ubi* ab earum extremis ovatis abscedit, *latus est*; *abscedit autem* circa mediam longitudinem cruris: deinde descendit, & quo descendit longius, angustior fit, totus tenuis: non multum vero progressus, id est, aliquantum infra medium cruris, se posteriori tendinosae superficiei Solei obliquo ductu adjungit [i], citius ab exteriore parte pedis; accrescitque Soleo magis magisque, communemque cum eo tendinem [k] efficit. Soleum juvat, eadem *quippe functio ejus*, quam Solei historiae adnectemus, postquam locum, cui insertus tendo Solei, ad quem accedit suo tendine, tradiderimus: hoc tamen praeter Soleum praecipui habet, quod

e Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 1. G. G.
f Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 1. F.
g Eustach. Tab. XXXIV. S. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 1. H.
h Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 171. D. D.
i Bidloo Tab. LXXXV. E.
k Eustach. Tab. XXXIV. T. & Tab. XXX. 7.

a Eu-

quod etiam genu curvare possit in posteriora. Capiti ejus interiori subjacet bursa magna, accreta firmiter tendineae parti illius capitis, extremoque Semitendinosi, & capsae genu juxta condylum interiorem.

Est *Primus pedem moventium*, cum *Secundo*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 59. *Primus pedis extremi musculus* cum *Secundo*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Primus movens pedem* cum *Secundo*, Fallopp. Obs. in pedem moventibus. Sunt *Gemelli*, *Gastrocnimii*, *internus* & *externus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 43. Est *Extendentium pedem primus*, *Gasterocnemius externus*, *Gemellus externus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 24. *Gasterocnemius*, de Marchet. An. Cap. 19. Stenon. Elem. myol. spec. p. 51. *Gasterocnemius externus*, *it. Gemellus*, Cowp. Myot. Cap. 34. Sunt *The two outermost heads Extensoris tarsi suralis*, *vel Extensoris magni*, Dougl. Myogr. Cap. 42. *Gastrocnemii*, Heist. Comp. an. ann. 1719. & 1727. in nota. *Les Jumeaux*, Winsl. Hist. de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1720. p. 94. *Les grands Jumeaux*, *ou Gastrocnemiens*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 579. & seq. & 1126. & seq. & 1129.

CAPUT CCVI.

De Plantari a.

Non est dubium, quin Plantarem dixerint, eo quod ad plantam, eo modo, quo ad volam Palma-

a Eustach. Tab. XXXIV. N. Vesal. Epit. Fig. musc. II. c. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. Φ. & Tab. 21. Cass. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 2. IKKK. Bidloo Tab. LXXXIV. GG. & Tab. LXXXV. FF. Cowp. Myot. a. 1724. Tab. LXII. 172.

b Cas-

Palmarem longum videmus, pertinere eum existimaverint. Sed ad plantam certe non pertingit, & ne quidem in foetu; ne quis forte putet compressionem calceorum, aut quae à statu, incessuque fit, aliquid hic mutasse in adultiore: desinit [b] enim ad internum latus calcanei, juxta finem tendinis achillis. Eo autem se demittit à radice condyli externi femoris, ab ea mox juxta internam partem ortus Gemelli nascens, ac pertinaciter adeo adhaerens capsae genu, ut ex ea etiam nasci videatur. Gracilis est, habetque ventrem brevem, verum tendinem perlongum. Ab initio tenuis, angustus, tendinosus, abit dein in ventrem tumidulum, *latiorem quam crassiorem; qui cum primum* modice intumuit, dein detumescit, *vertitque* se in tendinem [c], è posteriore carnis parte tendinosa tenuitate primum nascentem: is peranguſtus, tenuis, planus, calcaneo insertus, extremo extenuato, ac dilatato magis magisque, & aliquando in duas, aut plures partes fisso. Actio Plantaris similis est actionis Gemelli.

Est *Tertius pedem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 59. *Tertius tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Plantaris*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 43. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 25. Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 34. *Extensor tarsi minor*, *vulgo Plantaris*, Dougl. Myogr. Cap. 42. *Plan-*

b Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 2. K. infer.

c Eustach. Tab. XXXIV. N-2. Bidloo Tab. LXXXV. F. infer.

a Eu-

Plantaris, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 19. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 34. *Le Jambier greſle*, *dit vulgairement Plantaire*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 589. & ſeq. & 1131. & ſeq.

CAPUT CCVII.

De Soleo [a].

Maximus ſurae muſculus, eamque praecipue efficiens, Soleus. Cui origo tum à fibula, tum à tibia: à fibulae capitis ſuperioris poſteriore parte [b], magnaque portione ſpinae, quae *infra caput illud ab eadem poſteriore parte eminet*: à *tibiae* [c] *eminentia*, quae in ejus poſteriore parte, non longe à capite ſuperiore, obliqua jacet; & ubi illa deſinit, continuo à margine poſteriore ſpinae interioris tibiae, ultra mediam oſſis hujus longitudinem. Geminum itaque principium habet, quorum utrumque latum, tendinoſum ubi oritur, tenueque; quod à fibula oritur, ea parte, qua à capite ejus oritur, craſſius: eaque cito ſe inter ſe conjungunt. A ſummo initio acutus eſt, inde ſenſim *inſigniter intumeſcit*, *ſeſeque longe* magis dilatat, ſed jam ante medium detumeſcit, & anguſtat ſe, per ambitum laterum quaſi ovatus. Tandem fit tendo [d] brevis, craſſus, quodammodo teres,

a Euſtach. Tab. XXXIV. O. Veſal. Epit. Fig. muſc. II. vv. ſin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. Ψ. & Tab. 14. q. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 2. MMN. & Tab. XLI. Fig. 1. PP. Bidl. Tab. LXXXIV. F. & Tab. LXXXV. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 173.

b Euſtach. Tab. XXXIV. O-α.

c Euſtach. Tab. XXXIV. O-β.

d Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 2. N.

e Caſſer.

à priore tamen, & à posteriore parte planior, in progressu sensim gracilescens, in fine latescens, sesequе magis extenuans, maxime dum se inserit. Memorabilis est modus, quo hic tendo ex ventre nascitur. Primum venter à posteriore parte sua jam fere ab ipso *initio* tendinosus, & dein magis magisque, ab ea parte tendinem, ut in aliis multis hactenus commemoravimus, producit, cui accrescit [e] Gemelli tendo. Deinde intus in carne alia pars tendinea [f] insignis, adjuncta praecedenti. Eaque pariter fere in ipso summo initio musculi incipit, seseque circa mediam ejus latitudinem per longitudinem demittit, *circa imum ejus mucronem desinens: lataque est*, latitudine in latera directa, & *ad carnis maxime comparata* crassitudinem, ejusque ad similitudinem à summo angustiore, ut crassescit eadem, latiore; utque dein extenuatur, angustiore. Itaque carnem bifariam septi tendinei modo distinguit, & qua posteriori tendinosae musculi parti continuata est, ibi per ejus etiam longitudinem extrinsecus nota quaedam, incisurae similis. Accipitque ab utraque parte carnem multam, ex utroque latere *descendendo convergentem*; ejusque *continua accessione sensim* crassescit. Caro autem ad postremum ab utroque latere in mucronem desinit, ab externo latere citius, ab interno crassiore & insigniore excurrens multo longius: neque enim tendineo septo

e Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 2. NQ. Bidloo Tab. LXXXV. E.

f Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. XLI. Fig. 1. P. infer. Bidl. Tab. LXXXIV. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 173.

g Cow-

septo simile illud in media prorsus latitudine musculi est, sed aliquantum ultra mediam, à parte fibulae; angustiore idcirco, minusque insigni parte carnis illa, quae à parte fibulae, quam quae à tibiae. Jam & à principio hic musculus, tum qua à tibia, tum qua à fibula oritur, extrinsecus à priore parte tendinosus [g]; manetque inde in eadem parte ab utroque latere aliquandiu: & à tendinosis illis superficiebus, maxime à medio longitudinis musculi, caro tenuis se ad medium tendineum septum oblique demittit [g]. Pars quoque illa tendinosa, quae à fibula procedit, per summum musculi marginem, qui à fibula ad tibiam porrectus, excurrit, efficitque eum tendinosum. Caeterum Soleus recta descendit ad calcem, ubi tendo [h], quem cum Gemello efficit, quemque achillis appellant, se affigit [i] posticae eidemque inferiori parti prominentis tuberis calcanei: praeterit enim superiorem, ad quam se applicat, quoties in priora pes extremus flectitur; eoque aequabilis effecta est, & inter eam tendinemque interjecta bursa notabilis, accreta utrique; eminetque intra eam glanduloſi quid, implens intervallum, quod inter tendinem superioremque tuberis partem eo tempore intercedit, quo crus in pede extremo recte insistit, pressum autem, cum pes in priora flectitur, exsudansque humorem lubricum, unde liberior mobilitas. Functio autem Solei est, commissuram pedis extremi cum

g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 173.
h Eustach. Tab. XXXIV. T. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 1. K. & Fig. 2. Q. infer. Bidloo Tab. LXXXIV. & LXXXV. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXII. L.
i Eustach. Tab. XXXIV. T.

a Eu-

crure recte flectere in partem posteriorem : itaque attollere calcem , plantamque in posteriora dirigere ; crus inclinare in posteriora.

Est *Quartus pedem moventium* , Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 59. *Quartus tibiae musculus* , Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Soleus* , Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 43. *Extendentium* pedem *secundus* , *Gasterocnemius internus* , Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 24. *Gasterocnemius internus* , Cowper Myot. Cap. 34. Sunt *The two innermost heads Extensoris tarsi suralis* , *vel Extensoris magni* , Dougl. Myogr. Cap. 42. *Le Soleaire* , Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 584. & seq. & 1126. & seq. & 1130.

CAPUT CCVIII.

De Popliteo [a].

Poplitei decursus obliquus , à condylo exteriore femoris ad illam partem amplitudinis posterioris tibiae , quae est inter radicem capitis ejus superioris , eminentiamque obliquam , unde *Solei origo*. Principium quodammodo geminum , cujus praecipua pars tendo [b] crassus , planior , brevis , veniens [c] è sinu , qui

a Eustach. Tab. XXXVI. γ. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. μ. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. r. Cass. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 38. Fig. 2. G H. & Tab. XLI. Fig. 1. FG. Bidloo Tab. LXXXIV. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LX. 165.

b Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 41. Fig. 1. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LX. 165. I.

c Eustach. Tab. XXXVI. γ-α.

d Eu-

qui est in medio partis inferioris lateris externi condyli supradicti, mox supra marginem, quo is in tibia innititur: pars altera non tam longe venit, sed à medio partis posterioris genu cartilaginis semilunaris exterioris, aut circa illum locum è ligamento lato genu articuli; latior, tenuior, primo tendinea, mox carnea, & jam fere ab ipso initio alteri conjuncta. Ab hoc dilatat se insigniter ad finem usque, totaque ultimi extremi sui latitudine pertinet [d] ad internum marginem tibiae, qui nempe spectat alterum crus; diu sensim crassior, dein tenuior, & fere à medio longitudinis suae tendinosus. Ab ortu autem se tendine suo ad imum condyli inflectit; deinde ubi praeterit cartilaginem semilunarem exteriorem, in carnem abit: post se inflectit ad proximam posteriorem partem capitis superioris tibiae, dein per posteriora cruris procedens. Tendini pertinaciter accreta capsa articuli genu. Crus, flexo genu, sic convertit, ut priorem pedis extremi partem dirigat ad pedem alterum. Cartilaginem semilunarem exteriorem trahit retrorsum, deorsumque. Juvare quoque videtur inflexionem genu.

Est *Musculus in poplite occultatus*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 55. *Decimus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 29. *Popliteus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 42. *Oblique movens* tibiam, *suppopliteus*,

d Eustach. Tab. XXXVI. y-8. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. C. Bidloo Tab. LXXXIV. C.

a Eu-

Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 23. *Popliteus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 33. *Poplitaeus*, Dougl. Myogr. Cap. 41. *Popliteus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 33. *Le Poplité*, *ou Jarretier*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 564. & seq. & 1119. & seq.

CAPUT CCIX.

De Flexore longo digitorum pedis [a].

Hic posteriori tibiae parti proxime adjacens, ab ea [b], & à ligamenti, quod inter tibiam & fibulam *intermedium*, *parte proxima*, *per longitudinem*, perque longum tractum oritur, *primum incipiens* infra longitudinem prope mediam illius eminentiae, à qua Soleus oritur. Ubi primum incipit, acutus & tenuis; post paullatim latior & crassior, donec totam tibiae partis posterioris latitudinem teneat: inde simili fere modo decrescit, oblique per latitudinem illam ortu suo deflectens ad marginem tibiae, qui spectat fibulam; ac deinde etiam à margine illo oriri pergens. Quin & *per latera*, dum oritur, *ex tenui initio medium* versus *magis magisque intumescit*, & ab ortu ea parte, qua spectat fibulam, tendinosus est. Extrinsecus fibrae ejus ab utroque latere descendentes convergunt leviter,

[a] Eustach. Tab. XXXVI. L. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. ϖ. dext. & Fig. III. Ω. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. Ξ. & Tab. 16. e. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 41. Fig. 1. HIK. Bidloo Tab. LXXXIV. I. & Tab. LXXXV. H. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 186.

[b] Eustach. Tab. XXXVI. L-ϰα.

c Casser.

ter, abeuntque in medium tendinem, qui intus jam fere in summo mucrone musculi incipit. Ita tendo paullatim crescit, primum per exteriora carnis [c], dein per illum ejus marginem [d], qui respicit pedem alterum, oblique in latus, quod ad pedem alterum vergit, deflectens, eodemque etiam modo pergens postquam carnem non amplius accipit, aliquanto autem post pertingens ad ima tibiae: dein eadem prope obliquitate pergit pone [e] tibiam extremam, juxta malleolum internum; post sub ea, quae tali caput sustinet, calcanei eminentia, ea re laevi & sinuata; ad quam tibiae calcaneique partem ligamento [f], quo, ubi secundum eas incedit, obductus, retinetur; ex eoque cum exiit, flectit se in priora ad plantam [g], per quam oblique in priora extrorsum ad ejus medium decurrit [h], donec circa ejus longitudinis medium pervenerit. Totus gracilis est, à ventre usque ad calcanei eminentiam ovatus, qua sub eminentia illa incedit, paullo crassior, latior, durior, ab attritu; post rursus gracilior. Circa medium plantae modice latescit [i], ac mox se in quatuor tendines dividit [i], qui tanquam radii divergunt, & ad digitos quatuor minores prorepunt [i], ac porro, prorsus ut de

c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 41. Fig. I. I. Bidloo Tab. LXXXIV. I.
d Eustach. Tab. XXXVI. L-β. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 41. Fig. I. IK. Bidloo Tab. LXXXIV. I.
e Eustach. Tab. XXXVI. L-β.
f Eustach. Tab. XXX. ε. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. 5.
g Eustach. Tab. XXXVI. L. ultra γ.
h Vesal. Epit. Fig. musc. IV. 6. in pede humi prostrato: & de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. η θ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 3. B. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 186.
i Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. θ. Bidloo Tab. LXXXV. H.

k Bidloo

de Profundo manus dictum, secundum interiorem partem ossium eorum primorum [k] sub ligamento orbiculato simili, ibidemque per fissuram [k] tendinis Flexoris brevis; post secundum ossa secunda [k], similiter sub ligamento retinente; tandemque ossi tertio pari se modo *inserunt* [l]: ipsi graciles, prope teretes, & sibi *ipsis* pares, donec ad capita priora ossium metatarsi venerint; sub his cum incedunt, *primo* latiores, planiores, crassiores, & duriores; post rursus tenuiores, & angustiores, mollioresque; in capsa prima graciliores; post ubi ex ea exeunt, inde latiores & tenuiores; sed, ubi secundum articulum ossis *primi ordinis cum secundo incedunt*, crassiores, latiores, duriores; inde rursus *angustiores*, & *molliores*; rursusque graciliores in capsa secunda; rursusque, ubi ad articulum ossis secundi ordinis cum tertio appropinquant, latiores; ab eo angustiores, sed mox rursus dilatati, in fine extenuati; & antequam per tendines Flexoris brevis transeant, indeque ad finem usque, quasi incisi, tanquam si è duobus inter se cohaerentibus constarent. Caeterum ad *similitudinem tendinum Profundi manus*, & *dimittunt chordam*, aut membranam *tendinosam*, adjungentem se tendinosae membranae, quae implet angulum caudarum tendinum Flexoris brevis: & accipiunt tum chordulam à membrana tendinosa, qua Flexoris brevis caudae adnexae ossi primi ordinis, aut portionem ipsius membranae;

k Bidloo Tab. LXXXV. H. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2.

l Bidloo Tab. LXXXVII. Fig. 2.

m Bidloo

branae ; tum membranam tendinosam ab osse ordinis secundi. Aliquando inde ubi per fissuram tendinum Flexoris brevis transeunt, prorsus cum illis conjuncti sunt [m] ; quod maxime observatum in eo, qui ad digitum minimum pertinet, potissimumque ubi tertii secundique ordinis ossa cohaerebant inter se, & continuata erant. Nunc cum hunc musculum, ut à tibia ad ultima digitorum decurrit, secuti sumus, opportunum erit, de alio ejus capite [n], quod prae Profundo manus, cui respondet, praecipuum habet, dicere. Situm est in planta, magnitudinis conspicuae, à margine inferiore, & à latere interno toto tuberis calcanei, quod calcem facit, procedens in priora per mediam plantae latitudinem, donec praetergredienti tendini supradicto in plantae fere medio occurrat ; primo paullatim latius, post angustius ; primo subtendineum & tenue, dein totum carneum & diu sensim crassius, post tenuius, suoque fine confluens [n] cum superiore parte, & aliquantum etiam cum externo latere tendinis, paullo antequam is se dividat, itemque ubi dividit, ipsique principio ramorum in quos dividit, aut omnium, aut eorum aliquot. Aliquando paullo post quam se cum tendine conjunxerat, exibat in quatuor portiones tendineas, primam ad ramum tendinis, qui ad digitum primum parvorum vadit, accedentem : secundam, eamque graciliorem, ad eum,

m Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 1.
n Vesal. de H. C. F. Lib II. Tab. 14. λ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 3. DDD. & Tab. 43. Fig. 1. M. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 1. A. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 187. & Tab. LXIII. H. & Tab. LXVI. Fig. 1. 5.

a Eu-

qui ad digitum secundum : duas reliquas valde breves, earumque unam ad ramum digiti tertii; alteram, & eam exilissimam, ad illum quarti. In alio quodam producebat tendinem insignem, qui per eam ejus partem, quae spectat latus internum pedis, decurrens, primo adjungebat portionem insignem tendini, qui à tendine Flexoris longi pollicis accedit ad Flexorem longum digitorum; & cum eo conjunctus accedebat ad tendinem digiti primi minorum : dein non longe ab eo loco, ubi se adjungit Flexori longo, abibat in tendines duos insignes, breves tamen; quorum alter accedebat ad tendinem digiti secundi, alter ad tertii : post dabat exilem portionem Lumbricali quarto : atque ita finiebat. Aliis atque aliis hic natura modis ludit. Supereſt, ut adscribatur functio Flexoris hujus. Tertii ordinis ossa digitorum minorum flectit in terram : in eandem partem & illa secundi, primique : itaque digitos totos curvat. Si autem non obstarent alii musculi, partes illas, quas dicemus, eodem tempore firmantes, posset etiam articulum cruris cum talo flectere, in posteriora autem : illosque pedis extremi cum talo, retrorsum simul & modice introrsum, plantam conversurus in interiora simulque in posteriora : dimovere quoque connexum ossis navicularis cum cubiformi, & cubiformis cum calcaneo commissuram.

Est *Secundus pedis digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Sextus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Longus Digitûm flexor, si-*

ve

ve Perodactyleus, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 44. *Digitorum tertii internodii flexor*, *perforans*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 26. *Perforans*, Cowper Myot. Cap. 36. *Perforans seu Flexor profundus*, Dougl. Myogr. Cap. 43. *Le long Flechisseur commun des orteils*, *ou le Perforant du pied*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 629. & seq. una cum eo, qui *l'Accessoire du long Flechisseur des orteils*, ibid. §. 633. & seq. *Le Perforant*, ibid. §. 1143. una cum eo, qui *l'Accessoire du Perforant*, ibid. §. 1144.

CAPUT CCX.

De Flexore longo pollicis pedis [a].

Non secus, atque ut praecedentem à tibia scripsimus, hic à fibula oritur [b], nempe à planitie ejus posteriore, circa tertiam partem longitudinis ejus incipiens, indeque à duabus sequentibus fere ad malleolum usque, pergens. A principio utrimque aliquandiu tendinosus est, omnesque fibrae ejus se demittunt nonnihil oblique tibiam versus, facientes musculum summa parte sui tenuem, inde sensim crassiorem, post rursus detumescentem: sic & ex acuto paullatim latiorem, post medium longitudinis rursus paullo angustiorem, deinde ejusdem prope latitudi-

Cccc 2 nis,

a Eustach. Tab. XXXVI. K. Vesal. Epit. Fig. musc. IV. e. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. A. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 41. Fig. 1. MN. & Fig. 2. IIK. Bidloo Tab. LXXXIV. K K. & Tab. LXXXV. K. Cowp Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 179.

b Eustach. Tab. XXXVI. K-*aa*.

c Eu-

nis, in fine ſenſim inſigniterque anguſtatum. Ex eoque, qua parte ad poſteriora verſus, ibique juxta eum marginem, quo ſpectat crus alterum, tendo [c] ſatis cito naſcitur; qui eodem modo, quo ille Flexoris digitorum longi, deſcendit; eodemque maxime modo per carnem decurrit, paullatim emergens, incrementaque capiens. Circa cruris imum carnem plane deſerit, ac porro eadem, qua coeperat, obliquitate deſcendit [d], primo pone tibiam extremam, dein per ſinum laevem, qui ejus cauſſa in parte poſteriore tali eſt; dein per calcanei internum latus, ob id etiam ſinuatum, & laeve, infra illum ejus ſinum, qui *ſub ſuſtentaculo tali*, *tendini Flexoris longi* digitorum paratus eſt: totoque hoc decurſu *in loco ſuo* retinetur ligamento [e], quod à marginibus tali ſinus ſupradicti, & à calcaneo procedens, cum iis canalem efficit, per quem delabitur tendo ille, cuique membranis obſequioſis laxe adnexus, ipſe aliquanto latior, craſſiorque, & durior, qua ſe parte flectit ad talum, & qua ad calcaneum. Poſt pergit [f] ad plantam, per eamque recta incedit [g] ad pollicem, & per hujus porro inferiorem partem [g] ad *os ejus ſecundum*, cui ſe denique inſerit [h], & aſperae quidem eminentiae, quam

c Euſtach. Tab. xxxvi. K-β. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 41. Fig. 2. H. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxiii. 179. F.
d Euſtach. Tab. xxxvi. K-β.
e Euſtach. Tab. xxx. ε. Veſal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 2. 5.
f Euſtach. Tab. xxxvi. K-β.
g Veſal. Epit. Fig. muſc. iv. ε & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 14. δ. Caſſ. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 42. Fig. 3. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxv. Fig. 2. 4 4.
h Bidloo Tab. lxxxv. K.

i Cow-

quam ab inferiore parte juxta caput primum habet. Ad pollicis radicem usque gracilis est, & ovatus: inde inter ossa sesamoïdea articuli pollicis cum metatarsi osse procedit [i], ubi crassior, & latior, duriorque: post planior est, & qua decurrit secundum os primum pollicis, vagina tendinea, ex osse illo nata, ut Flexor longus pollicis manus, continetur: per plantam jam cito quasi bifidus, nota insigniore insignioreque; inde ubi ad caput primum ossis primi pollicis accedit, latescens magis magisque, sed modice, magis in fine [h]; ipsoque extremo veluti in fibras distinctus, & tenuior: antequam caput prius ossis primi pollicis praetereat, membranacea quadam productione mox pone caput illud latitudini ossis mediae adnexus. Ubi primum ad plantam pervenit, aut paullo post, portionem [k] gracilem emittit, quae aliquantum progressa coït cum tendine Flexoris longi digitorum [l], priusquam is se findat: aliquando partim cum capite ejusdem musculi, quod in planta accipit; partim cum illo [m] tendine ejus, qui ad digitorum minorum primum tendit, ut etiam portionem det origini Lumbricalis primi. Alias eadem illa portio se tota conjungebat cum insigni tendine, quem dictum caput ad Flexorem digitorum longum in

i Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 4. juxta E.
k Vesal. Epit. Fig. musc. IV. a. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. Q. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. e. & Tab. LXVI. Fig. 1. Y.
l Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. e. & Tab. LXVI. Fig. 1. Y.
m Vesal. Epit. Fig. musc. IV. a. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. Q.

planta accedens, producebat : ex qua conjunctione natus tendo adjungebat se tendini digiti primi. Inventus aliquando tendo Flexoris digitorum longi, dans ramum gracilem, paullo antequam caput suum alterum accipiat, in priora procedentem, & se cum tendine Flexoris pollicis longi, postquam hic portionem illi impertiit, conjungentem. Pollicem totum curvat deorsum, flectens tum articulum, qui ex ossibus ejus fit ; tum qui ex osse ejus primo cum illo metatarsi. Articulum cruris cum talo flecteret ut Flexor digitorum longus, ni impedirent musculi alii. Sic & articulos pedis extremi cum talo, sed paullo *magis retrorsum, minus in partem internam* ; eoque plantam rectius in posteriora dirigeret. *Quin & connexum* ossis navicularis cum cubiformi, hujusque commissuram cum talo dimoveret. Juvat praeterea eundem digitorum Flexorem, ab eo vicissim adjutus. Juvat & Lumbricalem primum, aut certe firmat principium ejus, cum dat ei portionem.

Est *Tertius pedis digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Septimus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Pollicis Flexor*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 45. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 26. *Flexor pollicis longus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 35. *Flexor longus*, Dougl. Myogr. Cap. 44. *Flexor pollicis longus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 35. *Le long Flechisseur du pouce*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 606. & seq. & 1138.

C A-

CAPUT CCXI.

De Tibiali poſtico [a].

Poſteriori cruris oſſium parti interjectus, ab utroque incipit, praecipue tamen à fibula [b]: ab hujus autem planitie illa tota, quae qua tibiae obverſa, à ſuperiore capite ejus per ejuſdem plus quam duas tertias partes longitudinis ſe extendit: à tibiae planitie, mox à radice illius partis, cui fibula innixa, deorſum per eam partem, qua fibulam ſpectat, aliquantum porrecta: eaque principia modice à primo initio ſuo disjuncta, *mox confluunt. Quin & ex parte à ligamento incipit*, quod inter cruris oſſa, qua dehiſcunt, medium. Deſcendit inde, extrinſecus ab utraque origine aliquandiu tendinoſus, caetero carneus, totus in planum quaſi compreſſus à poſteriore parte, *oblique autem*, ſupra à Soleo, infra à Flexore longo pollicis; ſuaque latitudine majorem partem reſpondens intervallo oſſium cruris, id eſt, ſumma parte anguſtus, inde ſenſim latior, mox ſenſim anguſtior; *ubi fibula ſe à tibia recurvat, inde* rurſus ſenſim latior; *ubi vero oriri à fibula deſinit*, inde ſe anguſtans, anguſtoque ad poſtremum fine ad tendinem deſinens. Tendinem [c] autem cito exorditur, fibraeque ejus ab utroque oſſe oblique deſcendunt,

a Euſtach. Tab. XXXVII. x. Veſal. Epit. Fig. muſc. IV. r. fin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. DE. & cd. Caſſer. Tab. 20. Spigel. Lib. IV. Tab. 30. Fig. 2. EEF. & Tab. 41. Fig. 2. LL. Bidloo Tab. LXXXIV. I. & Tab. LXXXV. G. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 176.

b Euſtach. Tab. XXXVII. x-αα.

c Euſtach. Tab. XXXVII. x-ββ.

d Caſſer.

dunt, & ex contrariis partibus venientes convergunt, abeuntque in medium tendinem [d], qui inter eas tenui radice, aut jam in utroque capite una, mox confluentibus, ortus, paullatim & latior evadit, & crassior: & non multum progressus, nullas amplius à tibia fibras accipit, inde tamen aliis atque aliis à fibula, dum descendit, continuo, diuque, usque non longe à malleolo, ad cujus posteriorem partem oblique descendit, nutritus; ab ea autem parte, qua spectat exterius cruris latus [d]. Ut ad malleolum venit [e], intrat canalem, qui partim fit è sinu quodam ipsius malleoli, partim è ligamento [f] lato, ex *sinus marginibus, & infra eum ex imo malleolo*, nato: per eum deinde, sibi uni proprium, *delabitur*, exitque ex eo, porro per latus internum extremi pedis plantam versus pergens [g], modico in priora flexu; ubi alio ligamento [h] retinetur, à vicinis ossibus deducto super eum. Extremo multiplici desinit: namque crassiore praecipuaque parte [i], eaque sensim latescente, se inserit in inferiora maxime eminenti parti tuberis crassi & inaequabilis, quo os naviculare ab interno pedis latere *eminet; ulteriusque etiam* tuberi, quod *in ossis* cuneiformis primi [k] parte inferiore, juxta posteriora, eo dimissa portione tenuiore.

Et

d Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 41. Fig. 2. L L M. Bidloo Tab. LXXXIV. I. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 176.
e Eustach. Tab. XXXVII. X-y.
f Eustach. Tab. XXX. g. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. e.
g Eustach. Tab. XXXIII. 22. 23.
h Eustach. Tab. XXXIII. 24.
i Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 176. X.
k Eustach. Tab. XXXIII. 23.

Et paullo ante hunc finem, portionem [l] à parte plantae emittit tenuiorem, distinctam in fibras, per sinum ossis navicularis, quem id subtus, juxta tuber, quod diximus, habet, prorepentem; quae se majorem quidem partem, & in plerisque, affigit parti imae deorsum protuberanti ossis cuneiformis tertii; sed post in multis in priora pergit, & aliquanto etiam ulterius, pertingens in aliquibus ad partem inferiorem illius lateris capitis ossis metatarsi tertii, quo spectat quartum; in aliis ad illius secundi, quo respicit tertium: eadem etiam frequenter partem gracilem, aliquando duas, inserit inferiori parti ossis cubiformis, frequenter & exilem imae parti cuneiformis medii: eadem denique & partem tendini tenuiori similem, aliquando quasi in minores distinctam, promit, in principium Flexoris pollicis brevis abeuntem. Haec portio ubi ab ipso tendine abscedit, ibi tendo se ad priorem partem ligamenti, quod à calcaneo ad naviculare per plantam deductum, sustinet tali caput, inflectit; & ad inferiorem quoque & eandem posteriorem partem tuberis navicularis; nodumque [m] ibi, mox antequam naviculari se inserat, habet, crassum, durum, per ambitum ovatum, caeterum planiorem, & qua os naviculare & ligamentum sustinens tali caput contingit, laeviorem. Quin & alias aliquando spargit portiones: vidi ab eodem nodo procedentem portionem gracilem, prope transversam,

l Quales ap. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 176. T. V.

m Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 176. S.

a Eu-

versam, calcanei interno lateri, juxta partem priorem, qua sustinet cubiforme, insertam; quae & ipsa dimittebat exiliorem, pertinentem ad proximam partem interni lateris cubiformis. Crassior quoque tendo est, & latior, & planior, duriorque, ea parte, qua malleolo adjacet; de caetero ovatus, planior tamen. Hic Tibialis articulum cruris cum pede extremo, cum is flexus in priora, extendit, deinde aliquantulum flectit retrorsum: quare in priora sublatum pedem extremum deprimit terram versus, dein plantam dirigit in posteriora: crus in priora inclinatum erigit, post inclinat in posteriora. Articulum pedis extremi cum talo flectit oblique in internam partem retrorsum, ac sic eam in partem attollit pedem extremum, in interiora posterioraque sursum convertens plantam: crus contra in internam partem inclinat. Simul etiam dimovet connexum ossis naviculari cum cubiformi, commissuramque cubiformis cum calcaneo: quin & reliqua, quibus insertus, ossa, quantum sinunt commissurae eorum, dimovet.

Est *Quintus pedem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 59. *Quintus tibiae musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Quintus movens pedem*, Fallopp. Obs. an. in pedem moventibus. *Tibicus posticus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 43. *Oblique moventium* pedem *primus*, *adducens pedem*, *nauticus*, *tibiaeus posticus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 24. *Tibialis posticus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 34. Dougl. Myogr. Cap. 42. Heist. Comp. an. ann. 1719.

&

& 1727. in nota. Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 34. *Le Jambier posterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 593. & seq. & 1133.

CAPUT CCXII.

De Peroneo longo [a].

Externam cruris partem, inter priorem tibiae spinam & fibulam, vagina quaedam tendinea sub tegumentis communibus ambit, à qua cum aliquot sequentium musculorum oriantur, necesse est de ea in antecessum dicere. Incipit & ab exteriore parte partis *inferioris capitis superioris fibulae*, & à *tibia*, mox supra ortum Extensoris longi digitorum & Tibialis antici; praetereaque accipit portionem tum à vagina femur complectente, tum à tendine Bicipitis cruris: ac postea etiam per longitudinem fibulae tibiaeque pergit oriri, à fibulae spina exteriore, à capite superiore usque ad extremum fibulae; à tibiae priore, ad malleolum usque. Constat ex fasciculis tendineis conspicuis, qui qua à tibia supra ortum Tibialis antici, perque spinae prioris longitudinem procedunt, descendunt oblique retrorsum: reliqui oblique in priora, per exteriora praecedentium; praeter illos, qui ab exteriore parte capitis superioris fibulae, utpote descendentes rectius. Ipsa crassa est, tenuior

a Eustach. Tab. xxxvi. 2. Vesal. Epit. Fig. musc. iii. 7. fin. & Fig. iv. f. fin. & v. dext. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 6. Φ. & Tab. 15. V X Y. Casser. Tab. 2p. Spigel. Lib. iv. Tab. 40. Fig. 2. B C D D. Bidloo Tab. lxxxii. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxii. 174.

b Eu-

ab externa parte cruris, qua ambit Peroneos; totaque deorsum versus se extenuat. Ejus quoque propagines quaedam interfertae musculis, ut in cubito: duae autem, quarum altera interferta Peroneo longo & brevi ab una parte, ab altera Extensori longo digitorum & Peroneo tertio; altera Extensori longo digitorum & Tibiali antico. Haec tenuis, & per Tibialem sensim evanida. Illa insignior, adnexaque fibulae spinae priori, usque ad plagam triangularem, quae ad malleolum externum desinit, nuda à musculis; dein utrique hujus plagae margini, infraque eos, malleolo: & qua spinae adhaeret, constat è fasciculis *tendineis decussantibus sese, quorum alii* descendunt, seseque spinae inserunt; *alii adscendunt, orti* ab ea. A vagina autem, & ab ejus propaginibus, oriuntur Peroneus longus & brevis, Extensor longus digitorum, Tibialis anticus: à propagine insigniore Peroneus tertius. Ac de vagina quidem satis dictum videtur. Nunc, ut series historiae postulat, ad Peroneum longum pergemus. Is à superiore cruris parte incipiens, totoque ejus latere decurrens, delabitur ad *plantam, per eamque pollicem versus incedit*, usque ad *initium metatarsi*. *Principium* ei geminum, quorum alterum superius est, crassius, angustius, subtendineum ab initio, affixum tum laterali externae parti partis prioris radicis capitis superioris [b] fibulae, tum vicinae à priori parte tibiae; quanquam pars tibiae affixa aliquando distincta sit, aliquando desit: alterum

b Eustach. Tab. XXXVI. z-ø.

c Eu-

alterum carneum, latum, tenuius, ac deorsum versus sensim tenuius, affixum plus quam dimidiae, eique superiori, parti illius spinae fibulae [c], quae in externo ejus latere, non multum infra caput superius, eminere incipit. Et ex parte quoque abscedit à vagina, ejusque propagine, quae inter hunc Peroneum & Extensorem longum digitorum interjecta. Caput primum ab initio modice increscit, post accipit secundi fibras, oblique in priora descendentes: unde fit venter satis longus, primo, dum descendit, continuo à capite primo, sensimque aliquantum crescens, dein decrescens citius quam increverat. Hic in cruris prope medio in tendinem [d] ab exteriore parte sui abit [e], primo latiorem & tenuiorem, dein angustatum & sensim crassiorem. Non statim autem ubi tendo incipit, caro desinit; sed sensim deminuta, posteriori & interiori, qua nempe Peroneo brevi adjacet, tendinis parti se aliquandiu, usque ad cruris inferiora, adjungit [f]. Post tendo planus est, procedítque ad posteriorem partem malleoli externi, ad quem se inflectit [g], intercedente tamen tendine Peronei brevis [h]: dein per latus externum pedis extremi descendit oblique in priora [i], ad externam partem ossis cubiformis, in itinere se flectens secundum emi-

c Euſtach. Tab. xxxvi. z-ββ.
d Euſtach. Tab. xxxvi. z γ Bidloo Tab. lxxxii. C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxii. 174.
e Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 40. Fig. z. D. ſuper.
f Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxii. 174.
g Euſtach. Tab. xxxvi. z-δ. Bidloo Tab. lxxxii. C.
h Euſtach. Tab. xxxi.
i Euſtach. Tab. xxxvi. z infra δ.
k Veſal.

nentiam, quae in latere externo calcanei eſt, ea parte laevem, leviterque ſinuatam. Ut ad ima cubiformis pervenit, ibi ſe circum illud inflectit [k], poſteaque per plantam [l], eo, quo ſupra diximus, incedit: primum autem incedit ſub cubiformi, per ſinum ejus, qui ante oblongam eminentiam, quam ab inferiore parte habet; ſinuſque ille aequabilis eſt, & laevis, ut facilius in eo ire redireque tendo poſſit. Et qua per plantam incedit, obductus vagina quadam, quae eſt ligamentum craſſum & valens, quod ab imo calcanei tubere, juxta ejus priorem partem eminente, in priora procedit, ſeſeque cubiformi inſerit, praeſertim eminentiae ſupradictae; ab eaque acceſſione quadam auctum, procedit ulterius, paullatim lateſcens, tenuiuſque, donec ſe inſerat imis capitibus poſteroribus oſſium metatarſi, quinti, quarti, tertii, potiſſimum vero ſecundi, & extremo quidem latiore & valentiore. Caeterum tendo frequenter ad finem uſque ſimplex manet, ſeſeque modice dilatato fine affigit [m] imae deorſum maxime eminenti parti oſſis metatarſi primi, ulterius etiam in priora tenuiore aponeuroſi per idem os excurrens: aliquando partim huic ſe affigit oſſi, partim vicinae imae parti oſſis cuneiformis primi; plerumque etiam circa metatarſi initium ab illo latere, quod ſpectat latus pedis externum, gracilem portionem dimittit, quae tranſit inter ligamenti,

k Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. X. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 13.

l Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. XY.

m Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. Y. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 2. 174

n Veſal.

menti, quod à calcaneo ad metatarsi ossa pertinere diximus, extrema illa, quae inserta ossi metatarsi primo & secundo; abitque in unum de principiis Interossei primi digiti secundi. Dat aliquando & ab altero latere tenuem & angustam, quae in priora cum eo procedens, sese juxta eum, & ab ea quidem parte, qua spectat latus internum pedis, ossi metatarsi primo inserit, pertinaciter quoque adnexa ligamento, quod ab osse cuneiformi magno ad metatarsi primum in planta deductum. Dat & aliquando, ubi cuneiformi primo non insertus, tertiam, ex multis tenuibus tendinibus constantem, quae se circum tuber ossis cubiformis flectens, ad ossis cuneiformis primi partem supradictam pertingit. Cruris cum talo commissuram recte in posteriora flectit, id est, calcem attollit, crus inclinat retrorsum: cubiformis cum calcaneo, navicularisque cum talo, extrorsum simul & modice retrorsum: calcanei cum talo, extrorsum modice in priora. Et primo quidem simul flectit articulos cubiformis cum calcaneo, navicularis cum talo, calcanei cum talo; ac sic plantam vertit extrorsum modice in posteriora: dein illum pedis extremi cum crure, quo eandem magis ad posteriorem partem dirigit. Eodem ordine easdem in partes crus inclinat. Ad haec os metatarsi primum in terram simulque nonnihil extrorsum dirigit. Quoniam vero tendo ejus, cum venter agit, valide inprimis atteritur ad Peronei brevis tendinem, qua se cum eo pone malleolum inflectit; itemque ad tuberculum calcanei, & ad os cubiforme; idque toties per vitae decursum

cursum fit, intumescit ibi, & fit aliquanto latior, evaditque durior, osseum putares, vel os continere: suntque hi nodi, qua parte atteruntur, duriores, & ad figuram ejus partis, ad quam atteruntur, facti; laeves denique, unde facilior mobilitas. Omnes ovati: maximus [n], qua ad os cubiforme se atterit, duriorque, & sinuatus, qua atterit parte; minor, qua ad tuberculum calcanei; minimus, & vix ullus, qua ad malleolum. Habet etiam aliquando nodum alium parvum, qua ultra cubiforme per plantam procedit. Et ne tendo à malleolo, & à tuberculo calcanei recedat, ligamentis retinetur, quorum alterum [o] *cum malleoli sinu*, *alterum* [p] *cum tuberculo canalem* efficit: eorumque *ille communis est tendini Peronei* hujus atque brevis; hic unius longi proprius, crassitudini ejus respondens. Cohaeretque cum utroque canali; & in eo, qui juxta malleolum, cum tendine Peronei brevis, nexu membranaceo, laxo, obsequioso.

Est *Septimus pedem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 59. *Quartus anterioris pedis musculus*, Columb. de re an. *Lib. V.* Cap. 30. *Peroneus posticus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 43. *Oblique moventium* pedem *secundus*, *abducens*, *Peronaeus primus*, *fibulaeus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 24. *Peroneus primus*,

n Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. X. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXII. 174. N. & Tab. LXVI. Fig. 2. 174. *. & Tab. LXV. Fig. 2. 13.

o Eustach. Tab. XXXI. u. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. Σ.

p Eustach. Tab. XXXI. w.

a Eu-

mus, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 34. *Peronaeus primus seu posticus*, Dougl. Myogr. Cap. 42. *Peronaeus primus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 34. *Le long Peronier, communement dit Peronier posterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 598. & seq. & 1134. & seq.

CAPUT CCXIII.

De Peroneo brevi [a].

Brevis praeterquam quod à vagina tendinea cruris, & à propagine ejus insigniore, de quibus dictum *in capite superiore*, abscedat, tantummodo à fibula oritur [b], neque multum ante mediam longitudinem ejus, principio simplici: caeterum eodem modo usque ad malleolum descendit. Ejus pars superior crassior est, & ex acutiore sensim crassior, latiorque; dein rursus gracilescens, intrinsecus à principio aliquantum tendinosa: quae inde sequitur pars principii inferior, superiori autem prorsus continuata, tenuis est, planior, lata, deorsum versus paullatim tenuior, conflata ex *fibris se à fibula oblique in priora continua serie demittentibus*. Crassior à latere externo fibulae procedit, cujus, praeterquam sua superiore

Eeee parte,

a Eustach. Tab. xxxvii. y. & Tab. xxxviii. B. & Tab. xxxiii. 8. Vesal. Epit. Fig. musc. iii. δ. sin. & de H. C. F. Lib. ii. Tab. 6. Υ. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 39. Fig. 1. HH. & Tab. 40. Fig. 2. EEF. Bidloo Tab. lxxxii. B. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxii. 175.

b Eustach. Tab. xxxvii. y-αα. & Tab. xxxiii. 8-αα.

c Eu-

parte, latitudinem totam tenet: tenuior deinde à ſpina, quae à poſteriore parte latitudinem illam terminat, haud ita procul à malleolo oriri à ſpina illa deſinens; in aliis tamen citius. E craſſa parte intus, non multum infra ſummum ejus initium, tendo principio tenui naſcitur, quod paullatim inſignius, non diu poſt emergit [c] ab exteriore parte carnis, paullatimque craſſeſcit acceſſione fibrarum partis tenuioris, quas deinde & à poſtica parte, & à poſteriore illius, qua incumbit fibulae, accipit forma pennata. Ab initio autem, qua extrinſecus apparet, anguſtus, ſenſim lateſcit, deindeque rurſus anguſtior, ut porro deſcendit, ſe modice anguſtat, toto decurſu latus. Adjacet autem fibulae parti illi, quae à poſteriore parte, ſtatim ſupra malleolum, leviter ſinuata: & ubi carnem deſeruit, mox ſe flectit [d] pone malleolum externum, decurritque ibi per ſinum ejus, in eoque continetur ligamento [e], quod cum tendine longi habet commune: dehinc per latus externum pedis deſcendens, curvat ſe in priora [f], atque infra malleolum, juxta ſuperiorem partem eminentiae calcanei, ſecundum quam procedit Peronei longi tendo, incedit ſub ligamento [g] altero, ſibi pariter cum tendine longi communi, ſed per ſingularem ac ſibi proprium canalem

c Euſtach. Tab. xxxvii. γ-β. & Tab. xxxviii. B-β. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 39. Fig. 1. h. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxii. 175. Q.

d Euſtach. Tab. xxxvii. γ-γ.

e Euſtach. Tab. xxxi. u. Veſal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 2. Σ.

f Euſtach. Tab. xxxvii. γ. infra γ.

g Euſtach. Tab. xxxi. w.

h Eu-

canalem ejus : ad postremumque pertingit [h] ad superiorem eandemque posteriorem partem radicis illius tuberis, quod est in osse metatarsi quinto, ab exteriore parte capitis ejus primi. Extremum ejus dilatatum, extenuatum, aliquando in fasciculos distinctum, aliquando veluti bicorne. Ipse & latior, & crassior, & durior, ubi ad malleolum applicatus : sic & ubi incedit sub ligamento secundo ; è quo cum elapsus, angustior, formaeque magis ovatae. Eodem quo praecedens modo, eodemque ordine, flectit articulum cruris cum talo, cubiformis cum calcaneo, navicularis cum talo, calcanei cum talo ; ob idque eodem modo movet pedem extremum, crusque. Insuper autem ossis metatarsi quinti caput primum nonnihil trahit retrorsum sursumque, quo capita priora ossium metatarsi deducit à se mutuo, maxime quintum à quarto, ac sic plantam aliquantum dilatat, facitque planiorem.

Est *Octavus pedem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 59. *Quintus anterioris pedis musculus*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Peroneus anticus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 43. *Flectentium* pedem *secundus*, *peronaeus secundus*, *semifibulaeus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 24. *Peroneus secundus*, Cowper Myot. Cap. 34. *Peronaeus secundus seu anticus*, Dougl. Myogr. Cap. 42. *Le moyen Peronier*, *commu-*

h Eustach. Tab. xxxvii. y-δ. & Tab. xxxiii. 19. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. b.

nement dit Peronier anterieur, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 571. & ſeq. & 1123.

CAPUT CCXIV.

De Extenſore longo digitorum pedis [a].

Extenſor longus digitorum pedis longe maxima parte ſui in crure jacens, ab ejus ſuperiore parte deſcendit ad dorſum pedis extremi, per quod tendines ad digitos minores tranſmittit. Altera autem principii parte incipit à radice capitis ſuperioris tibiae [b], mox ante fibulae caput, & ab hujus capitis [c] *ſpina priore: altera, primum à fibulae* [c] *ſpina priore*, & quidem à margine ejus, qui ſpectat *tibiam*; *dein* à planitie, in quam ſpina illa ab inferiore parte abit: utraque etiam abſcedit à vagina tendinea cruris, ut tradidimus in illo capite, quod de Peroneo longo ſcripſimus. Illa [d] primum non admodum lata eſt, eademque tenuis: haec [e] lata, utpote per magnam partem longitudinis fibulae oriens, tenuior, carnea. Illa [d] primum ſenſim increſcit, poſt decreſcit, tendinemque producit *priuſquam venerit ad cruris* longitudinem mediam; aliquando etiam jam in ſuperiore parte

a Euſtach. Tab. xxxv. H. & Tab. xxxii. 5. Veſal. Epit. Fig. muſc. 1. ω. ſin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. Ψ. Caſſer. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 40. Fig. 2. G. Bidl. Tab. lxxxi. F. & Tab. lxxxii. D. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxiii. 183.

b Euſtach. Tab. xxxv. H-α.

c Euſtach. Tab. xxxv. H-ββ.

d Bidloo Tab. lxxxii. C. pars ſuperior. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxiii. 183. LL. pars ſuperior.

e Bidloo Tab. lxxxii. C. pars inferior. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxiii. 183. LL. pars inferior.

f Eu-

parte cruris : haec [e] ad inferiorem illius partem, antequam tendinis appareat initium, & deinde ad ipsum tendinem, & ad posteriorem quidem partem illius ejus partis, qua adjacet Extensori proprio pollicis, se in priora oblique, prope ad pedem extremum usque, demittit, efficiens longiorem quam illa carnis partem, latioremque, & tenuiorem. Ex quibus carnea pars satis longa, & non valde crassa, eaque in priorem partem prominula, ibidemque rotundula, ab utroque latere planior, ut quae urgetur, hinc à Peroneo longo & brevi, illinc à Tibiali antico & Extensore pollicis proprio. Tendo [f] primum decurrit ab ea parte carnis, quae spectat tibiam [g]; dein secundum carnis priora [h], atque in cruris pediisque extremi confinio se condit sub ligamento [i] transverso, quo ibi loci tendines à crure ad pedis dorsum procedentes obducti; ac per singularem ejus canalem, ipsi tantum cum tendine Peronei tertii communem, decurrit : ex quo cum emersurus est, in quatuor [k] tendines minores, quibus, ut dictum est, ad quatuor digitos parvos pertinet, dividitur; & fere aequaliter. Quibusdam jam in ipso crure distincta est portio,

Eeee 3 quae

f Eustach. Tab. xxxv. H-γ. Bidloo Tab. lxxxi. F. & Tab. lxxxii. D. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxiii. 183.

g Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxiii. 183.

h Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxiii. 183. Bidloo Tab. lxxxi. F. & Tab. lxxxii. D.

i Eustach. Tab. xviii. 7. & Tab. xxx. λ. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. i. δ.

k Eustach. Tab. xxxv. H-δ. ε. ζ. η. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 4. infra 12. Bidloo Tab. lxxxi. F.

l Bidloo

quae abit in tendinem minimi. Tendines, quamdiu per pedis dorsum incedunt, latiores & planiores, & primo quidem latescentes, modiceque extenuati; post rursus modice angustati: ubi pedis dorsum superarunt, id est, ad initia digitorum, tres primi conjungunt se cum tendinibus Extensoris brevis, primo leviter, deinde prorsus [l]: ita quisque cum eorum quoque latum tendinem [l] efficit, per digiti cujusque dorsum incedentem, qualem quartus solus efficit [l]. Circa articulum digitorum cum metatarso, ab interno latere accipiunt aponeurosem [m], partim à capsa articuli illius, partim ab Interosseo, partim à Lumbricali, *partim denique à latere ossis primi ordinis* procedentem: eaque majorem partem *scandit tendines*, per dorsum eorum evanescens; & aliquando tantummodo parte sui ad eos pertinet, exteriore parte laxe eis superinjecta, similique ex altero latere venienti per dorsum eorum continuata. Ad digiti autem minimi tendinem, qui solus incedit, ab externo latere accedit aponeurosis [n] ab Abductore minimi. Communes porro tendines latescunt, dorsumque ossis primi integunt, *ut in manu; similique modo ad cujusque digiti os secundi ordinis quisque* desinit: praeterea autem ab interno latere procedit longius, ut in manu tendines Interosseorum priorum cum Lumbricalium, adjectaque portione Extensoris communis; & cum simili propa-

l Bidloo Tab. LXXXI. F.
m Eustach. Tab. XXXV. K-α. & sic in reliquis.
n Eustach. Tab. XXXV. K-β.

a Eu-

propagine Extensoris brevis conjunctus, communi cum ea extremo pertinet ad superiorem partem capitis primi ossis tertii. Ita finit Extensor longus, extendens secundum, tertiumque ordinem ossium, qui in digitis sunt; extendens & primum, eundemque postquam porrexit, sursum flectens. Digitos quoque quatuor minores ad se invicem adducit, & attollit oblique latus pedis internum versus. Ad haec & articulos pedis extremi cum talo flectit oblique in exteriorem simul & priorem partem, eo attollens pedem, crus inclinans; simulque dimovet commissuram cubiformis cum calcaneo, itemque connexum ejusdem cubiformis cum naviculari: & in priora attollit pedem extremum, crus autem inclinat, flectens articulum pedis extremi cum crure: si modo quantum ad haec efficienda requiritur, contrahere se valeat, & nihil impediat; quemadmodum in aliis consimilibus musculis jam saepe indicavimus.

Est *Decimusquartus pedis digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Secundus musculus, anterioris pedis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Longus digitûmtensor, sive Cnimodactyleus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 44. *Digitorum tertium internodium extendens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 27. *Extensor digitorum pedis longus*, Cowper Myot. Cap. 36. *Extensor longus*, Dougl. Myogr. Cap. 43. *Le long Extenseur commun des orteils*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 618. & seq. & 1141. & seq.

CA-

CAPUT CCXV.

De Peroneo tertio [a].

Extenſoris, de quo ſuperiori capite dictum, interdum pars [b] eſt Peroneus tertius à nobis vocatus, cum inferiore parte principii ejus conjunctus. A cujus tum externo latere, tum inferiore parte, etiam cum diſtinctus ab eo, ab inferiore parte ejuſdem planitiei fibulae [c], pari modo, atque illud à ſuperiore, procedit: partim etiam à propagine inſigniore vaginae cruris, de qua in Peroneo longo actum. Planus eſt, tenuis, ſenſim ex lato initio anguſtior; ejuſque fibrarum *ſuperiores jam dant primum tendini initium*, ad quem, ut deſcendit, aliae atque aliae, *oblique* ad illam ejus partem, quae reſpicit latus externum cruris, deſcendentes, accedunt, uſque ad ligamentum, quod ſubit. Creſcit is ex eo, à priore parte deſcendens, & ubi perfectus [d], planior eſt; ac ſub eodem cum Extenſore, ligamento [e], perque eundem canalem, tranſit; à quo Extenſore deinde per dorſum pedis, modice lateſcens, ſeſeque extenuans, *deflectit* [f] *in latus externum* ad *metatarſi* initium. Et vel ad finem uſque ſimplex [g] manet, extremoque inſigniter dilatato ſe affigit ſuperiori parti radicis

a Euſtach. Tab. xxxv. I. & Tab. xxxii. 9. & Tab. xxix. ϒ. ſin. & Tab. xxx. γγ.

b Veſal. Epit. Fig. muſc. 1. Δ. ſin. & de H. C. F. Lib. II. Tab. I. β. & Tab. IV. Ω. Bidloo Tab. lxxxi. F. & Tab. lxxxii. L. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxiii. 183. m.

c Euſtach. Tab. xxxv. I-α.

d Euſtach. Tab. xxxv. I-β.

e Euſtach. Tab. xxviii. 7. & Tab. xxx. λ. Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. I. δ.

f Euſtach. Tab xxxv. I. infra β.

g Bidloo Tab. lxxxii. L.

h Eu-

radicis capitis primi ossis metatarsi quinti [g], juxta commissuram cum quarto; indeque continuo superiori spinae ejusdem illius quinti: vel tantum simplex donec non multum à metatarso absit, post in cornua se findit duo [h], eorumque altero affigit superiori parti capitis primi ossis metatarsi quinti, juxta quartum; altero eidem parti capitis primi quarti, juxta quintum. Canalis autem, per quem cum Extensore longo digitorum sub ligamento supradicto incedit, juxta externum pedis latus est; in eoque membranaceo nexu cum Extensoris illius tendine conjunctus laxe, unaque cum eo cum ipsius canalis fundo. Pedem extremum attollit in priorem partem, inque eandem crus inclinat. Articulos cubiformis cum calcaneo, navicularis cum talo, calcanei cum talo, oblique in exteriorem partem ac simul sursum in priora flectit, & ea re extremum pedem primum attollit in priora, eodemque tempore in latus externum; dein attollit recte in priora: eodem modo easdem in partes crus inclinat.

Est *Nonus pedem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 59. *Musculus pedis qui tertius decimus annumeratur*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. Pars *Extensoris digitorum pedis longi*, Cowper Myot. Cap. 36. *Vesalius's ninth muscle of the foot*, Dougl. Myogr. Cap. 43. in Extensore longo. *Quintus tendo Extensoris longi digitorum pedis*, Morgagn. Adv. an. II. Anim.

h Eustach. Tab. xxxv. I-y. Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 4. 13.

a Eu-

20. *Le petit Peronier*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 575. & ſeq. & 1124.

CAPUT CCXVI.

De Tibiali antico [a].

Tibialis anticus curſum ſuum mox infra genu inchoat, & ubi cruris longitudinem emenſus eſt, per pedis extremi dorſum pergit, uſque ad os cuneiforme primum, primumque metatarſi. Extenſorem digitorum longum à tibia oriri diximus, locumque, unde oriatur ab ea, definivimus in hiſtoria ejus: *mox ante eum hic Tibialis affixus potiore* primaque ſui principii parte, occupans *deinde ea totam* planitiei externae tibiae, à capite ejus ſecundum ſpinam priorem fere uſque ad medium longitudinis tibiae, latitudinem; & ex parte etiam affixus ligamento, cruris oſſium intervallo interſerto: indeque per cruris longitudinem ab eodem ligamento, qua parte id tibiae propius, & inprimis à tibia juxta ligamentum illud, oriri diu, & ad duas tertias longitudinis tibiae partes plus minus uſque, *pergit*; *illa* parte ſui deorſum verſus *ſenſim tenuior*, & dum oritur, à ſpina tibiae oblique ſenſimque per latitudinem tibiae deflectens ad idem illud ligamentum; itemque per hujus

a Euſtach. Tab. xxxv. P. Veſal. Epit. Fig. muſc. 1. 7. dext & de H. C. F. Lib. II. Tab. I. 2. & Tab. 3. 4. Caſſer. Tab. ap Spigel. Lib. IV. Tab. 39. Fig. 1. C C. & Tab. 40. Fig. 2. N N O. Bidloo Tab. LXXX. D. & Tab. LXXXI. E. & Tab. LXXXII. A. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXI. 170.

b Eu-

hujus latitudinem ad tibiam. Adde quod à priore etiam parte diu abscedat à vagina tendinea cruris, de qua in Peroneo longo; & qua adjacet Extensori longo digitorum, ab ejusdem vaginae propagine tenuiore. Ultra cruris medium procedit priusquam tendinem conspicuum efficiat, primo paullatim habitior, tum gracilior, à priore parte, qua nudus à musculis, rotundulus; ab altero latere, quo premit Extensorem digitorum longum, pollicisque, ab iisdem pariter pressus, eoque planior; itemque ab altero, qua durae tibiae adjacet. Tendo [b] à priore ejus parte incipit, planior, crassior; ad cujus, dum procedit, posteriorem partem, praeter eam, quae spinae priori tibiae proxima, totam, se pars carnis inferior, quae tenuior, suis fibris oblique demittit [b]: sitque tamdiu sensim crassior, post crassus, ovatus, planior. In cruris fine subit cornu superius ligamenti [c] transversi, quo tendines in flexu ad pedem extremum coërcentur; & transit per singularem ejus canalem, qui est juxta internum pedis latus: ad eum enim totus musculus hactenus procedit, tenens internum latus spinae prioris tibiae, infraque ante tibiam aliquantum introrsum deflectens, & post quoque per pedis dorsum oblique introrsum, id est, alterum pedem versus pergens [d]. In dorso autem pedis procedit sub altero cornu ligamenti supradicti, retineturque etiam ab eo: ligamentum e-

b Eustach. Tab. xxxv. P-α. Casser. Tab ap. Spigel. Lib. iv. Tab. 39. Fig. 1. bb. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. lxi. 170. L.

c Eustach. Tab. xxviii. 7. Vesal. de H. C. F. Lib. ii. Tab. 1. δ.

d Eustach. Tab. xxxv. P-αα.

e Vesal.

nim illud à principio ſimplex eſt, ſed per dorſum pedis ad internum latus incedens, abit in cornua duo, quae divergunt. Tendo ubi à carne receſſit, craſſior eſt, ovatus, planior, & primum anguſtat ſe permodice, ubi ligamenti cornu inferius ſubiturus eſt, dilatat modice, poſteaque magis & magis. Extremum autem ejus bicorne eſt, parteque craſſiore deſinit ad rotundam illam laevemque ſuperficiem, quae in oſſis cuneiformis primi parte interiore eademque inferiore & finitima oſſi metatarſi primo: anguſtiore tenuioreque, mox ante finem praecedentis, ad eminentiam, quae in capite primo oſſis metatarſi primi [e], ab interno latere, atque ibi fere in medio. Et ante finem tendinis, ubi is ad dorſum pedis ſe atterit, ſubjecta tendini burſa tenuis, accretaque. Pedem extremum in priora attollit, quo crus inclinat; quod ſi retrorſum inclinatum ſit, erigit. Sed alia etiam fiunt, cum in inciſo corpore attrahimus eum ad principium ſuum. Nempe articuli pedis extremi cum talo, & cubiformis cum calcaneo flectuntur, ſed non ſemper eodem modo: ſiquidem ii, pede extremo in priora recte libereque pendulo, ſi incipis trahere, flectuntur in priora introrſum; magis autem, ſi pes prius flexus ſit in exteriora: tum ſi pergis, reſtituitur articulus tali cum calcaneo, illi vero navicularis cum talo, ac cubiformis cum calcaneo, flectuntur extrorſum, donec pes extremus cum crure rectus ſit; poſtea recte in priora: deinde ſi adhuc pergas, in

e Veſal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 15. K.

a Eu-

in priora flectitur articulus pedis extremi cum crure. Atque adeo primum pes extremus in priora introrsum attollitur, ac planta alterum pedem versus convertitur; dein pes rectius attollitur in priora, planta dirigitur recta deorsum; post haec pedis extremi prior pars attollitur. Paullum quoque dimovetur junctura cuneiformis primi cum naviculari, ejusdemque cum primo metatarsi.

Est *Sextus pedem moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 59. *Primus musculus anterioris pedis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Tibieus anticus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 43. *Flectentium* pedem *primus*, *Tibiaeus anticus*, *catenae musculus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 24. *Tibialis anticus*, Cowp. Myot. Cap. 34. Dougl. Myogr. Cap. 42. *Le Jambier anterieur*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 568. & seq. & 1121. & seq.

CAPUT CCXVII.

De Extensore proprio pollicis pedis [a].

Hic ultimus est eorum, qui à crure ad pedem extremum decurrunt, per eumque deinde excurrunt. In crure carnea pars ejus planior [b], utrimque

a Eustach. Tab. XXXIII. 12. Vesal. Epit. Fig. musc. 1. r. sin. & Fig. III. e. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 5. e. & Tab. 4. 14. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 40. Fig. 2. L. & Tab. 39. Fig. 1. NN. Bidloo Tab. LXXXI. H. & Tab. LXXXII. G. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 177.

b Bidloo Tab. LXXXII. G. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 177. AA.

c Eu-

preſſa, ab altera parte ab Extenſore digitorum communi, & Peroneo tertio; ab altera à Tibiali antico: eadem latioris principii [b], orientis à fibula [c], nempe ab ejus planitie, quae tibiae à priore parte obverſa; ab eaque ſecundum totam fere longitudinem ſpinae prioris: *infra* autem, ubi ſpina illa quaſi retuſa, à planitie inde nata; atque etiam per originis hujus longitudinem, à ligamento, quod ad tibiam pertinet, cruriſque oſſium intervallum, caetero patens, maximam partem occludit; itemque exigua interdum portione infra ab ipſa tibia, proxime ligamentum. Tenuis eadem, ſenſimque ab ortu tendinem verſus *craſſior & anguſtior, tendinem* [d] *eo modo producit*, quo Peroneus tertius, & ab eadem quoque parte; ubi eum producit, ſubito ſe extenuans: & [e] à ſummo acuta, inde ſenſim latior, ubi oriri deſinit, anguſtior; acutoque mucrone ad tendinem deſinens. Demittit ſe [f], tendinemque ſuum [f], ut Tibialis anticus, niſi quod, quoniam à fibula procedit, primum obliquius in priora ſe demittat, donec tendine ſuo circa inferiora cruris cum Tibialis illius tendine incedat. *Tendinem quoque ſub utroque cornu ligamenti* [g] *tranſverſi, quod à priore parte cruris juxta pedis extremi principium eſt*, per proprium ſibi canalem tranſmittit; qui tendo ad ligamentum illud uſque carnem

c Euſtach. Tab. XXXIII. 12-αα.
d Euſtach. Tab. XXXIII. 12-ββ. Bidloo Tab. LXXXII. G. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 177. B.
e Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 177. AA.
f Euſtach. Tab. XXXIII. 12.
g Euſtach. Tab. XXVIII. 7. Veſal. de H. C. F. Lib II. Tab. I. δ.

h Bidloo

nem ſibi inſertam habet, lubriciſque membranis, qua ſub ligamenti cornubus incedit, adnexus eſt. Poſt tendinem per pedis dorſum ad pollicem porrigit [f], ulteriuſque per pollicis dorſum [f] ad ſuperiorem partem capitis primi oſſis ejus ſecundi [h]. Is autem planior, & ubi ligamentum tranſverſum cruris ſuperavit, lateſcit modice, poſt rurſum ſe anguſtat, rurſuſque, ubi pollicem conſcenſurus, lateſcit permodice; ubi per eum incedit, rurſus ſe primum anguſtat, dein vero dilatat aliquantum, magis autem ubi ad os tertium appropinquat: ubi ſe inſerit, latior, & extenuatus. Qua praeterit articulum pollicis, accreta ei capſa articulum illum continens. Atque inde, ubi praeterit articulum pollicis cum metatarſo, uſque ad articulum ipſius pollicis, dat ab utroque latere aponeuroſem latam & tenuem, quae ambiens articulos illos, mediumque inter eos os, immiſcet ſe capſis illorum articulorum. Extendit, ac deinde ſurſum flectit totum pollicem, hoc eſt, utrumque os ejus. Et, ut de Extenſore digitorum longo dictum, ſi contrahere ſe, quantum requiritur, valeat, nihilque impediat, attollit quoque pedem extremum, crus ſuper pedem in priora inclinat: articulos autem pedis extremi cum talo, eumque cubiformis cum calcaneo, eodem modo flectit ac Tibialis anticus, ſed minus introrſum. Aliquoties tendinem ejus vidimus exiliorem ramum dimittere, ab interno ejus latere ad eandem pollicis partem incedentem, eodemque modo finientem: aliquando

h Bidloo Tab. LXXXI. H.

a Eu-

quando similem vidimus, confluentem cum illo Extensoris brevis digitorum pedis tendine, qui pertinet ad pollicem.

Est *Decimusquintus pedis digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Tertius musculus anterioris pedis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 30. *Extensor pollicis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 45. *Pollicis tensor*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 27. *Extensor pollicis longus*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 35. *Extensor longus*, Dougl. Myogr. Cap. 44. *Extensor pollicis longus*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 35. *Le grand Extenseur du pouce du pied*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 603. & seq. & 1137.

REGIO XXIX. PEDIS EXTREMI DIGITORUMQUE EJUS DORSUM.

CAPUT CCXVIII.

De Extensore brevi digitorum pedis [a].

Simplex à principio est Extensor brevis digitorum pedis, post quadripartitus, quatuor digitis inserviens, pollici, tribusque primis parvorum. Ad quos

a Eustach. Tab. XXXIII. 18. Vesal. Epit. Fig. musc. III. Ξ. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 5. Ψ. & Tab. 6. Ω. Cassier. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 39. Fig. 1. L. Bidloo Tab. LXXXI. G. & Tab. LXXXII. F. una cum portione ad pollicis principium pertinente. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 184. una cum 178.

b Bidloo

quos per dorsum pedis extremi oblique introrsum incedit, ante crus incipiens, à superiore parte tuberis, quo pars prior calcanei in superiora eminet. Ante divisionem latitudinis ac crassitudinis modicae est, angustior & tenuior primo initio, ab eo paullatim modiceque latior, & crassior: principio partim tendineus, partim carneus; dein per inferiorem inprimis partem aliquantum tendinosus. Portiones, in quas se dividit, sensim gracilescunt, singulaeque in tendinem [b] vertuntur: quae pollicis est, primum à media superiore parte; reliquae ab externo ejusdem partis latere. Portionum maxima, eademque insignioris tendinis, quae ad pollicem adit: reliquae totae exiliores; inter quas insignior, quae ad primum parvorum digitorum; exilior sequens, exilissima quarta. Omnium tendines graciles, planiores, satis longi. Illa pollicis tendinem suum, in fine insigniter dilatatum & extenuatum, inserit [c] eminentiae obliquae, quae in superiore parte ossis primi pollicis, mox ante caput ejus primum, juxta illud latus, quo spectat digitos parvos. Reliquae suum juxta digitorum initia adjungunt [d] externo lateri tendinum Extensoris longi, manente tamen distinctionis nota. Cum illis itaque per dorsum digitorum decurrunt [d]: sed postquam illi se inseruerunt, pergunt porro ad os tertii ordinis, ut Interossei posteriores in manu; donec

b Bidloo Tab. LXXXI. G. & Tab. LXXXII. f. f. f. & sic in portione ad pollicis principium pertinente.

c Bidloo Tab. LXXXI. G. pollic. & Tab. LXXXII.

d Bidloo Tab. LXXXI. G. parvorum.

e Bidloo

nec confluant cum propagine Extenſoris longi, & cum ea ſe oſſi tertio inſerant, extremo communi. Pari autem modo, atque Extenſoris longi tendines, circa articulum digitorum cum metatarſo accipiunt aponeuroſem, à partibus iiſdem, praeterquam à Lumbricali, quippe cum nullus ad hoc latus pertineat. Prima portio, id eſt, quae pollicis eſt, ſaepe jam ab ipſo initio tota diſtincta [e], aliquando & quarta, aliquando fere omnes: & tunc portiones illae primum ſenſim inſigniores, poſt decreſcunt. Quartam in duas portiones abeuntem vidimus; emiſſa, ab ea parte, qua tertiam ſpectat, exiliore, verſaque in exiliorem *ſimiliter tendinem, accedentem* ad illum tertiae. Quin & ſemel, iterumque *invenimus portionem* gracillimam, inter primam & ſecundam, atque vel ex utraque, vel è ſola ſecunda natam, exilique, in quem deſinebat, tendine decurrentem ad digiti primi parvorum illud latus, quod obvertit pollici. Pollicem, digitoſque in rectum porrigit; extendit enim omnes ordines oſſium eorum: primum etiam in ſuperiora flectit, ſimulque modice extrorſum. Et aliquantum diducit digitos.

Eſt *Decimus ſextus pedis digitos moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Poſtremus muſculus pedis*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Brevis Digitûm-tenſor*, *ſive Pedieus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 44. *Extendens*

e Bidloo Tab. LXXXII. portio ad pollicis principium pertinens. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 178.

a Veſal.

Extendens digitorum secundum articulum, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 27. *Extensor pollicis brevis*, una cum *Extensore digitorum brevi*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 35. & 36. *Extensor brevis Cowper.* Dougl. Myogr. Cap. 44. una cum *Extensore brevi*, ibid. Cap. 43. *Extensor digitorum brevis*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 20. *Extensor pollicis brevis* una cum *Extensore digitorum brevi*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 35. & 36. *Le court Extenseur commun des orteils*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 622. & seq. & 1141. & seq.

REGIO XXX. PLANTA CUM DIGITORUM PEDIS PARTE INFERIORE.

CAPUT CCXIX.

De Flexore brevi digitorum pedis [a].

Acturus de musculis in planta sitis, necessarium duxi, primum strictim dicere de aponeurosi [b], quae illi volae respondet. Ab imo calcis recta per

a Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. XIV. Θ. & Epit. Fig. musc. II. Ξ. in pede humi prostrato. Eustach. Tab. XX. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 2. CCC. Bidloo Tab. LXXXV. I. & Tab. LXXXVI. Fig. 1. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 185. & Tab. LXV. Fig. 2. 185.

b Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 13. Π. Casser. Pent. Tab. 1. org. tact. Fig. 3. CCDDD. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 1. D DDD. & Fig. 2. BBBB. Bidloo Tab. LXXXIII. G. & Tab. LXXXIV. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 1. & 2. 172.

c Cowp.

mediam plantam procedit ad digitorum initia. Oritur [c] autem à tubere calcanei, quod calcem efficit. Lataque est ab ortu, inde primum paullo angustior, mox latescens magis magisque, tum pollicem versus, tum minimum. Est & crassa, tensaque, & tanquam in fasciculos distincta, qui per plantae longitudinem porrecti. Ubi ad capita priora metatarsi appropinquat, findit se in portiones quinque [d], quot capita, ad quae pertinent. Insignior latiorque, quae ad pollicem: angustiores proximae duae: exiliores, quae supersunt: passimque cohaerent fibris transversis. Ipsa cohaeret ab una parte cum aponeurosi, quae tegit *Abductorem pollicis; ab altera cum illa*, quae minimi: & qua cohaeret, interserit portionem, *hic Abductori minimi*, & Flexori brevi digitorum, capitique Flexoris longi in planta sito; ibi Abductori pollicis & Flexori brevi digitorum. Eundem autem utilitatis fructum nobis in pede praebet, quem in manu aponeurosis respondens. Atque mox supra eam Flexor brevis digitorum pedis, qui primum quoque, ut Extensor, sed diutius, simplex, post quadripartitus; & ad digitos quoque *pertinet*, sed *quatuor* parvos. Ab ima parte *calcanei* oritur, juxta radicem tuberis, quo calx efficitur; & à principio aliquantum cohaeret cum Abductore tum pollicis, tum minimi: ante tuber autem calcis diu adhaeret aponeurosi plantae, aut ab ea oritur; quae post ortum etiam aliquantulum

c Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXV. Fig. 2. 172-1. juxta A.

d Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 1. a.a.a.a.a.

lum per carnem ejus ab inferiore parte excurrit, ob hoc tendinosam. Recta per plantam procedit, & in ejus prope medio partitur se, unde portiones divergunt, rectaque petunt digitos, qui dicti sunt. Quo procedit longius, eo latior fit, & crassior; à primo angustus, tenuis, tendinosus; indeque à superiore parte diu tendinosus. Gracilescunt caudae ejus, ac singulae in singulum tendinem [e] abeunt, à superiore parte plerumque primum incipientem, rotundulum, non valde crassum. Ut vero digitus quintus minimus est, sic tendo ab eum pertinens, gracilior: post hunc crassior, qui ad tertium; crassissimi primi duo. Eademque ratio caudarum, à quibus producuntur. Extremis suis se habent ut in manu Sublimis tendines: respondet decursus per inferiorem digitorum partem ad medium os secundi ordinis: respondent fissurae [f], pertransire sinentes Flexoris longi tendines; respondet divisionis nota: respondent caudae extremae, insertae tuberculis, quae sunt in inferiore parte utriusque marginis ossis secundi ordinis, ante caput ejus primum: respondet figura, & crassitudinis, latitudinisque ratio: respondent tendineae chordulae à marginibus ossis primi ordinis pertinentes ad hos tendines, ubi primum fissi: respondet membrana tendinosa, quam tendines accipiunt ab ossis primi ordinis parte illa, quae statim pone caput ejus secundum ab inferiore parte est; aliaque, quam cau-

e Bidloo Tab. LXXXV. I.

f Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. Θ. in Figura Δ. Bidloo Tab. LXXXV. I. & Tab. LXXXVI. Fig. I. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 185. & Tab. LXV. Fig. 2. 185.

a Eu-

dae extremae accipiunt à secundi ordinis parte ima, mox ante caput ejus primum : respondent vaginae, quibus quisque eorum obductus. Ita & flectit ossa secundi ordinis, primique; utraque deorsum. Praeterea videri potest posse in terram nonnihil curvare plantam.

Est *Primus pedis digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Primus musculus pedis digitis inserviens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Brevis Digitûmflexor, sive Pedieus internus, vel Pternodactyleus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 44. *Flexor secundi internodii* digitorum, *Perforatus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 26. *Perforatus*, Cowper Myot. Cap. 36. *Perforatus seu Flexor sublimis*, Dougl. Myogr. Cap. 43. *Le court Flechisseur commun des orteils, ou le Perforé du pied*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 626. & seq. & 1143.

CAPUT CCXX.

De Abductore pollicis pedis [a].

Pollicem à reliquis digitis abducit, ex quo nomen invenit, Abductor pollicis; qui tamen eodem tempore os primum pollicis, quod proprie abducit, etiam

a Eustach. Tab xxxv. Q. Vesal. Fpit. Fig. musc. I. c. dext. & de H. C. F. Lib. II. Tab. 2. 7. & Tab. 13. e. Casser. Pent. Tab. I. org. tact. Fig. 3. FE. & Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 2. EFF. Bidloo Tab. LXXXIII. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 182.

b Eu-

etiam deorsum flectit. Ne quis vero, qui suum nullo modo abducere pollicem potest, ut plerique non possunt, miretur Abductorem pollici adscribi: diuturna enim calceorum compressio, impediens abductionem, efficit tandem, in eam partem pollicem moveri amplius non posse, ut certe potest ineunte aetate, ante calceorum usum. Nec aliam, quam quae dicta in principio, esse functionem hujus musculi, in junioribus manifestum est, & satis declarat & locus unde oritur, & is cui inseritur, atque etiam decursus. Locus unde oritur, est inprimis [b] radix tuberis calcanei, quo is calcem efficit, ejusque ab interno latere pars inferior; dein & ligamentum, quod illi calcanei parti, qua sustinetur cervix tali, ab inferiore parte adnexum, continet tendinem Flexoris longi pollicis: aliquando locus ille ligamentum quoddam est, à ligamento, quod paullo ante diximus, deductum ad latus calcis. Is cui inseritur [c], est interior & eadem inferior pars capitis, quo os primum pollicis incipit. Decurrit recta ab ortu ad finem, aponeurosi extrinsecus convestitus. Est vero biceps: pars enim quae à calcaneo oritur, distincta est ab illa, quae à ligamento Flexoris tendinem continente. Illa praecipua, primo tendinea, tenuior, angustior; sensim inde nonnihil crassior & latior; atque à superiore parte insigniter, diuque tendinosa: haec à principio bicornis, id est, incipiens duabus partibus, & iis tendineis, latis, tenuibus, mox

b Eustach. Tab. xxxv. Q-s. c Eustach. Tab. xxxv. Q-γ.

d Eu-

mox carneis, conjunctiſque. Poſt capitum conjunctionem venter primo modice intumeſcere pergit, deinde gracileſcit inſigniter. In itinere tendinem [d] à ſuperiore parte ſua, itemque ab ea, qua plantam ſpectat, producit; quem ſenſim auget caro ad eum à parte pedis alterius accedens, donec ventum ſit circa caput ſecundum oſſis metatarſi primi: planior is eſt, craſſus, longus, & antequam ſe inſerat, capſae articuli pollicis cum metatarſo ſuo, quam praeterit, pertinaciter adnexus. Eique, maxime à ſuperiore parte, tum & ab illa, quae ſpectat latus externum pedis, adjungit ſe caro Flexoris brevis pollicis. Functioni ejus adde, *quod fortaſſe pedem extremum in interiora ſimul & inferiora curvare nonnihil queat.*

Eſt *Decimuſoctavus pedis digitos moventium*, Veſal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Secundus pedis muſculus digitis inſerviens pollicem ab aliis digitis deducens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Parvus muſculus ad latus policis*, Fallopp. Obſ. an. poſt pedem moventes. *Pollicem adducens*, Caſſer. Pentaeſth. Lib. I. Tab. 1. org. tact. Fig. 3. Declarat. E. *Abductor pollicis*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 45. *Pollicem adducens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 28. *Abductor pollicis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 35. *Abductor*, Dougl. Myogr. Cap. 44. *Abductor pollicis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 35. Pars ejus, qui *le Thenar*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 611. & ſeq. & 1139.

C A-

[d] Euſtach. Tab. xxxv. Q-β. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 181. C.

a Eu-

CAPUT CCXXI.

De Abductore digiti minimi pedis [a].

Hujus etiam functio ob eandem, quam superiore capite memoravimus, compressionem, in provectioribus raro apparet, tributus nobis ad digiti *minimi* articulum cum metatarso sic flectendum, ut abducatur digitus ille à reliquis, ac simul flectatur in terram: videtur autem etiam in inferiora nonnihil curvare plantam. Exteriori pedis parti, ut praecedens interiori, adjacens, ab eodem calcanei tubere oritur [b], ab exteriore parte tota radicis ejus. Tectus autem & ab ima parte, & ab externo latere, aponeurosi insigni, quae cum eo oritur, post sensim extenuata. Ipse angustat se sensim, à primo latior: sensimque ex tenuiore crassior fit primo, dein rursus tenuior. Sed mox portionem [c] ab exteriore parte sui dimittit, & ipsam sensim graciliorem, brevem, in fine tendineam; eamque inserit [d] posticae parti tuberis magni & inaequabilis, quod è capite primo ossis metatarsi quinti in externum pedis latus eminet. Haec tamen portio saepe quasi tota tendinea est, plana, sensim se extenuans, angustansque; & maximam partem nil

a Eustach. Tab. xxxvi. A. Vesal. Epit. Fig. musc. II. ζ. dext. de H. C. F. Lib. II. Tab. 9. λ. & Tab. 13. ε. Cass. Pent. Tab. I. org. tact. Fig. 3. I. & Cass. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 2. GGHH. & Fig. 3. II. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. B. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 188.

b Eustach. Tab. xxxvi. A-α.

c Eustach. Tab. xxxvi. A-β. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 3. IL.

d Eustach. Tab. xxxvi. A-β.

e Eu-

nisi procurrens aponeurosis, qua tectum hunc musculum diximus; quae ibi etiam ad postremum & per carnem ejusdem musculi evanescere sensim solet, & ab interno latere portiones proximis dare musculis, ut Flexori brevi digiti minimi, Interosseo ejusdem, & Transverso pedis. Post hanc portionem Abductor procurrit [e], porro gracilescens; proceditque primum sub capite primo ossis metatarsi quinti, ob hoc ipsum ea parte sinuato; dein secundum latus externum ossis ejusdem; pertingitque [f] ad externam partem radicis capitis primi ossis primi digiti minimi, verum tendine [g], quem cito efformat, quemque auget, *carne sua ad exteriorem partem ejus fere ad finem usque accedens.* A cujus tendinis extremo aponeurosis tenuis abscedit, pertinens [h] ad Extensoris longi tendinem, qui digiti minimi est. Aliis jam cito, antequam ad metatarsum venerit, in totum tendo fit, planus, crassus, eodem modo decurrens, desinensque.

Est *Decimus septimus pedis digitos moventium*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Tertius musculus digitis pedis inserviens*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Parvus musculus ad latus minimi*, Fallopp. Obs. an. post pedem moventes. *Musculus minimo digito abducendo dicatus*, Casser. Pentaesth. Lib. I. Tab. 1. org. tact. Fig. 3.

e Eustach. Tab. XXXVI. A-γ.
f Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. B.
g Eustach. Tab. XXXV. A-∂. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. B. Cowper Myot ann. 1724. Tab. LXIV. 188. L.
h Eustach. Tab. XXXVI. A-∂.

a Vesal.

3. Declar. I. *Abductor minimi digiti*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 45. *Minimum abducens*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 28. *Abductor minimi digiti*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 36. *Abductor*, Dougl. Myogr. Cap. 45. *Abductor minimi digiti*, Cowp. Myot. ann. 1724. Cap. 36. *Le Metatarsien*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 647. & 1147. una cum eo, qui *le grand Parathenar*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 648. & seq. & 1149. & seq.

CAPUT CCXXII.

De Lumbricalibus pedis a.

Hi respondent Lumbricalibus manus: & fere toti totis. Par est in universum origo [b] à tendinibus Flexoris longi digitorum pedis, similis figura, idem ad digitos decursus, gemina tendinis [c] productio, qui & de caetero maxime similes. Verum in ortu, sineque, differentia quaedam. Primus oritur partim ab initio illius tendinis Flexoris longi, qui ad primum digitorum minorum pertinet; partim à tendine, qui à Flexore pollicis longo ad illum primi accedit: secundus & tertius ex angulo quidem tendinum, ille primi & secundi digitorum minorum,

a Vesal. de H. C. F. Lib. II. Tab. 14. μ. &c. Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 3. F. F. F. F. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 187. & Tab. LXV. Fig. 2. 10. 10. 10.

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 187.

c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 3. G. G. G. G. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIII. 187. h. h. h. h.

d Casser.

hic secundi & tertii ; sed ille maxime à tendine primi , hic secundi : quartus ab externo latere solius tertii tendinis , ubi ab eo primum secedit tendo quartus ; aliquando autem gracilis tendo à Flexore longo digitorum abscedens , abiit in hunc quartum Lumbricalem : quartus & portionem accipere [d] ab ejusdem Flexoris capite in planta sito solet ; sicuti & aliquando accipiunt reliqui [d] : & qua à tendinibus illis oriuntur , aliquantum in superficie tendinosi sunt. Tendo eorum juxta radices digitorum se affigit tuberculo ossis primi ordinis , quod est in inferiore parte lateris capitis ejus primi ; tenuioremque aponeurosem , eamque ex angusta latescentem , adjungit tendini Extensoris longi digitorum. Caeterum agendi ratione respondent illis manus.

Sunt 19 , 20 , 21 , 22 , *pedis digitos moventium* , Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Quatuor musculi pedis digitis inservientes* , Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Extremi quatuor musculi , quos inter motores digitorum pedis descripsit Vesalius* , Fallopp. Obs. an. post pedem moventes. *Lumbricales* , Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 44. *Flexores quatuor primi internodii* , *Lumbricales* , Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 26. *Lumbricales* , Cowper Myot. Cap. 36. Dougl. Myogr. Cap. 43. Morgagn. Adv. an. II. Anim. 20. *Les Lumbricaux des orteils* , Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 637. & seq. & 1145.

C A-

[d] Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 1. O. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 1. 6.

a Casser.

CAPUT CCXXIII.

De Flexore brevi pollicis pedis [a].

Flexor pollicis brevis ad hunc se habet modum. Caput non valde longum, à primo tendineum, tenue, latum satis; post carneum, sed à superiore tamen parte aliquandiu tendinosum, sensim crassius & latius, cito autem abeuns in caudas duas, circa plantae longitudinis medium incipit, & ab ima quidem parte ossis cuneiformis tertii, qua illa non longe à naviculari protuberans est; accipitque partem tendineam insignem à tendine *Tibialis* postici, & *nonnunquam etiam* aliam ab illa propagine aponeurosis imae plantae, quae interserta Abductori pollicis & Flexori brevi digitorum: idemque interdum etiam oritur à priore parte eminentiae, quae in cubiformis imo, qua illa non multum distat à cuneiformi tertio; aliquando & à ligamentis, à cuneiformi tertio ad cubiforme deductis; aliquando à ligamento insigni, quod à calcaneo pertinet ad cubiforme. Caudae sensim graciliores, *paullatim*, verum modice, divergentes, ad postremum ab *inferiore* parte *primum* tendinosae, dein ipso fine fere totae tendineae, extenuataeque. Totus recta procedit ad pollicis initium, caudaeque praecipue inserit ossibus sesamoïdeis [b], quae apposita ad articulum pollicis cum metatarso: alteram inter-

a Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 1. D E. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. A C C. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 180. b Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 180. E E. sed obscure.

c Casser.

no, (sic vocatur, quod respicit pedem alterum) inferiori eidemque alterum pedem spectanti parti ejus; atque etiam proximae parti capitis primi ossis primi pollicis: alteram sesamoïdei alterius parti posteriori. Pertinacissime autem connexae sunt cum capsa articulum pollicis cum metatarso continente, qua secundum eam incedunt: illaque quae spectat pedem alterum, se ante finem suum conjungit in unum cum Abductore pollicis [c], carne sua accedens ad superiorem partem tendinis ejus; altera cum ejusdem Adductore, antequam cum eo se conjungat, ab illa parte, qua ei adjacet, tendinosa. Hujus actione proprie quidem retrorsum trahuntur *ossa sesamoïdea*, *sed cum haec* ad primum pollicis os alligata sint, sequitur *hoc illa*, flectiturque deorsum. Modice quoque dimovere posse videtur commissuras, quae inter ortum ejus finemque mediae.

Vide *Musculos primos articulos flectentes*, *qui tertium musculum in numero succedunt*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Decem musculos singulis digitis pedis binos inservientes*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Parvos musculos*, *quorum quatuor collocantur in planta*, Fallopp. Obs. an. post pedem moventes. An *Adducens pollicem*, *ossi pedii maximo intus attensus*, Sylv. Isag. Lib. II. Cap. 7 ? *Musculus flexioni pollicis consecratus*, Casser. Pentaesth. Lib. I. Tab. 1. org. tact. Fig. 3. Declar. K. *Interosseus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap.

c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 2. ad FF.

a Casser.

Cap. 28. *Flexor pollicis brevis*, Cowp. Myot. Cap. 35. *Flexor brevis*, Dougl. Myogr. Cap. 44. Pars ejus, qui *le Thenar*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 611. & seq. & 1139. una cum parte ejus, qui *l'Antithenar*, ibid. §. 615. & seq. & 1140.

CAPUT CCXXIV.

De Adductore pollicis pedis [a].

Proximus praecedenti Adductor à multis partibus partito in portiones aliquot principio oritur, quo dicetur ordine: à tuberculo, quod in ima parte ossis metatarsi quarti, juxta radicem capitis ejus primi: parte inferiore fere tota capitis primi ossis metatarsi tertii, & interdum etiam proxima secundi: priore parte vaginae Peronei longi tendinem in planta continentis, (quae est pars ligamenti à calcaneo per plantam usque ad metatarsum pertinentis) pone ortum à partibus modo dictis: tendine quodam Peronei longi, sed non semper, ut supra retulimus. Subtendineus est qua ab ossibus oritur, praecipuaque portio, quae ab osse tertio metatarsi: tendinosus, qua à vagina Peronei: aliquandiu tendinosus, qua exit è tendine Peronei. Porrectus inde ad pollicis initium, sensim angustior fit, & primo crassior, post tenuior, ad postremum gracilis, in fine tendineus: primumque ab inferiore parte sua tendineam naturam non longe

à

a Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 1. C. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. D. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 181.

b Cowp.

à fine suo assumere incipit. Extremo se suo conjungit cum Flexore pollicis brevi, & cum Transverso pedis : inserit autem posteriori & eidem inferiori & digitum secundum spectanti parti ossis sesamoïdei [b] pollicis, quod è duobus ejus vicinius digito secundo ; ulteriusque per inferiora ejusdem sesamoïdei procurrit, ac post confluit in unum cum ligamento, quo sesamoïdeum illud ossi primo pollicis alligatum, cum eoque pergit ad inferiorem partem illius lateris capitis primi, quod modo diximus ossis, quo id digitum secundum respicit, non multum ultra primum illius capitis marginem : aliquando non sesamoïdeo, sed soli *pollicis primo ; quod deorsum flectit*, & oblique simul digitum secundum versus. *Os quoque metatarsi* pollicis deorsum simul & extrorsum flectere videtur, sed modo perparum.

Vide *Musculos primos articulos flectentes, qui tertium musculum in numero succedunt*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Decem musculos singulis digitis pedis binos inservientes*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Parvos musculos, quorum quatuor collocantur in planta*, Fallopp. Obs. an. post pedem moventes. An huc pertinent *Musculi in pedio ab ipsius ossibus orti*, Sylv. Isag. Lib. II. Cap. 7 ? Est *Alius musculus transversus*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 45. aut pars ejus. *Interosseus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 28. *Interosseus ad indicem pertingens*, Bucret. Expl. Tab. Casser. ap.

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 181. C. sed obscurius.

a Casser.

ap. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Tab. XLIII. Fig. 1. C. *Adductor pollicis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 35. *Adductor*, Dougl. Myogr. Cap. 44. *Adductor pollicis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 35. Pars ejus, qui *l'Antithenar*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 615. & seq. & 1140.

CAPUT CCXXV.

De Transverso pedis [a].

Cum caeteri in planta siti omnes per ejus longitudinem incedant, hic solus fere per transversum, secundum condylos metatarsi. Alias nascentem vidi è capsis, quibus continetur articulus digiti quinti cum metatarso, illeque quarti, qua plantam hae capsae respiciunt: alias lata tendinea tenuitate partim orientem ab osse metatarsi quinto, mox pone caput ejus prius; partim exeuntem è propagine aponeurosis plantae, quae ibidem inserta ossi eidem: alias & portionem accipientem ab aponeurosi, qua contectus Abductor minimi. Inveni in fine conjunctum cum Adductore pollicis, atque eidem etiam, cui ille, ossi sesamoïdeo, eidemque parti ejus, cumque eo ipso Adductore affixum. In aliis conjunctum cum ligamento, quod à sesamoïdeo illo pertinet ad os primum pollicis, cum eoque insertum. Latius ei principium, & praetenue, ac tendinosum: sensim con-

a Casser. Tab. ap. Spigel. Lib IV. Tab. 43. Fig. 1. IKL. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. E. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 189. a Casser.

trahit se in angustum, primo sensim crassior, dein tenuior: tenuiorque: extremum est tendo gracilis, à cujus superiore parte vidi tenuem abscedentem aponeurosem, adjungentem se capsae articuli pollicis cum suo osse metatarsi. Priorem illam plantae partem, per quam incedit, facit ex transverso in terram concavam, pollicem ad digitos postremos, atque hos vicissim ad illum attrahens.

Est *Novus* musculus: *Julius Placentinus Patavinus Chir. & Anat. insignis primus de hoc ad nos scripsit*, Bauhin. Anat. corp. vir. & mul. hist. p. 205. *Decimus tertius digitorum pedis*, Bauhin. Theat. an. Lib. IV. Cap. 34. *Musculus transversus*, Riolan. Anthr. *Lib. V. Cap. 45. Transversalis* Casserii, Bucret. Expl. Casser. Tab. ap. Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Tab. XLIII. Fig. 1. IKL. *Transversalis pedis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 36. *Transversalis pedis Jul. Cass. Placent.* Dougl. Myogr. Cap. 46. *Transversalis*, Morgagn. Adv. an. II. Anim. 20. *Transversalis pedis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 36. *Le Transversal des orteils*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 640. & seq. & 1146.

CAPUT CCXXVI.

De Flexore brevi digiti minimi pedis [a].

Flexorem brevem proprium digito minimo dedit natura, qualem negavit reliquis parvis. Flectit autem

a Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 42. Fig. 3. H. infer. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 2. A. prima ab externo latere pedis. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 190.

b Cowp.

autem primum ejus os, & quidem deorsum. Ad quod procedit à media inferiore parte radicis capitis primi ossis metatarsi quinti, & ab ejusdem ossis margine externo, spectante inferiora: pars quoque abscedit à vagina, quae tendinem Peronei longi in planta continet; à qua aliquando totus: aliquando non ab ea, sed ab illa aponeurosi, qua diximus vestitum Abductorem minimi. Nec eodem deinde se semper habet modo, nisi quod à principio fere tendineus sit qua ab osse oritur, caeterum plane tendineus; carneus inde, diu tamen tendinosus qua adjacet ossi metatarsi; sensim crassior. Plerumque autem findit se in partes duas, quarum altera insignior est, primumque paullatim increscit, post decrescit, abitque in extremum tendineum [b], ab exteriore parte citius incipiens, quod capsae articulum digiti minimi cum metatarso complectenti, juxta quam procedit, pertinaciter adnectit, posteaque inserit imae parti capitis primi ossis primi: altera minor, tenuior, latior quam crassior, vergit aliquantum extrorsum, & tenui se fine per latum digitum inserit exteriori margini amplitudinis inferioris ossis metatarsi quinti, mox pone caput ejus prius.

Vide *Musculos primos articulos flectentes, qui tertium musculum in numero succedunt*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Decem musculos singulis digitis pedis binos inservientes*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Parvos*

b Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXIV. 190. juxta M.

a Casser.

vos musculos, quorum quatuor collocantur in planta, Falloppp. Obs. an. post pedem moventes. Est *Musculus minimum digitum extrorsum inflectens*, Casser. Pentaesth. Lib. I. Tab. 1. org. tact. Fig. 3. Declar. G. *Interosseus*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 28. *Flexor primi ossis minimi digiti*, Cowp. Myot. ann. 1694. Cap. 36. post Transversalem pedis. *Flexor primi internodii minimi digiti*, Dougl. Myogr. Cap. 45. *Flexor primi internodii minimi digiti proprius*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 36. *Le petit Parathenar*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 650. & seq. & 1149. & seq.

CAPUT CCXXVII.

De Interosseis internis pedis.

Ex septem pedis Interosseis tres interni sunt, nisi quis appellare malit inferiores: quatuor externi, ex eo, quod extrinsecus etiam in pedis dorso appareant, appellati; qui superiores dici possent. De internis est hoc capite agendum, qui sunt primus, id est, à parte pollicis locatus, digiti tertii [a], primusque quarti [b], idemque quinti [c]. Eorum magna unitas, similis

a Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 2. C. tertii: & Fig. 3. F. tertii. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 3. A. tertii in situ. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 2. 191: & Tab. LXIV. 191. *medii digiti* alter.

b Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 2. C. quarti: & Fig. 3. F. quarti. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 3. A. quarti in situ. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 2. 191: & Tab. LXIV. 191. *medii proximi* alter.

c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 2. C. quinti: & Fig. 3. F. quinti. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 3. A. quinti in situ. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 2. 191: & Tab. LXIV. 191. *minimi digiti* alter.

a Cas-

milis oriendi modus, similis venter, finis, decursus, actio. A primo autem initio tenues, angusti, tendinosi; post sensim crassiores & latiores, dein sensim graciliores: & jam cito ab eadem omnes parte tendinem inchoant, id est, ab ea, quam pollicis metatarso obvertunt. Tendo omnibus satis longus, planus. Omnes à metatarso in priora procedunt ad initia digitorum, ubi quisque ad sui digiti os primum desinit, ad illud latus capitis ejus primi, quo id pollicem spectat; & ad ejus quidem lateris partem inferiorem, proxime finem Lumbricalis: & dum tendine suo praetereunt capsas articulorum cum metatarso, cum iis eum connectunt quam pertinacissime. Dant etiam aponeurosem antequam finiant, quae se cum illa Lumbricalis conjungit, & adjungit Extensorum tendini. Oritur autem primus tertii à posteriore parte marginis inferioris illius lateris ossis metatarsi tertii, quo respicit pollicem: primus quarti ab eadem parte ossis quarti: ille quinti, ab eadem quinti. Primum praeterea duorum posteriorum initium est à vagina, per quam tendo Peronei longi in planta decurrit: illius etiam, qui est minimi, interdum praeterea ab aponeurosi, vestiente minimi illius Abductorem: & primus etiam quarti aliquando insuper accepit portionem à propagine aponeurosis, quae per ima plantae porrecta. Digitos flectunt pollicem versus simulque aliquantum in inferiora: flectunt autem articulum eorum cum metatarso.

Vide *Musculos primos articulos flectentes, qui tertium*

musculum in numero succedunt, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Decem musculos singulis digitis pedis binos inservientes*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. *Parvos musculos, quorum quatuor collocantur in planta*, Fallopp. Obs. anat. post pedem moventes. Sunt *Interossei interni*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 44. *Interossei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 28. *Interossei pedis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 36. *Interossei*, Dougl. Myogr. Cap. 43. *Interossei pedis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 36. *Les Interosseux inferieurs du pied*, Winsl. Exp. an. Trait. des muscl. §. 643. 646. & 1146.

CAPUT CCXXVIII.

De Interossei externis pedis.

Externi sunt primus secundi digiti [a], secundus ejusdem [b], secundus tertii [c], secundus quarti [d]. Quorum

a Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 2. D. super. digiti secundi: & Fig. 3. F. secundi: & Tab. 39. Fig. 3. I. prima à pollice. Bidloo Tab. LXXXII. *primus à pollice*. Cowp. Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 2. 191: & Tab. LXIV. 191. *pollici proximi* alter.

b Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 2. D. infer. secundi: & Fig. 3. G. secundi: & Tab. 39. Fig. 3. I. secunda à pollice. Bidloo Tab. LXXXII. secundus à pollice. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 2. 191: & Tab. LXIV. 191. *pollici proximi* alter.

c Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 2. D. tertii: & Fig. 3. G. tertii: & Tab. 39. Fig. 3. I. tertia à pollice. Bidloo Tab. LXXXVI. Fig. 3. A. tertii extra situm: & Tab. LXXXII. *tertius à pollice*. Cowper Myot. ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 2. 191: & Tab. LXIV. 191. *medii digiti* alter.

d Casser. Tab. ap. Spigel. Lib. IV. Tab. 43. Fig. 2. D. quarti: & Fig. 3. G. quarti: & Tab. 39. Fig. 3. I. quarta à pollice. Bidl. Tab. LXXXVI. Fig. 3. A. quarti extra situm: & Tab. LXXXII. quartus à pollice. Cowp. Myot ann. 1724. Tab. LXVI. Fig. 2. 191: & Tab. LXIV. 191. *medio proximi* alter.

e Ut

Quorum tres posteriores inter se similes sunt, similesque externorum manus, bicipites, oriens quisque à duobus [c] metatarsi ossibus, capitum altero, & eo praecipuo, satis similes internis Interosseis, alterum habentes tenue planiusque, utrumque ab initio subtendineum, capitumque suorum fibras conjungentes ad angulos acutos [e], procedentesque ad digitos, abeuntesque in tendinem. Tendines autem similes tendinum Interosseorum internorum pedis, sed crassiores & latiores, caeterum eodem modo digitis inserti, sed ab altero latere, hoc est, minimum spectante, in eoque parti eidem atque ab altero latere interni, pertinaciſſime quoque capsis articulos digitorum cum metatarso continentibus adnexi, dum juxta eas incedunt. Crassius caput secundi digiti secundi, oritur à plusquam dimidia posteriore parte medii lateris ossis metatarsi tertii, quo respicit secundum: tenuius, à posteriore parte lateris ossis metatarsi secundi, quo tertium respicit, & quidem ab inferiore margine eminentiae oblongae, quae per latus illud porrecta. Crassius secundi digiti tertii, ab inferiore parte radicis capitis primi ossis metatarsi quarti, continuoque inde fere à plusquam dimidia parte longitudinis lateris, quo os illud respicit tertium: tenuius à posteriore parte marginis inferioris lateris ossis metatarsi tertii, quarto obversi. Crassius secundi digiti quarti, à plusquam dimidia posteriore parte lateris ossis metatarsi quinti, quod est è regione quarti: tenuius à posteriore parte marginis inferioris ossis metatarsi quarti, quo respi-

e Ut Bidloo Tab. LXXXII. secundus à pollice.

respicit quintum. Ad haec fit, ut secundus digiti tertii accipiat portionem à propagine aponeurosis, quae in plantae imo: & ut secundus quarti primo initio à vagina Peronei longi abscedat; & accipiat portionem ab aponeurosi, quae investit Abductorem minimi. Primus digiti secundi à superioribus hoc differt, quod persimilis sit internorum pedis, & à solo metatarsi secundo osse oriatur, à posteriore plus quam dimidia parte illius lateris, quo primum spectat; ac praeterea à principio accipiat tenuem tendineam portionem à Peronei longi tendine; inque tendinem abeat, ut interni; eorumque ad exemplum, eidem etiam *ossis primi digiti secundi parti*, se juxta Lumbricalem inserat; & ante finem quoque *det* aponeurosem, qualem interni, eodem se modo adjungentem Extensorum tendini. Atque hic digitum secundum flectit pollicem versus, simulque deorsum, ut interni pedis: tres autem reliqui suum quisque digitum pari quidem modo deorsum flectunt, sed simul à pollice abducunt.

Vide *Musculos primos articulos flectentes, qui tertium musculum in numero succedunt*, Vesal. de H. C. F. Lib. II. Cap. 60. *Decem musculos singulis digitis pedum binos inservientes*, Columb. de re an. Lib. V. Cap. 31. Sunt *Parvi musculi, quorum quatuor collocantur inter media ossa pedii*, Fallopp. Obs. an. post pedem moventes. *Interossei externi*, Riolan. Anthr. Lib. V. Cap. 44. *Interossei*, Spigel. de H. C. F. Lib. IV. Cap. 28. *Interossei pedis*, Cowper Myot. ann. 1694. Cap. 36. *Interossei*,

teroſſei, Dougl. Myogr. Cap. 43. *Interoſſei pedis*, Cowper Myot. ann. 1724. Cap. 36. *Les Interoſſeux ſuperieurs du pied*, Winſl. Exp. an. Trait. des muſcl. §. 643. 644. 645. & 1146.

CAPUT CCXXIX.

De vaginis tendineis artuum.

Haec poſtquam tractavimus, poteſt videri neceſſarium quaedam de vaginis tendineis artuum, quae muſculos complectuntur, addere; quoniam ea, quae de iis memoravimus, per plura capita diſperſa ſunt, & quaedam etiam *in tranſcurſu tantum attigimus*. Itaque diſperſa colligemus, obitèrque indicata exponemus paullo plenius, & cum cura quidem, ſed tamen breviter & ſummatim: neque enim putamus neceſſe eſſe, ut haec diligentiore ſubtilitate exigamus.

Scapulae incumbentes muſculos extrinſecus ſub communibus corporis totius integumentis veſtit aponeuroſis tenuis, contegens Deltoïdem, nudamque partem *Infraſpinati*, & Teretis minoris: & inter eos quoque propagines immittit, quibus reliqua eorum obducta. Similis ab interiore parte ſcapulae veſtit Subſcapularem, Teretem minorem, majoriſque partem interiorem una cum tendine Latiſſimi dorſi: pariterque propagines inter eos immittit. Conjunctae autem circa brachium, vaginam efformant, quae brachium ad cubitum uſque circumcirca complectitur, partemque accipit ab inferiore parte tendinis Latiſſimi

dorsi, itemque à Pectoralis, & Serrati antici, qua secundum axillam decurrunt. Haec quoque propagines interserit musculis ossi humeri circumpositis. Procurritque ad cubitum, ubi rursus portiones accipit, à Bicipite brachii, Brachiali interno, tendine Tricipitis brachii, ut in illis annotavimus. Vestitque in cubito tum vaginam tendineam, quam producit commune caput tendineum, quod à condylo priore ossis humeri oritur; descriptam in Extensore communi digitorum manus: tum illam, quam simile caput, quod à condylo posteriore, una cum aponeurosi, quae à posteriore parte olecrani, spinaque ulnae oritur; de qua *vagina in Ulnari interno dictum*: tum musculos, qui inter fines duarum illarum vaginarum *in interiore* parte cubiti nudi ab iis; atque ibi etiam tenues propagines eis interserit, nempe Pronatori tereti & Supinatori longo, huic & Radiali externo longiori, huic & breviori; ac deinde etiam intus illis musculis, qui in exteriore parte cubiti siti sunt. Quin etiam infra à cubito per dorsum manus, digitorumque procurrit tenuis aponeurosis, quae quadam vaginularum facie complectitur *tendines*.

In pede primum vagina natis atque femoris, de qua in illo capite, quod de Gluteo magno scripsimus. Haec à femore ad crus decurrit, augeturque portionibus, à Bicipite cruris, Vasto interno, Sartorio, Gracili, Semitendinoso, ut in eorum historia legi potuit. Se autem partim adjungit exteriori parti vaginae crassae, quam externam cruris partem ambire diximus in Peroneo longo: de caetero ambit posterio-

ra,

ra, atque interiora cruris, adhaerens tibiae lateri interno, juxta spinam ejus priorem. Quaedam praeterea aponeurosis subjecta Soleo tendinique achillis, convestitque Flexorem pollicis longum, Tibialem posticum, Flexorem longum digitorum; propagineſque inter eos immittit: atque ita aliquando se implicat eis, ut ex parte accedat ad Flexorem digitorum, & Tibialem posticum. Per dorsum quoque pedis extremi aponeurosis excurrit, qualis per dorsum manus.

CAPUT CCXXX.

Icones, earumque Explanationes.

Auderemne musculorum icones quasdam novas hic adjicere, posteaquam iis tantummodo, quae exstent, usurum me scripsi, etiamnum dubitarem, nisi jam ad eas te, Lector, in hoc libro subinde relegassem, praestetque, cum alterutro modo peccandum mihi sit, adjiciendo peccare, quam omittendo. Indicaturus icones exstantes eorum musculorum, qui in manu siti sunt, tam multum in iis desiderari animadvertebam, ut tunc putaverim, eas saltem, quas de illis musculis paratas habebam, esse addendas; eoque animo mentionem earum fecerim, ubicumque res poscebat. Neque poteram opportunius mei periculum in his facere. Ego quidem sic existimo, eos, qui icones proferre suscipiunt, debere primum omnia quam exquisitissime eruere, ac deinde nulla ex parte, neque in figura, neque in situ, neque in cohae-

sione depravata exhibere ordine idoneo, iconibus certis & perspicuis: plus autem praestare, si simul addere iconibus possint artificium & elegantiam, tum quod attineat ad finientes lineas rerum, tum quod ad umbras, tum quod ad naturam, habitumque cujusque partis. Quod quidem hisce, quas do, videor esse consecutus. Si tibi quoque videbor, non poenitebit me curae, quam posui tum in eruendo, tum in disponendo, tum in ducenda manu artificis: tuque habe *Joanni Wandelaar*, artifici, cui in hoc genere nulla aetas parem tulit, quam meritus est, gratiam; ejus quippe consecutus sum peritia, manu, attentione, patientia. *Exhibeo autem manus icones quatuor*, easque naturalis magnitudinis, *ductas ex viro*, *cui* partes non modo secundum naturam formatae erant, sed etiam pulchriores, quam quales esse solent: atque in iis eos tantum musculos, qui proprie in manu siti; extremaque aliquot tendinum è cubito venientium, ac Lumbricalium. Earum tres primae sunt interioris manus partis, quarta exterioris. In prima demti tendines Sublimis, Profundi cum Lumbricalibus, Flexoris pollicis *longi*, *Radialis interni*, *Extensorum* pollicis, praeter extrema aliquot eorum: in secunda praeterea Abductor brevis pollicis, Flexor ejusdem brevis, Adductorque, Flexor parvus minimi, Abductor ejusdem, extremi tendines Extensorum pollicis, illeque Lumbricalis primi, ac ligamenta, quibus tendines Sublimis & Profundi in digito obducti: in tertia praeterea Opponens pollicis, Adductor metacarpi minimi, ligamentum carpi interius, ligamentum ab os-

se

se subrotundo ad metacarpi quartum deductum, Abductor indicis, Interosseus posterior indicis, prior tertii cum tendine Lumbricalis, tendo Profundi per digitum tertium decurrens. In quarta demti tendines Extensorum pollicis, digitorum communis, proprii digiti minimi, Indicatoris, omnes truncati juxta pollicem digitosque. Neque minor cura fuit ossa, ubicunque appareant, quam musculos exprimere, efficereque, ut nihil in totis iconibus sit obscuri, aut dubii. Cuique autem iconi linearem addidi, cui notas inscripsi; quo cavere volui, ne ipsae icones notis illis necessariis oppressae, elegantiae suae multum amitterent; simulque efficere, ut notae facilius invenirentur, nullis obscuratae umbris; & ipsae notabiliores partes, solis extremis lineis in linearibus iconibus definitae, apparerent manifestius. Sequuntur icones ipsae, earumque explanationes breves.

EXPLANATIO ICONIS I.

A *Ligamentum carpi, quod cum sinu carpi canalem efficit, qui continet, & coërcet tendines à cubito ad digitos, pollicemque procedentes, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis.*
a *hac parte ligamentum illud affixum ossi subrotundo:*
b *hac naviculari:*
c *hac multangulo majori.*
B *Canalis, per quem transit tendo Radialis interni.*
C *Abductor digiti minimi manus.*
d *origo ejus ab osse subrotundo:*
e *à ligamento carpi.*
D *Flexor parvus digiti minimi manus.*
f *origo ejus à ligamento carpi.*
g *tendo, qui ei communis cum Abductore digiti minimi.*

EE *Adductor ossis metacarpi digiti minimi, qui hic tectus Flexore parvo* D. *& Abductore* C. *sequente icone nudus.*

F *Abductor brevis pollicis manus.*

h *ejus origo à ligamento carpi.*

i *pars extremi tendinei, inserti ossi primo pollicis.*

k *tendinea tenuitas, qua conscendit dorsum pollicis, & coït cum priore parte tendinum Extensorum pollicis, porroque se per exteriora eorundem tendinum continuat simili aponeurosi Flexoris brevis pollicis.*

G *Opponens pollicis manus, qui hic tectus Abductore* F. *& Flexore* K. *sequenti icone nudus.*

H *Tendo Extensoris minoris pollicis manus, truncatus.*

I *Tendo communis Extensorum pollicis, ad ultimum pollicis os pertinens.*

KL *Flexor brevis pollicis manus.*

Km *ejus cauda prior, vel exterior.*

Ln *cauda posterior, vel interior.*

l *pars, quae oritur à ligamento carpi, ex parte tecta Abductore* F.

m *caudae prioris extremum tendinosum, insertum ossi primo pollicis. Pars ejus, quae inserta ossi sesamoideo, subjacet extremo modo dicto.*

no *caudae posterioris extremum tendinosum.*

n *pars ejus, quae inserta ossi sesamoïdeo:*

o *pars, quae ossi primo pollicis.*

M *Adductor pollicis manus, cujus partem tegit Flexor brevis* L. *partem Interosseus posterior medii* Q.

p *pars principii, quo oritur à metacarpo medii.*

N *Interosseus prior digiti auricularis, hic magnam partem tectus Adductore* EE. *nudus icone tertia.*

O *Interosseus posterior digiti annularis, & ipse tectus eodem Adductore* EE. *maximam partem nudus icone tertia.*

q *tendo ejus, quo, conjuncto cum tendine Extensoris communis digitorum, pertinet ad os tertium.*

P *Interosseus prior digiti auricularis, hic ex parte tectus Flexore* D. *nudus ab eo in icone secunda.*

Q *Interosseus posterior medii, hic tectus Interosseo* P. *& Flexore* L. *nudus icone tertia.*

r *tendo ejus, quo conjungit se cum tendine Extensoris communis digitorum,*

Iconis I.



gitorum, *pertinetque ad tertium os.*

R *Interosseus prior medii, tectus Adductore* M. *nudus icone tertia.*

S *Interosseus posterior indicis, tectus Adductore* M. *nudus icone secunda.*

s *ejus tendo, quo ad os tertium pertinet, postquam conjunxit eum cum tendine communi Extensorum indicis.*

T *Interosseus prior indicis, tectus Adductore* M. *& Abductore* V. *nudus icone tertia.*

V *Abductor indicis, tectus Adductore* M. *majorem partem nudus icone secunda.*

t *extremum ejus tendineum, quo*

u *insertus ossi primo indicis.*

W *Lumbricalis primi tendo, truncatus; qui se conjungit cum communi tendine Extensorum indicis, & dein ad os tertium pertinet.*

X *Lumbricalis secundi tendo, truncatus; qui se conjungit cum tendine Interossei* R. *cum eoque efficit*

Y *communem tendinem, ad os tertium pertinentem, postquam se conjunxit cum tendine Extensoris communis.*

Z *Lumbricalis tertii tendo, truncatus; qui se adjungit tendini Interossei* P. *unde*

Γ *communis tendo, conjungens se cum tendine Extensoris communis, & dein ad os tertium pertinens.*

Δ *Lumbricalis quarti tendo, truncatus; qui adjungit se tendini Interossei* N. *ex quo*

⊙ *tendo communis, conjungens se cum Extensoris proprii auricularis tendine, posteaque pertinens ad os tertium.*

Λ *Ligamentum, quo tendines flexorum, id est, Sublimis & Profundi, qua secundum os primi ordinis incedunt, obducti;*

αααα *utrique margini ossis primi affixum.*

ΞΞΞ *Tendo Profundi, in principio digiti truncatus; ubi & subjectus tendini Sublimis* Π.

βββ *nota quaedam divisionis.*

γ *extremum tendinis, insertum ossi tertio.*

Π *Tendo Sublimis, truncatus, atque hic tectus ligamento* Λ. *nudus ab eo in icone secunda.*

ΣΦ *caudae duae, in quas se findit Sublimis tendo, hic tectae ligamentis* Λ. *&* Ψ. *nudae ab iis in icone secunda.*

Ψ *Ligamentum, quo tendo Profundi, extremaeque caudae tendinis Subli-*

Sublimis, circa mediam longitudinem ossis secundi abducta:
ss *quod ligamentum affixum utrique ossis illius margini.*

Explanatio Iconis II.

A *Ligamentum carpi idem, quod icon.* I. A:
a *hac parte ossi subrotundo affixum:*
b *hac, processui incurvo cuneiformis:*
c *hac, naviculari:*
d *hac, multangulo majori.*
B *Canalis, per quem transit tendo Radialis interni.*
C *Ligamentum, quod ab osse subrotundo pertinet ad metacarpi manus quartum: idemque parva parte sui conspicuum icone* I:
e *hac parte affixum ossi subrotundo.*
D *Adductor ossis metacarpi digiti minimi.*
f *origo ejus à processu incurvo ossis cuneiformis:*
g *à ligamento carpi.*
hh *hac parte insertus ossi metacarpi minimi.*
E *Opponens pollicis manus.*
ii *origo ejus à ligamento carpi:*
k *ab osse multangulo majore.*
l *pars, quae nuda ab Abductore brevi pollicis, icon.* I. G.
m *extremum insertum metacarpo pollicis.*
F *Abductor indicis, ex parte tectus Opponente* E.
n *ejus extremum tendineum,*
o *insertum ossi primo indicis.*
G *Interosseus prior indicis, tectus Abductore* F. *& Opponente* E. *nudus icone tertia.*
H *Interosseus posterior indicis.*
p *origo ejus à metacarpo indicis.*
q *tendo, quo se conjungit cum tendine communi Extensorum indicis, ac deinde ad os tertium pertinet.*
I *Interosseus prior medii, tectus Interosseo* H. *liber ab eo icone tertia.*
rr *origo ejus à metacarpo medii.*
s *ejusdem extremum tendineum.*
K *Interosseus posterior medii, tectus Interosseo* L. *nudus icone tertia.*


A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
T
V
W
X
Y



tt *origo ejus à metacarpo medii.*
u *tenao, quo, posteaquam eum conjunxit cum tendine Extensoris communis, pertinet ad os tertium.*
L *Interosseus prior digiti annularis, ex parte tectus Adductore* D.
w *ejus origo ab osse metacarpi annularis.*
x *ejusdem extremum tendineum.*
M *Interosseus posterior annularis, tectus Adductore* D. *& Interosseo* N. *icone tertia nudus ab Adductore.*
y *tendo ejus, quem cum tendine Extensoris communis conjungit, postea pertinens eo ad os tertium.*
N *Interosseus prior digiti minimi, tectus Adductore* D. *nudus icone tertia.*
O *Lumbricalis quarti tendo, truncatus; qui conjungit se cum tendine Interossei* N. *& cum eo efficit*
P *tendinem communem, qui se cum tendine Extensoris proprii auricularis conjungit, ac dein pertinet ad os tertium.*
Q *Lumbricalis tertii tendo, truncatus; qui cum tendine Interossei* L. *cui se adjungit, efficit*
R *tendinem communem, conjungentem se cum tendine Extensoris communis, & ad os tertium decurrentem.*
S *Lumbricalis secundi tendo, truncatus; qui se adjungit tendini Interossei* I. *efficitque cum eo*
T *tendinem communem, qui conjungit se cum tendine Extensoris communis, decurritque ad os tertium.*
V *Tendo Sublimis, truncatus.*
z *nota quaedam divisionis.*
WX *Caudae duae, in quas Sublimis tendo sese findit, hic ex parte tectae tendine Profundi* Y. *nudae icone tertia;*
αβ *hic autem insertae ossi secundo.*
YY *Tendo Profundi, in principio digiti truncatus, & subjectus tendini Sublimis.*
γγ *divisionis quaedam nota.*
δ *extremum tendinis, insertum ossi tertio.*

EXPLANATIO ICONIS III.

A *Interosseus prior digiti minimi.*
ab *origo ejus ab osse metacarpi minimi.*

e *ejusdem extremum tendineum.*
B *Interosseus posterior digiti annularis, ex parte tectus Interosseo* A.
de *origo ejus à metacarpo annularis.*
f *tendo, quo se conjungit cum tendine Extensoris communis, decurritque ad os tertium.*
CD *Interosseus posterior medii.*
C *pars ejus, quae oritur ab osse metacarpi annularis:*
D *pars, quae à medii.*
gh *origo à medii metacarpo.*
i *tendo, quo se cum tendine Extensoris communis conjungit, decurritque ad os tertium.*
EF *Interosseus prior medii.*
E *pars ejus, quae oritur à metacarpo medii.*
kl *ipsa ejus origo.*
F *pars, quae à metacarpo indicis.*
m *extremum tendineum.*
G *Interosseus prior indicis.*
no *origo ejus ab osse metacarpi indicis.*
p *extremum tendineum,*
q *insertum ossi primo indicis.*
H *Lumbricalis secundi tendo, truncatus, qui adjunctus tendini Interossei* EF. *efficit cum eo*
I *tendinem communem, conjungentem se cum tendine Extensoris communis, & decurrentem ad os tertium.*
K *Lumbricalis quarti tendo, truncatus: & adjungit se tendini Interossei* A. *ac cum eo efficit*
L *tendinem communem, qui se cum Extensoris proprii auricularis tendine conjungit, decurritque ad os tertium.*
M *Tendo Sublimis truncatus.*
r *quaedam divisionis nota.*
NO *Caudae duae, in quas Sublimis tendo se findit.*
P *pars, quam emittunt, quaque cohaerent inter se.*
QR *extrema caudarum, ultra partem illam, qua cohaerent inter se.*
ss *pars illa, qua adjacentem tendinem Profundi contingunt.*
tu *ultima caudarum extrema, inserta ossi secundo.*

Reliqua Explanatio Iconis I. II. III.

1 *Os subrotundum.*

2 Os


A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R

2 *Os triquetrum.*
3 *triquetri pars, quae cum cubito committitur, cartilagine laevi cruſtata.*
4 *ejuſdem margo cartilagine eadem cruſtatus.*
5 *Os lunatum.*
6 *ejus margo cartilagine laevi cruſtatus.*
7 *ejuſdem tuber, quo cum cubito committitur, laevi cartilagine cruſtatum.*
8 *Os naviculare.*
9 *margo ejus cartilagine laevi cruſtatus.*
10 *ejuſdem tuber, quo committitur cum cubito, laevi cartilaginea cruſta opertum.*
11 *ejuſdem margo cruſtatus laevi cartilagine.*
12 *Os multangulum majus.*
13 *ejus margo cartilagine laevi cruſtatus.*
14 *ejuſdem ſinus, per quem incedit tendo Radialis interni.*
15 16 *ejuſdem margines cruſtati cartilagine laevi.*
17 *Os multangulum minus.*
18 19 *margines ejus cruſtati cartilagine laevi.*
20 *Os capitatum.*
21 21 *caput ejus, cruſta cartilaginea laevi intectum.*
22 *ejuſdem margo, cruſtatus cartilagine laevi.*
23 *Os cuneiforme.*
24 *margo ejus, cartilagine laevi cruſtatus.*
25 *ejuſdem proceſſus incurvus.*
26 26 *ejuſdem ſuperficies, qua, laevi cruſtata cartilagine, committitur cum triquetro & lunato.*
27 *ejuſdem margo, cruſtatus cartilagine laevi.*
28 *Os metacarpi digiti minimi.*
29 30 *margines ejus, cartilagine laevi cruſtati.*
31 *ejuſdem caput inferius, laevi cruſta cartilaginea opertum.*
32 *Oſſiculum ſeſamoïdeum, quod in quibuſdam invenitur.*
33 *Os metacarpi tertii digiti.*
34 35 36 *ejus margines, cruſtati cartilagine laevi.*
37 *ejuſdem caput inferius, cruſta cartilaginea laevi opertum.*
38 38 *Os metacarpi medii.*
39 40 41 *ejus margines, cartilagine laevi cruſtati.*
42 *ejuſdem caput inferius, cruſta opertum cartilaginea laevi.*

43 *Os metacarpi indicis.*
44 45 *ejus margines, incrustati cartilagine laevi.*
46 46 *ejusdem caput inferius, crusta cartilaginea laevi intectum.*
47 *Ossiculum sesamoïdeum, in aliquibus observatum.*
48 48 48 48 *Digitorum ossa secundi ordinis.*
49 49. 49 49 *eorum margo, cartilagine laevi crustatus.*
50 50 *&c. eorundem asperae eminentiae, quibus affixum ligamentum* Λ. *icon.* I.
51 *&c. eorundem capita inferiora, qua parte committuntur cum ossibus secundi ordinis, laevi cartilagine crustata.*
52 52 52 52 *Digitorum ossa tertii ordinis.*
53 *&c. eorum margo, crustatus cartilagine laevi.*
54 54 *&c. eorundem eminentiae inaequabiles, quibus affixum ligamentum* Ψ. *icon.* I.
55 *&c. eorundem capita inferiora, qua cum ossibus tertii ordinis committuntur parte, laevi cartilaginea crusta operta.*
56 56 56 56 *Digitorum ossa tertii ordinis.*
57 *&c. eorum margo, laevi crustatus cartilagine.*
58 *&c. eorundem eminentia inaequabilis, cui insertus tendo Profundi.*
59 *eorundem extremum tuber, ex interiore parte inaequabile.*
60 *Os metacarpi pollicis.*
61 *margo ejus, qui laevi cartilagine crustatus.*
62 63 *ejusdem capitis inferioris pars laevi cartilagine crustata, & in duas distincta superficies, cum quibus committuntur ossicula sesamoidea.*
64 65 *Ossicula sesamoïdea.*
66 *Os primum pollicis.*
67 *margo ejus, cartilagine laevi crustatus.*
68 *ejusdem ossis capitis inferioris pars, quae laevi cartilaginea crusta operta, pertinet ad articulum cum osse ultimo.*
69 *Pollicis os ultimum.*
70 *margo ejus, crustatus laevi cartilagine.*
71 *extremum tuber, inaequabile.*
72 *Ossiculum sesamoïdeum, raro occurrens.*

EXPLANATIO ICONIS IV.

Γ *Abductor indicis.*



Icon IV.

α *origo ejus à metacarpo pollicis.*
Δ *Interosseus prior indicis, ex parte tectus Abductore* Γ.
βγ *origo ejus à metacarpo indicis.*
ΘΛ *Interosseus prior medii.*
Θ *caput ejus, quod oritur à metacarpo indicis.*
δε *origo ejus à metacarpo indicis.*
Λ *caput, quod oritur à metacarpo medii.*
ζη *origo ejus à metacarpo medii.*
θθ *capitum conjunctio, fibris ad angulos acutos convenientibus.*
ι *commune extremum carneum.*
κ *tendo, in quem abit.*
ΞΠ *Interosseus posterior medii.*
Ξ *caput ejus, quod oritur à metacarpo medii.*
λμ *ejus origo à metacarpo medii.*
Π *caput, oriens à metacarpo annularis.*
νξ *ejus origo ab illo metacarpi osse.*
ο *conjunctio capitum, in qua fibrae conveniunt ad angulos acutos.*
ϖ *commune extremum carneum.*
ϛ *tendo, qui se cum tendine Extensoris communis conjungit,* ϛ *ad os tertium procedit.*
ΣΦ *Interosseus posterior digiti annularis.*
Σ *caput ejus, quod oritur à metacarpo annularis.*
σς *ejus origo ab osse metacarpi annularis.*
Φ *caput, quod oritur à metacarpo auricularis.*
τυ *origo ejus à metacarpo illo.*
Φ *conjunctio capitum, quae fit fibris ad angulos acutos convenientibus.*
χ *extremum commune carneum.*
ψ *tendo extremus.*
Ψ *Adductor ossis metacarpi quarti, insertus metacarpo illi, tectus autem Abductore minimi* Ω.
Ω *Abductor digiti minimi manus.*
ω *extremum tendineum, quod conjungit cum tendine Extensoris proprii auricularis.*
a *Interosseus prior auricularis, tectus Interosseo* ΣΦ.
b *tendo ejus, quem cum tendine Lumbricalis quarti conjungit.*
c *Interosseus prior annularis, tectus Interosseo* ΞΠ.

d *tendo ejus, quem cum tendine Lumbricalis tertii conjungit.*

e *Interosseus posterior indicis, tectus Interosseo* ☉A.

f *tendo ejus, qui se cum tendine communi Extensorum indicis conjungit, & ad os tertium decurrit.*

g *Aponeurosis Abductoris indicis, quae se adjungit communi tendini Extensorum indicis.*

h *Extensoris digitorum communis tendo ad indicem pertinens, truncatus.*

i *Indicatoris tendo, truncatus.*

k *Communis Indicatoris & Extensoris communis tendo.*

ll *Tendo Extensoris communis ad digitum medium pertinens, truncatus.*

mno *Tendo Extensoris communis ad digitum tertium pertinens, truncatus, & antequam ad digitum pervenerit, ex duobus constans,* m. n.

pp *Tendo Extensoris proprii auricularis, truncatus.*

qqqqqqq *Aponeuroses, quas dant tendines Extensorum digitorum, ambientes capsas articulorum digitorum cum metacarpo, eisque se innectentes.*

r *Aponeurosis, quam Lumbricalis primus adjungit communi tendini Extensorum indicis.*

sss *Aponeuroses, quas emittunt tendines Interosseorum* c. ΞΠ. ΣΦ. *adjunctae tendinibus Extensorum, & per dorsum eorum suis fibris evanescentes; atque à superiore parte continuae aponeurosibus* q. q. q.

ttt *Aponeuroses similes, quas emittunt tendines Interosseorum* ☉ A. c. a. *& Lumbricalium.*

u *Tendo Lumbricalis primi, qui se conjungit cum communi tendine Extensorum indicis, & fibras tenues per dorsum ejus dispergit.*

vvv *Tendines Interosseorum* c. ΞΠ. ΣΦ. *conjuncti cum tendinibus Extensorum* k. l. o.

www *Communes tendines Interosseorum & Lumbricalium conjuncti cum tendinibus Extensorum.*

x *Communis tendo Abductoris digiti minimi, & Flexoris ejusdem parvi, conjunctus cum tendine* p.

yyyy *Extrema tendinum Extensorum,*

zzzz *pertinentia ad ossa secunda.*

A *Tendo*

A *Tendo Lumbricalis primi, accepta à tendine communi Extensorum indicis* k *portione auctus, decurrens ad os tertium.*

BBB *Tendines Interosseorum,* c. ΞΠ. ΣΦ. *accepta portione ab Extensorum tendinibus* k. l. o. *aucti, decurrentes ad os tertium.*

CCC *Tendines Interosseis* ΘΛ. c. a. *communes cum Lumbricalibus, accepta portione ab Extensorum tendinibus,* l. o. p *aucti, decurrentes ad os tertium.*

D *Tendo communis Abductoris digiti minimi atque Flexoris parvi ejusdem; accepta portione à tendine Extensoris proprii auricularis* p. *auctus, decurrens ad os tertium.*

EEEE *Communia extrema, facta ex conjunctione tendinum* A. B. *indicis,* C. B. *medii,* C. B. *tertii,* C. D *quarti, atque*

FFFF *inserta tertii ordinis ossibus.*

G *Tendo Extensoris minoris pollicis, truncatus.*

H *Tendo Extensoris majoris pollicis, truncatus.*

I *Communis tendo pollicis Extensoris majoris & minoris,*

K *ad os ultimum pollicis pertinens.*

L *Aponeurosis ambiens capsam articuli pollicis cum metacarpo, innexaque capsae illi, & adjuncta tendini communi Extensorum pollicis.*

M *Aponeurosis, quam tendo communis Extensorum indicis accipit à Flexoris pollicis brevis cauda posteriore, continua aponeurosi supradictae* L.

N *Cauda posterior Flexoris pollicis brevis, tecta Abductore* Γ. *& Adductore* O.

OP *Extremum Adductoris pollicis, tectum Abductore* Γ.

P *Pars ejus extrema, quae tendinea, insertaque ossi primo pollicis.*

1 *Os naviculare.*

2 *ejus tuber, quo committitur cum cubito, crusta cartilaginea laevi opertum.*

3 *ejusdem tuber, quo committitur cum ossibus multangulis, laevi crusta cartilaginea opertum.*

4 5 *ejusdem margines, laevi cartilagine crustati.*

6 *Os lunatum.*

7 *tuber ejus, laevi cartilagine incrustatum, quo committitur cum cubito.*

8 9 10 *ejusdem margines, laevi cartilagine crustati.*

11 *Os triquetrum.*

12 *ejus*

12 *ejus superficies, qua cum cubito committitur, laevi cartilagine cruſtata.*
13 14 *ejuſdem margines, cartilagine laevi cruſtati.*
15 *ejuſdem ſuperficies, ad articulum cum cuneiformi pertinens, laevi cartilagine operta.*
16 *Os ſubrotundum.*
17 *Os cuneiforme.*
18 *pars ejus, ad articulum cum triquetro & lunato pertinens, cartilagine laevi cruſtata.*
19 20 *ejuſdem margines, laevi cartilagine cruſtati.*
21 *Os capitatum.*
22 *caput ejus, laevi cartilagine incruſtatum, quo committitur cum naviculari & lunato.*
23 24 25 *ejuſdem margines, laevi cartilagine cruſtati.*
26 *Os multangulum minus.*
27 28 29 *ejus margines, incruſtati cartilagine laevi.*
30 *Os multangulum majus.*
31 32 *margines ejus, laevi cartilagine cruſtati.*
33 *Os metacarpi pollicis.*
34 *margo ejus, laevi cruſtatus cartilagine.*
35 *Pollicis primum os.*
36 *ejus capitis inferioris ſuperficies, cartilagine laevi cruſtata.*
37 *Os ultimum pollicis.*
38 *ejus margo, laevi cartilagine cruſtatus.*
39 *ejuſdem ambitus extremus, eminens & inaequabilis.*
40 40 40 40 *Oſſa metacarpi manus.*
41 42 43 44 45 46 47 48 49 *margines eorum, qui laevi cartilagine cruſtati.*
50 50 &c. *Digitorum oſſa primi ordinis.*
51 51 &c. *eorum pars, laevi cartilagine cruſtata, pertinens ad articulum cum oſſibus ſecundi ordinis.*
52 52 52 &c. *Digitorum oſſa ordinis ſecundi.*
53 53 *margo eorum, cartilagine laevi cruſtatus.*
54 54 *eorundem pars laevi cruſtata cartilagine, pertinens ad articulum cum oſſibus tertii ordinis.*
55 &c. *Digitorum oſſa tertii ordinis.*
56 56 *margo eorum, cartilagine laevi cruſtatus.*
57 &c. *eorundem ambitus extremus, eminens, inaequabilis.*

HISTORIAE MUSCULORUM HOMINIS

LIBER QUARTUS.

In quo Musculi in Classes descripti.

PROOEMIUM.

His quoque pro virili parte propositis, superest ex iis, quae promisi, ut musculos in classes describam. Ita & suae quemque, cujus est proprius, parti assignabo, & quot qualesque ad quamque pertineant docebo. Si qui autem ad plures una partes pertineant, aut pertinere videantur, aut dubium esse possit, ad quamnam earum pertineant, adscribam singulis earum. Addam & usus, quorum eos gratia proprie factos esse puto: & iisdem maxime verbis, quibus in libro superiore. Eoque tanquam ex tabula cognosci poterit, non modo qui & quot unamquamque partem proprie moveant, sed etiam quo moveant modo. Minuam & quaerendi molestiam, ac post singulos indicabo tertii libri caput, ex quo plenior descriptio peti, si videatur, possit. Geminorum autem tantummodo unum nominabo, ut in superiore libro: quinam enim gemini sint, primus docuit.

SPINAE DORSI, ID EST, LUMBORUM DORSIQUE ET CERVICIS.

I. Multifidus ſpinae. Spinam in priora flexam retinet, erigit, flectit in poſteriora, torquet modice. 122.

LUMBORUM.

I. Quadratus lumborum. Lumbos curvat in latus: in latus autem oppoſitum flexos retinet, erigit. 85.

II. Intertranſverſarii lumborum. Lumbos in latus flectunt: in oppoſitum latus flexos retinent, erigunt. 125.

III. Interſpinales lumborum. Lumbos in priora curvatos erigunt, poſt flectunt retrorſum. 123.

IV. Pſoas parvus. Lumbos in priora ſimul & in latus curvat, attollendo fundamentum trunci, quod ſubjectum lumbis. 83.

LUMBORUM ET DORSI.

I. Longiſſimus dorſi, cum Sacrolumbali. Lumbos & dorſum in priora curvata retinent, erigunt, flectunt retrorſum, & aliquantum ſimul in latus. 113.

DORSI.

I. Spinalis dorſi. Dorſum retinet, erigit, flectit in poſteriora, eodemque tempore nonnihil in latus. 114.

II. Semiſpinalis dorſi. Dorſum, finitimamque ei cervicis

cervicis partem, cum in priora curvata sunt, erigit, & curvat deinde oblique in latus. 115.

III. Interspinales dorsi. Dorsi inferiorem partem in priora curvatam erigunt, post flectunt retrorsum. 124.

IV. Intertransversarii dorsi. Dorsum in latus flectunt: in oppositum latus flexum retinent, erigunt. 126.

COLLI.

I. Splenius colli. Cervicem in posteriora curvat, torquetque medium dorsum versus. 107.

II. Spinalis cervicis. Cervicem, cum in priora curvata est, erigit, & curvat deinde oblique in latus, flectitque retrorsum. 116.

III. Interspinales cervicis. Cervicem in priora flexam erigunt, curvant deinde in partem posteriorem. 117.

IV. Longus colli. Collum in posteriora curvatum erigit, curvat deinde in priora, eodemque tempore modice in latus. 137.

V. Transversalis cervicis. Cervicem in latus simulque in posteriora curvat oblique. 111.

VI. Cervicalis descendens. Cervicem curvat, fere ut Transversalis cervicis. 112.

VII. Scalenus posticus. Collum flectit in latus, in oppositum latus flexum retinet, erigit. 135.

VIII. Scalenus medius. Collum flectit in latus, idemque retinet, cum flexum in latus oppositum, erigitque. 134.

IX. Scalenus lateralis. Collum flectit, retinet, erigit, ut medius. 133.

X. Scalenus minimus. Collum flectit fere ut prior. 132.

XI. Scalenus prior. Collum in latus flectit, simulque magis in priora, quam caeteri Scaleni: in oppositam partem flexum retinet, erigit. 131.

XII. Intertransversarii priores colli. Collum in latus flectunt, in oppositum latus flexum erigunt. 140.

XIII. Intertransversarii posteriores colli. Eorum actio, quae priorum. 141.

XIV. Levator scapulae huc quoque pertinere videtur. Cervicem in illud, in quo ipse collocatus, latus, ac simul aliquantum retrorsum inflectit: flexam in oppositum retinet, & erigit. 105.

CAPITIS ET COLLI.

I. Sternomastoïdeus. Caput, si rectum sit, oblique in illud latus, in quo situs, simulque in priora deorsum agit, cervicem eo versus curvans, faciemque in oppositum latus aliquantum dirigens. 36.

II. Cleidomastoïdeus. Actio ejus fere eadem ac praecedentis; rectius autem caput in latus trahit, collumque rectius quoque curvat. 37.

III. Splenius capitis. Capitis partem, ad quam pertinet, totumque adeo caput, retrorsum inclinat obliqueque spinam dorsi versus, eodemque curvat cervicem. Caput in priora pendulum retinet, & una cum cervice erigit. 106.

IV. Biventer cervicis. Caput à posteriore parte deprimit, cervicem in eandem partem curvat, sed simul nonnihil oblique in illud latus, ubi situs. Caput in priora

priora pendulum retinet, attollitque, erigens cervicem. 108.

V. Complexus. Caput & collum flectit, ut Biventer cervicis, attamen obliquius in latus. 109.

VI. Trachelomastoïdeus. Cervicem in posteriora & simul aliquantum oblique in latus curvat, trahens eo, inclinansque capitis, cui insertus est, partem: & retinet quoque, erigitque caput una cum cervice, cum flexa sunt in oppositum. 110.

VII. Rectus capitis internus major. Capitis priorem partem deprimit in priora, ac simul nonnihil in latus; eoque & collum flectit in partem eandem. Cum vero collum atque caput *retrorsum flexa, retinet ea, & erigit.* 136.

CAPITIS.

I. Rectus capitis posticus major. Capitis posteriorem partem deprimit. 118.

II. Rectus capitis posticus minor. Capitis partem posteriorem deprimit. 119.

III. Obliquus capitis superior. Caput à posteriore parte deprimit. 121.

IV. Rectus capitis internus minor. Caput in priora simulque nonnihil in latus nutare facit. 138.

V. Rectus lateralis capitis. Caput in latus & simul nonnihil oblique in priora deprimit. 139.

VI. Obliquus inferior capitis. Caput cum atlante rotat, atlantis processum transversum ad spinam epistrophaei trahens: ac sic faciem in illud latus, in quo situs, convertit. 120.

COCCYGIS.

I. Coccygeus. Coccygem retinet, & in priora flectit, ischii processum versus: retrorsus actum restituit. 95.

II. Curvator coccygis. Coccygem curvat in priora. 96.

THORACIS.

I. Intercostales externi. Costas adducunt ad se mutuo, & quoniam superior costa stabilior reliquis, attollunt. 129.

II. Intercostales interni. Actio, quae externorum. 130.

III. Levatores costarum longiores. Attollunt costas; & qui duarum inferiorum sunt, eas eodem tempore trahunt retrorsum. 128.

IV. Levatores breviores costarum. Costarum principium firmant, & moderantur. 127.

V. Serratus posticus superior. Costas, quibus insertus, attollit. 103.

VI. Serratus posticus inferior. Costas, quibus insertus, deprimit, trahitque retrorsum. 104.

VII. Triangularis sterni. Illam costarum, à quibus oritur, partem, ubi in cartilaginem vertuntur, deprimit, trahitque introrsum: maxime deprimit secundam, sequentes minus & minus, sed eas magis introrsum cogit. 82.

VIII. Diaphragma. Cavum thoracis auget ab inferiore parte, ad admittendum aërem in inspiratione; maxime

maxime ab utroque latere, ubi positi pulmones. 81.

MAXILLAE INFERIORIS.

I. Masseter. Maxillam inferiorem recte adducit ad superiorem, ad eamque apprimit. Cum pars ejus rectior sola agit, productam maxillam restituit. 20.

II. Temporalis. Maxillam attollit, & ad superiorem apprimit, eandemque simul trahit retrorsum. 21.

III. Pterygoïdeus internus. Maxillam inferiorem adducit ad superiorem, simul autem nonnihil oblique in latus sibi oppositum trahit. 69.

IV. Pterygoïdeus externus. Maxillam in priora trahit, & simul oblique in latus alterum cogit, caput ejus è sinu ossis temporis protrahens, subjicienſque tuberculo ejusdem ossis. 70.

V. Biventer maxillae inferioris. Maxillam à superiore oblique deducit. 42.

HUMERI, EX SCAPULA ET CLAVICULA CONSTANTIS.

I. Cucullaris. Diversis partibus sui diversimode movet scapulam & claviculam, easque vel ad caput retrorsum attollit, vel recta retrorsum trahit, vel deprimit: in universum tamen, cum se totus contrahit, agit retrorsus, dorsi spinam versus. 99.

CLAVICULAE.

I. Subclavius. Claviculam attrahit ad os pectoris, impeditque, ne ab eodem in latus recedat: eandem

cum

cum proceſſu coracoïdeo, id eſt, totum humerum, ducit deorſum in priora. 73.

SCAPULAE.

I. Serratus anticus. Scapulam in priora deorſum ad pectus trahit. 72.

II. Serratus magnus. Scapulam in priorem corporis partem trahit. 74.

III. Rhomboïdeus major. Scapulam oblique retrorſum ſimulque ſurſum trahit. 101.

IV. Rhomboïdeus minor. Non fere alia ejus quam majoris actio. 102.

V. Levator ſcapulae huc etiam fortaſſe pertinet. Scapulam ſuſpenſam tenet, attollitque in priora. 105.

OSSIS HUMERI.

I. Deltoïdes. Os humeri recte attollit in exteriora: oblique autem in priora, ſi pars ejus prior praevaleat; in poſteriora, ſi poſterior. 142.

II. Supraſpinatus. Os humeri attollit in priora, ſimulque oblique in exteriora. 143.

III. Infraſpinatus. Brachium inprimis convertit, priorem partem ejus vertens in exteriora. 144.

IV. Teres minor. Eadem ejus actio, quae Infraſpinati. 145.

V. Teres major. Os humeri attollit pone tergum; idemque extrorſum ſua priore parte converſum, vertit modice in contrarium. 146.

VI. Latiſſimus dorſi. Os humeri trahit deorſum poſt tergum: idem cum ſublatum, deprimit: humerum, ſcapu-

scapulam, claviculam trahit deorsum in posteriora, inprimis parte sui inferiore. 100.

VII. Pectoralis. Cum brachium secundum latus corporis naturaliter pendet, attrahit id ad latus illud, modiceque simul in priora: cum ab eo recta in latus sublatum, deprimit ad idem, pariterque simul in priora: idem in priora sublatum, trahit ante pectus; retrorsum actum, in priora. Pars ejus, quae descendit, cum sola agit, os humeri praeterea attollit: transversa agit recte in priora: quae adscendit, non solum os humeri, sed totum quoque humerum, id est, scapulam & claviculam, trahit deorsum, 71.

VIII. Subscapularis. Os humeri introrsum insigniter vertit, contrario modo atque Infraspinatus & Teres minor. 147.

IX. Coracobrachialis. Os humeri scapulamque attrahit ad se mutuo: os humeri ad latus corporis admovet. 149.

CUBITI.

I. Brachialis internus. Flectit cubitum. 150.

II. Biceps brachii. Cubitum flectit, cum radius vel juxta ulnam rectus est, vel circa eam conversus retinetur, ne convertatur. 148.

III. Triceps brachii. Extendit cubitum. 151.

IV. Anconeus. Cubitum extendit. 157.

MANUS.

I. Radialis externus longior. Manum flectit extrorsum simulque oblique in priora. 153.

II. Radialis externus brevior. Manum flectit magis in exteriora, quam longior; in priora minus. 153.

III. Ulnaris externus. Manum in posteriorem simul & aliquantum in exteriorem partem flectit, attollitque. 156.

IV. Ulnaris internus. Manum flectit, introrsumque ac simul oblique retrorsum attollit. 163.

V. Radialis internus. Manum flectit, attollens eam in interiora. 165.

VI. Pronator teres. Manum in pronum convertit, conversione radii circum ulnam. 166.

VII. Pronator quadratus. Manum convertit in pronum, radium convertens circum ulnam. 170.

VIII. Supinator longus. Radium circa ulnam in utramque partem convertit, eoque manum ex prona non modo facit supinam, sed etiam ex supina pronam. 152.

IX. Supinator brevis. Cum manus prona est, reddit eam supinam, quoniam radium circa ulnam conversum, in contrarium vertit. 158.

X. Biceps brachii huc quoque forsitan pertinet. Manum, quod dicunt, supinat, radium circa ulnam conversum vertens in contrarium. 148.

MANUS DIGITORUM QUATUOR.

I. Extensor communis digitorum manus. Extendit digitos, & quidem ossa eorum prima, secunda, tertia: prima etiam in exteriora flectit. 154.

II. Sublimis. Digitorum ossa secundi ordinis, tum & illa primi, flectit in partem internam. 167.

III.

III. Profundus. In internam partem flectit ossa inprimis tertii ordinis; praeterea etiam secundi, & primi. 168.

IV. Lumbricales manus. Ossa primi ordinis in volam flectunt, ac simul oblique in priora. 171.

V. Interossei manus priores. Omnes digitum suum flectunt in priora pollicem versus, simulque modice in interiora: digitum in volam flexum, in eandem magis flectunt. 180. 181.

VI. Interossei manus posteriores. Suum quisque digitum flectit in posteriora, id est, à pollice, simulque modice in interiora: in volam flexum flectit in eam magis. 180. 181.

INDICIS MANUS.

I. Indicator. Extendit indicis os primum, secundum, tertium: primum in exteriora quoque flectit, & simul etiam modice retrorsum, medium digitum versus. 162.

II. Abductor indicis manus. A reliquis digitis indicem ad pollicem ducit, modiceque simul in volam flectit. 182.

DIGITI MINIMI MANUS.

I. Extensor proprius auricularis. Extendit minimi os primum, secundum, tertium: primum etiam in exteriora flectit. 155.

II. Abductor digiti minimi manus. Digitum minimum abducit ab annulari, post flectit in volam. 177.

III. Flexor parvus digiti minimi manus. Os minimi

primi ordinis, totumque adeo digitum illum, flectit in volam, pollicem versus. 178.

POLLICIS MANUS.

I. Abductor longus pollicis manus. Pollicem, si metacarpus ejus in volam flexus fuerit, à manu in priora simul & interiora abducit: tum si pergat, metacarpum illum flectit rectius in priora, post in priora extrorsum. 159.

II. Abductor brevis pollicis manus. Totum pollicem à reliqua manu abducit in interiora simul & aliquantum in posteriora. 172.

III. Opponens pollicis. Pollicem introrsum simulque retrorsum abducit à manu, dein convertit, internamque ejus partem volae manus, digitisque opponit, fere directo. 173.

IV. Adductor pollicis manus. Pollicem ad mediam adducit volam. 175.

V. Flexor brevis pollicis manus. Pollicis principium, id est, ejus primum os in volam flectit. Ejusdem metacarpum in partem posteriorem, ac simul pro vario ejus situ, vel ad volam, vel secundum eam, vel ab ea modice introrsum. 174.

VI. Flexor longus pollicis manus. In volam flectit pollicis os ultimum: flectit & primum. 169.

VII. Extensor minor pollicis manus. Ubi extremo tendine suo cum illo Extensoris majoris conjunctus, utrumque os pollicis extendit, flectitque in priora: solummodo autem primum, ad id cum pertinet. 160.

VIII. Extensor major pollicis manus. Extendit, inque priora

priora flectit ultimum os pollicis : primum quoque. 161.

METACARPI MANUS.

I. Adductor ossis metacarpi digiti minimi. Os metacarpi auricularis attollit in internam manus partem, trahitque simul aliquantum pollicem versus, sequente etiam metacarpi tertio ; quo volam facit ab ea parte magis concavam, dorsum manus rotundum. 179.

VOLAE.

I. Palmaris brevis. Ejus actione principium volae, quod occupat, ex transverso contrahitur, eoque simul in interiora idem surgit. 176.

II. Palmaris longus. Cutem volae leniter contrahit, percutitque. 164.

FEMORIS.

I. Psoas magnus. Attollit femur in priora, simulque per exteriorem partem retrorsum rotat. 84.

II. Iliacus internus. Eadem actio, quae Psoae magni. 86.

III. Pectineus. Femur alterum ad alterum adducit. 199.

IV. Adductor longus femoris. Adducit femur alterum ad alterum. 200.

V. Adductor brevis femoris. Adducit femur alterum ad alterum. 202.

VI. Adductor magnus femoris. Adducit femur alterum ad alterum. 204.

VII. Obturator externus. Adducit femur alterum ad alterum. 203.

VIII. Gluteus magnus. Attollit femur in posteriorem partem, spinam dorsi versus, ac simul etiam aliquantum per exteriorem partem retrorsum convertit. Flexum in priora femur abducit à femore altero. 183.

IX. Gluteus medius. Abducit femur alterum ab altero. Sublato in priora femore, id convertit, ita autem, ut partem ejus, quae tunc est superior, aliquantum dirigat ad alterum femur. 184.

X. Gluteus minor. Femur movet ut medius. 185.

XI. Pyriformis. Os femoris in priora conversum vertit per exteriora retrorsum. Cum autem flexum in priora, abducit ab altero. 186.

XII. Obturator internus. Eodem modo vertit femur, quo Pyriformis, sed rectius. Et abducit quoque flexum in priora femur. 188.

XIII. Gemini. Adjuvant Obturatorem internum. 187.

XIV. Quadratus femoris. Vertit femur, ut Obturator internus, & Gemini. Femur in latus sublatum deprimit, & ad alterum adducit. 189.

XV. Tensor vaginae femoris. Femur introrsum vertit, eo versus dirigens partem ejus priorem. 193.

VAGINAE TENDINEAE FEMORIS.

I. Tensor vaginae femoris. Tendit vaginam. 193.

CRURIS.

I. Rectus cruris. Genu, si flexum sit, extendit. 194.

II.

II. Vastus externus. Extendit genu. 196.

III. Vastus internus. Extendit genu. 197.

IV. Cruralis. Extendit genu. 198.

V. Biceps cruris. Genu in posteriorem partem flectit. Flexo genu, crus, introrsum sua priore parte conversum, vertit extrorsum. 190.

VI. Semitendinosus. Genu flectit in partem posteriorem. Flexo genu, crus, extrorsum sua priore parte conversum, vertit introrsum. 191.

VII. Semimembranosus. Actio ejus respondet illi Semitendinosi. 192.

VIII. Gracilis. Genu flectit in partem posteriorem. Flexo genu, crus convertit, *sic ut prior pars pedis extremi ad alterum pedem convertatur.* 201.

IX. Sartorius. Genu curvat in posteriora, ac crus convertit, ut Gracilis. 195.

X. Popliteus. Crus, flexo genu, sic convertit, ut priorem pedis extremi partem dirigat ad pedem alterum. 208.

PEDIS EXTREMI.

I. Soleus. Attollit calcem; plantamque in posteriora dirigit. 207.

II. Gemellus. Eadem ejus functio, quae Solei. 205.

III. Plantaris. Actio ejus similis est actionis Gemelli. 206.

IV. Tibialis anticus. Pedis extremi priorem partem attollit. 216.

V. Peroneus tertius. Pedis extremi priorem partem attollit. 215.

VI.

VI. Tibialis posticus. Pedem extremum oblique in internam partem retrorsum attollit, in interiora posterioraque convertens plantam. 211.

VII. Peroneus longus. Plantam vertit extrorsum modice in posteriora. 212.

VIII. Peroneus brevis. Eodem modo movet pedem extremum, quo longus. 213.

POLLICIS PEDIS.

I. Extensor proprius pollicis pedis. Extendit, ac deinde sursum flectit pollicis os ultimum : sic & primum. 217.

II. Flexor longus pollicis pedis. Pollicis os ultimum flectit deorsum : ac sic quoque primum. 210.

III. Flexor brevis pollicis pedis. Deorsum flectit os primum pollicis. 223.

IV. Adductor pollicis pedis. Pollicis primum os deorsum flectit, & oblique simul digitum secundum versus. 224.

V. Transversus pedis. Pollicem ad digitos postremos attrahit. 225.

VI. Abductor pollicis pedis. Pollicem à reliquis digitis abducit. 220.

POLLICIS ET DIGITORUM PROXIMORUM TRIUM.

I. Extensor brevis digitorum pedis. Pollicem, digitosque in rectum porrigit, extendens omnes ordines ossium digitorum minorum, pollicis primum : primum etiam

etiam tum pollicis, tum parvorum, flectit in superiora. 218.

DIGITORUM PEDIS MINORUM.

I. Extensor longus digitorum pedis. Extendit secundum, tertiumque ordinem ossium, qui in digitis sunt: extendit & primum, eundemque postquam porrexit, sursum flectit. 214.

II. Flexor longus digitorum pedis. Tertii ordinis ossa digitorum minorum flectit in terram: in eandem partem & illa secundi, primique 209.

III. Flexor brevis digitorum pedis. Flectit ossa secundi ordinis, atque etiam illa primi; utraque deorsum. 219.

IV. Lumbricales pedis. Agendi ratione respondent illis manus. 222.

V. Interossei primi digitorum pedis. Digitorum principium flectunt pollicem versus, simulque aliquantum in inferiora. 227. 228.

VI. Interossei secundi digitorum pedis. Eorum principium flectunt à pollice, simulque aliquantum in inferiora. 228.

DIGITI MINIMI PEDIS.

I. Flexor brevis digiti minimi pedis. Flectit primum ejus os; & quidem deorsum. 226.

II. Abductor digiti minimi pedis. Minimi digiti articulum cum metatarso sic flectit, ut abducatur digitus ille à reliquis, ac simul flectatur in terram. 221.

CUTIS CAPITIS, FRONTIS, SUPERCILIORUM, DORSI NASI.

I. Epicranius. Frontales ſurſum & ſimul aliquantum in diverſum trahunt, tenduntque, & explicant ſupercilia, quod infra ſupercilia uſque ad palpebras eſt, angulos majores oculorum, glabellam; cutem quoque naſi ſurſum trahunt, & tendunt: ſimulque cutem reliquam capitis, quae retro frontem eſt, attrahunt ad eam; quo & corrugant frontem, rugis tranſverſis. Cutem capitis retrahunt *Occipitales.* 1.

SUPERCILII.

I. Corrugator ſupercilii. Glabellam & ſupercilium deprimit, adducitque ſimul ad naſum; glabellam & caput ſupercilii corrugat, & in priora magis eminere facit, piloſque earum partium erigit in priora; caudam ſupercilii, & quod mox infra eam eſt, non corrugat, ſed praetendit palpebrae ſuperiori: ac cum Orbiculari palpebrarum contrahit ambitum oculi. 6.

PALPEBRARUM ET AMBITUS OCULI.

I. Orbicularis palpebrarum. Cum incipit agere, palpebras adducit ad ſe invicem: cum pergit fortius, eaſdem comprimit, corrugatque; ſupercilium praeterea, & angulum minorem, genamque, cum palpebris, & contrahit, & aliquantum adducit ad canthum majorem; premit denique globum oculi. 5.

PALPEBRAE SUPERIORIS.

I. Levator palpebrae ſuperioris. Tarſum circum globum

bum oculi ſurſum in poſteriora vertit, eodem interim ad globum interna parte ſua aequaliter apto manente. Eoque aperit oculum, palpebram aequabiliter complicatam retrorſum trahens, ſimulque tarſum ſubjiciens ei parti ambitus oculi, quae infra ſupercilium eſt. 22.

GLOBI OCULI.

I. Rectus attollens. Vertit globum oculi, ſic ut pupillam ſurſum dirigat. 24.

II. Rectus depreſſor. Vertit globum oculi, ſic ut dirigat pupillam deorſum. 24.

III. Rectus adductor. Vertit globum, ſic ut in latus internum, id eſt, naſum verſus, pupillam dirigat. 24.

IV. Rectus abductor. Vertit globum oculi, ſic ut pupillam in latus externum dirigat. 24.

V. Obliquus ſuperior oculi. Globum oculi vertit, ſic ut pupillam deorſum ad prominentem ſub oculo genam dirigat: totumque globum in priora protrahit, canthum majorem verſus. 23.

VI. Obliquus inferior oculi. Globum oculi ita vertit, ut pupillam ſurſum ad caudam ſupercilii dirigat. Globum quoque protrahit naſum verſus, ſimulque deorſum. 25.

AURICULAE.

I. Attollens auriculam. Surſum trahit auriculam, tenditque illam ejus partem, cui inſertus; maxime ſi eodem tempore agant Frontales & Occipitales. 2.

II. Anterior auriculae. Helicis eminentiam illam, quae

concham distinguit, trahit in priora sursum, ac tendit. 3.

III. Retrahentes auriculae. Concham tendunt, auriculam trahunt retrorsum. 4.

IV. Tragicus. Eam, cui incumbit, conchae partem deprimit, facitque planiorem: superiorem tragi marginem in priora extrorsum vertit. 26.

V. Antitragicus. Extremum anthelicem deprimit antitragum versus: hujus maxime eminentem marginem nonnihil extrorsum in posteriora vertit: marginem conchae, inter locum, unde ipse oritur, atque eum, cui insertus, medium, premit, incurvat, ut in concham assurgat, magisque tendatur. 27.

VI. Major helicis. Premit, deprimit, *percutit* partem eam helicis, cui incumbit: illam vero, cui insertus, modice deorsum trahit. 28.

VII. Minor helicis. Incisuram helicis, cui affixus, contrahit; partemque, quam occupat, premit, percutit. 29.

VIII. Transversus auriculae. Contrahit quod auriculae inter concham & anthelicem cum scapha intercedit: idem, una cum concha, & scapha, tendit. 30.

MALLEI ET MEMBRANAE TYMPANI.

I. Externus mallei. Malleum in priora trahit, modiceque porum acusticum versus; ex quo malleum sequens membrana tympani planior fit, & modice laxior; sed inaequaliter, maxime laxata illa parte, quae à priore parte mallei est. 31.

II. Laxator tympani. Mallei manubrium trahit retrorsum

trorsum simul & sursum, & porum acusticum versus; eoque membranam tympani eodem versus trahit, laxat, facitque planiorem. 32.

III. Tensor tympani. Mallei manubrium à poro acustico retrahit ad oppositam tympani partem, & modice eodem tempore in priora; quo fit, ut cum malleum sequatur membrana tympani, eam intro trahere valeat, ac tendere, cavamque efficere à parte pori acustici. 33.

STAPEDIS.

I. Stapedius. Capitulum stapedis ad os cavernulae, quo exit tendo suus, attrahit, eoque *ita movet stapedem, ut* pars posterior basis ejus in vestibulum auris introëat, prior ab eodem recedat. 34.

NASI.

I. Depressor alae nasi. Marginem foraminis nasi, qua is cum labio cohaeret, alaeque radicem, deorsum trahit; eoque simul labium superius, quoniam id cum naso conjunctum, modice deprimit: quin & narem aliquantum comprimit, alam cogens septum versus. 18.

II. Compressor naris. Latus mobile nasi premit septum versus, eoque narem aliquantum comprimit, & cutem lateris modo dicti corrugat ex transverso: sed necesse est, ut alae radix eodem tempore retineatur à Depressore suo; caeteroquin enim eam attollit in priora, inprimis si dexter sinisterque conspirent. 7.

III. Levator labii superioris alaeque nasi. Alae nasi par-

tem, quae finitima labio ſuperiori, attollit canthum majorem verſus. 8.

ORIS ET LABIORUM, QUORUM ALII ETIAM AD GENAS PERTINENT, ALII AD BUCCAS, ALII AD LOCA, QUAE SUNT A MENTI LATERIBUS.

I. Levator labii ſuperioris alaeque naſi. Labii ſuperioris partem, quae à latere alae naſi eſt, attollit canthum majorem verſus: eoque ſimul cutem, quae eſt inter illam partem labii radicemque alae naſi ab una parte, atque canthum ab altera, laxat, & in priora aliquantum ſurgere facit; augetque *lacunam illam*, qua gena ab ala naſi labioque ſuperiore diſterminatur. 8.

II. Levator labii ſuperioris. Labium trahit oculum verſus, modiceque ſimul in latus: eoque in priora ſurgere facit, quod genae inter oculum labiumque eſt: inſigniorem quoque efficit lacunam illam, qua gena ab ala naſi labioque ſuperiore diſterminatur. 9.

III. Zygomaticus minor. Labium ſuperius in latus oblique ſurſum trahit, & lacunam quoque illam, qua gena ab ala naſi labioque ſuperiore diſterminatur, auget. 10.

IV. Levator anguli oris. Angulum illum, malaeque partem, quae à latere menti eſt, attollit: quo & gena, qua ſub oculo prominet, collecta ſurgit in priora, ut in ſubridente: auget etiam lacunam, qua ab ala naſi labioque ſuperiore gena diſterminatur. 11.

V.

V. Zygomaticus major. Angulum oris, cum subjecta ei malae parte attrahit eum locum versus, qui medius inter tempus & aurem: atque eo simul genam, ut Levator anguli oris, verum insignius, in tumorem sub oculo collectam surgere in priora facit, eandemque cogit tempus versus, ut in ridente: praeterea auget lacunam disterminantem genam ab ala nasi & labio superiore. 12.

VI. Buccinator. Angulum oris cum utroque labio in latus retrorsum trahit, ac contrahit angulum; quo ea simul buccae pars, quae à latere oris est, contrahitur in rugas, & augetur lacuna, qua disterminatur gena ab ala nasi & labio superiore. *Buccam quoque firmat, & movet.* 16.

VII. Depressor anguli oris. Angulum oris deprimit; contrarius praeterea est Zygomatico majori & Levatori anguli oris. 13.

VIII. Depressor labii inferioris. Labium inferius, & quod infra id à latere menti est, ipsumque mentum, oblique in latus, in quo situs, detrahit. 14.

IX. Orbicularis oris. Os contrahit, & corrugat labia. 17.

X. Nasalis labii superioris. Juvat Orbicularem oris, adducendo angulos oris ad se mutuo, & ex transverso contrahendo & corrugando labium superius. 15.

MENTI.

I. Levator menti. Mentum attollit; quod cum attollitur, simul labium inferius sursum cogitur. 19.

ORIS,

ORIS, LABII INFERIORIS, VICINAE MALAE, AURICULAE, CUTIS COLLI QUAE EST INFRA MALAM, USQUE IN PECTUS ET HUMERUM.

I. Latissimus colli. Angulum oris, labium inferius, quod malae à latere menti est, cutem colli, quae est infra malam, trahit deorsum & parum oblique in latus: eodemque tempore totam cutem, quae superiorem partem pectoris, vicinum humerum, vicinamque colli partem vestit, sursum in priora trahit, ac colli cutem premit, truditque extrorsum. Pars ex mala nascens, angulum oris trahit retrorsum simul & modice deorsum. Pars ad auriculam pertinens, detrahit eam, tenditque concham & principium introïtus auris. 35.

HYOÏDIS.

I. Sternohyoïdeus. Os hyoïdes detrahit, inprimis priorem partem ejus. 39.

II. Coracohyoïdeus. Os hyoïdes detrahit, ac simul retrorsum cogit. 38.

III. Stylohyoïdeus. Os hyoïdes attollit in posteriora. 43.

IV. Stylohyoïdeus alter. Hyoïdes attollit in posteriora. 44.

V. Mylohyoïdeus. Hyoïdes depressum si sit, attollunt Mylohyoïdei, firmant deinde; partesque, quae statim supra eos sitae sunt, premunt, aguntque sursum. 47.

VI.

VI. Geniohyoïdeus. Os hyoïdes ad mentum trahit. 48.

LINGUAE.

I. Ceratogloſſus. Linguam deorſum & introrſum trahit, & cum pare ſui ex lateribus contrahit, anguſtatque. 49.

II. Baſiogloſſus. Agit fere, quae Ceratogloſſus. 50.

III. Chondrogloſſus. Actione reſpondet Baſiogloſſo. 51.

IV. Geniogloſſus. Trahit linguam in priora. 52.

V. Styloglossus. Linguam retrorſum trahit, & ſi depreſſa ſit, eodem ſimul tempore attollit; ac cum pare ſui dilatat. 45.

VI. Lingualis. Linguam facit breviorem, contrahit, curvatque in inferiora, apicem ejus trahens in fundum oris. 53.

LARYNGIS.

I. Sternothyreoïdeus. Cartilaginem thyreoïdeam, atque adeo laryngem, deprimit. 40.

II. Hyothyreoïdeus. Laryngem attollit. 41.

III. Stylopharyngeus. Attollit laryngem. 46.

IV. Cricothyreoïdeus. Ad ſe mutuo adducit thyreoïdeam & cricoïdeam. 63.

GLOTTIDIS.

I. Cricoarytaenoïdeus poſticus. Glottidem, quantum poteſt, patefacit cum pare ſui, ejuſque rimulam diducit. Glottidis quoque rimam internam quam maxime

diducit ; cujus pars posterior rotunda fit ex eo. 64.

II. Cricoarytaenoïdeus lateralis. Utroque agente glottidis rimae internae pars anterior , quae est ante cartilagines arytaenoïdeas , minuitur , & ad postremum plane comprimitur , contingentibus se lateribus ejus : pars autem posterior , quae ab iisdem cartilaginibus fit , angusta rima patet , eaque connivente à parte priore , rotundiore à posteriore , multoque breviore , quam ipsa caeterum rima interna. Et glottidis quoque rimula , cum ea angusta est , diducitur modice. 67.

III. Thyreoarytaenoïdeus. Una cum pare sui comprimit priorem partem rimae glottidis internae , verum magis , fortiusque , quam Cricoarytaenoïdei *laterales* ; atque ita , ut à posteriore parte multo brevior rima maneat , eaque etiam angustior. 68.

IV. Arytaenoïdeus transversus. Comprimit rimulam glottidis , internamque rimam arctat , & à posteriore parte comprimit. 66.

V. Arytaenoïdeus obliquus. Contrahit & glottidem , & rimulam ejus , & rimam internam , quam & à posteriore parte in angulum comprimit. 65.

PHARYNGIS.

I. Constrictor pharyngis superior. Pharyngis partem , quam ambit , premit , constringit , trahit in priora sursumque. 56.

II. Constrictor pharyngis medius. Pharyngem constringit , attollit , facit breviorem. 55.

III.

III. Constrictor pharyngis inferior. Pharyngem constringit. 54.

IV. Salpingopharyngeus. Pharyngem attollit, nonnihil in priora; & facit eum eodem tempore breviorem. 57.

V. Palatopharyngeus. Pharyngem sursum trahit, redditque breviorem, & laxiorem. 58.

VI. Stylopharyngeus. Pharyngem attollit, facit breviorem, in latera diducit. 46.

PALATI MOLLIS.

I. Palatopharyngeus. Cum utrique simul agunt, palatum molle detrahunt, praesertim latera ejus, maxime juxta *uvulam*: simul curvant illud, redduntque concavum in inferiora & priora, & ex lateribus contrahunt. 58.

II. Constrictor isthmi faucium. Palatum ad linguam trahunt hi Constrictores, contrahunt, concavum faciunt à parte linguae: sic contrahunt isthmum faucium. 59.

III. Levator palati mollis. Hi Levatores palatum molle attollunt retrorsum, & mutant etiam figuram ejus. 60.

IV. Circumflexus palati. Tendit, concutit, deorsum in latus simul & in priora nonnihil trahit palati mollis partem osseo vicinam. 61.

UVULAE.

I. Azygus uvulae. Uvulam in priora attollit, & facit breviorem. 62.

TUBAE EUSTACHIANAE.

I. Circumflexus palati. Fortasse pars ejus tubae illi adscribenda, ejusque latus externum deprimit internum versus, ac sic angustat eam. 61.

ABDOMINIS.

I. Obliquus externus abdominis. Peritonaeum coërcet, firmat, premit, comprimit: sic abdomen contrahit, & quae id continet, premit, atque exprimit exprimenda: premendo viscera abdominis Diaphragma agit sursum, ad angustandum thoracem, premendos pulmones, aëremque ex iis exprimendum. 75.

II. Obliquus internus abdominis. Actio eadem, quae Obliqui externi. 76.

III. Transversus abdominis. Actio, quae praecedentium. 77.

IV. Rectus abdominis. Actio ejus fere quae Obliqui externi. 78.

V. Pyramidalis. Rectum juvat. 79.

VI. Diaphragma. Peritonaeum contrahit, agitque deorsum; ac sic constringit superiorem partem abdominis, ad abdominalium similitudinem, eodem effectu, agens eos extrorsum, depressione viscerum. 81.

EXTREMI INTESTINI RECTI ET ANI.

I. Levator ani. Dexter & sinister una agentes, posteriorem extremi recti partem trahunt in priora simulque modice sursum: constringunt simul, excrementaque per intestinum illud deorsum acta, exprimunt;

munt; eademque opera ipsum rectum retinent, idemque, expressis excrementis, attollunt, restituunt. 94.

II. Transversus perinaei. Hi duo anum una cum finitimo perinaeo trahunt retrorsum; simulque anum, & extremum recti intestini aliquantum comprimunt, eoque juvant excrementorum, cum elapsura sunt, expressionem. 92.

III. Transversus alter perinaei. Hi duo premunt priorem intestini recti extremi partem, eamque simul retrorsum agunt, una cum urethrae parte proxima. 93.

IV. Sphincter internus ani. Contrahit anum, constringitque. 97.

V. Sphincter externus ani. Cutem, quae est circa anum, ipsumque anum, contrahit: perinaeum suo priore mucrone trahit retrorsum, eoque firmat Acceleratores, ac premit eosdem, eamque urethrae, quae per perinaeum incedit, partem; juvatque seminis per eam fluentis, itemque urinae ejectionem. 91.

TESTIS.

I. Cremaster. Testem, qui caeterum à solo funiculo spermatico pendet, suspensum tenet; attollit praeterea, & fortasse quoque comprimit in complexu venereo. 80.

PENIS.

I. Erector penis. Caput penis eodem tempore trahit & deorsum, & retrorsum, & modice in latus: quo & idem facit brevius, premitque, ac corpus

ſpongioſum majus, cum id ſanguine turget, magis tendit, ad erigendum, rigidumque efficiendum penem. 88.

URETHRAE VIRILIS ET BULBI EJUS.

I. Accelerator. Bulbum urethrae, id eſt, principium corporis ſpongioſi minoris, Acceleratores continent, comprimunt; itaque tendunt totum illud corpus, in erectione penis: comprimunt pariter illam partem urethrae, ac per eam fluentem urinam, itemque, rigido maxime pene, ſemen ejiciunt; inprimis cum contracto ſimul ani Sphincter externo, pars eorum *poſterior firmatur.* Et videntur non modo comprimere, ſed etiam in priora agere. 87.

URETHRAE VIRILIS ET PROSTATAE.

I. Compreſſor proſtatae. Hi duo agunt in priora, ac comprimunt inferiorem proſtatae partem una cum illa urethrae, cui pars ea proſtatae adjecta. 98.

CUNNI.

I. Conſtrictor cunni. Cunnum contrahit, ejuſque corpus ſpongioſum premit, comprimit, & cum id ſtimulante venere turget, tendit. 89.

CLITORIDIS.

I. Erector clitoridis. Clitoridi praeſtat, quod Erector penis peni. 90.

FINIS.

EDI-

EDITIONES AUCTORUM

quorum Icones laudatae.

Bartholinus. Caſpari Bartholini Diaphragmatis Structura nova. Paris. 1676. 8°.

Bartholinus. Thomae Bartholini Anatomia tertium reformata. Hagae Comit. 1655. 8°.

Bidloo. Godefridi Bidloo Anatomia humani corporis, centum & quinque Tabulis demonſtrata. Amſtelod. 1685. f°.

Bucretius. Danielis Bucretii ſupplementum xx Tabularum; additum Caſſerii Tabulis in Spigelii de humani corporis fabrica Libr. Venet. 1627. f°. Et in operibus omnibus ex recenſione Joh. Antonidae vander Linden. Amſterd. 1645. f°.

Caſſerius. Julii Caſſerii Placentini de Vocis Auditusque organis Hiſtoria Anatomica. Ferrar. 1600. f°.

Caſſerius. Julii Caſſerii Placentini Pentaeſtheſeion, hoc eſt, de quinque Senſibus Liber. Venet. 1609. f°.

Caſſerius. Julii Caſſerii Placentini Tabulae Anatomicae LXXVIII. additae Adriani Spigelii de humani corporis fabrica Libr. Venet. 1627. f°. Et in operibus omnibus, ex recenſione Joh. Antonidae vander Linden. Amſterd. 1645. f°.

Cowper. Myotomia Reformata: by William Cowper. London, 1694. 8°.

Cowper. Myotomia reformata: by the late M^r. William Cowper. Lond. 1724. f°.

Cowper. Glandularum quarundam ductuumque earum excretoriorum Deſcriptio, à Gulielmo Cowper. Lond. 1702. 4°.

De Graaf. R. de Graaf de Virorum organis Generationi inſervientibus. Lugd. Bat. & Roterod. 1668. 8°.

De Graaf. Regneri de Graaf de Mulierum organis Generationi inſervientibus Tractatus novus. Lugd. Bat. 1672. 8°.

Dupré. An Abſtract of an Account of Five pair of Muſcles, which ſerve for different Motions of the Head, on the firſt and ſecond Vertebra of the Neck, &c. By M. Dupre, &c. Philoſophical Tranſactions. Vol. xx. For the Year 1698. N°. 251. vi. pag. 130. London, 1699. 4°. Et Deſcriptio quinque parium muſculorum, diverſis capitis motibus ſuper primam & ſecundam cervicis vertebram inſervientium, &c. à Dn. Dupré edita, &c. Acta Eruditorum ann. 1699. menſis Septembris.

Du Verney. Traité de l'organe de l'ouïe, par M. Du Verney. AParis, 1683. 8°.

Euſtachius. Tabulae Anatomicae Bartholomaei Euſtachii. Romae, 1714. f°. Adſcripſi autem notas ex exemplari, cui eas inſcripſi, & quod una cum Explanatione Tabularum edere ſuſcepi. f°.

Heiſter.

Heister. Laurentii Heisteri Compendium anatomicum. Editio tertia, Altorfi & Norimberg. 1727. 8°.

Hunauld. Observations sur la structure & l'action de quelques muscles des doigts, par Mr. Hunauld. Histoire de l'Acad. Roy. des Sciences, ann. 1729. a Paris, 1731. 4°.

Lower. Richardi Lower Tractatus de Corde. Amstelod. 1664. 8°. & Lugd. Bat. 1708. 8°. aliisque annis.

Molinettus. Antonii Molinetti Dissertationes Anatomicae & Pathologicae de Sensibus & eorum Organis. Patav. 1669. 4°.

Morgagnus. Joannis Baptistae Morgagni Adversaria anatomica omnia. Patav. 1719. 4°.

Santorini. Observationes anatomicae Jo. Dominici Santorini. Venet. 1724. 4°.

Senac. Memoire sur le Diaphragme, par Mr. Senac. Histoire de l'Acad. Roy. de Sciences, ann. 1729. a Paris, 1731. 4°.

Valsalva. De Aure humana tractatus, auctore Antonio Maria Valsalva. Bonon. 1704. 4°.

Valverda. Anatomia del corpo humano composta per M. Giovan. Valverda: in Roma, 1560. f°. *Anatome Corporis Humani*, Auctore Joanne Valverdo: à Michaele Columbo latine reddita. Venet. 1607. f°.

Verheyen. Corporis humani Anatomia, auctore Philippo Verheyen. Bruxell. 1710. 4°.

Vesalius. Andreae Vesalii suorum de Humani corporis fabrica librorum Epitome. Basil. 1543. f°. Et in Operibus omnibus Anatomicis & Chirurgicis. Lugd. Batav. 1725. f°.

Vesalius. Andreae Vesalii de Humani corporis fabrica Libri septem. Basil. 1543. f°. & 1555. f°. & in Operibus omnibus Anatomicis & Chirurgicis. Lugdun. Batav. 1725. f°.

EDITIONES AUCTORUM

quorum *scripta in tertio Libro* indicata.

Arantius. Anatomicarum observationum liber. Exstat in Julii Caesaris Arantii de Humano foetu libro, tertio edito. Venet. 1595. 4°.

Bartholinus. Casp. Bartholini Anatomicae Institutiones. 1611. 8°.

Bartholinus. Casp. Bartholini Diaphragmatis structura nova. Paris, 1676. 8°.

Bartholinus. Thomae Bartholini Anatomia. Lugd. Bat. 1641. 8°. & 1645. 8°. Tertium reformata. 1651. 8°. Iterum renovata. 1673. 8°. Anatome quartum renovata. Lugd. 1684. 8°.

Bauhinus. Anatomica corporis virilis & muliebris historia Caspari Bauhini. 1597. 8°.

Bau-

Bauhinus. Caſpari Bauhini Theatrum Anatomicum. Francof. 1605. 8°. & 1621. 4°.

Bidloo. Godefridi Bidloo Anatomia humani corporis, centum & quinque Tabulis demonſtrata. Amſtelod. 1685. f°.

Bucretius. Danielis Bucretii Explicationes Tabularum Anatomicarum Julii Caſſerii Placentini. Exſtant cum Spigelii de hum. corp. fabr. Libris.

Cabrolius. Αλφαβητον αναλομικον. hoc eſt Anatomes elenchus accuratiſſimus: auctore Bartholomeo Cabrolio. Genev. 1604. 4°.

Caſſerius. Julii Caſſerii Placentini de Vocis Audituſque organis Hiſtoria Anatomica. Ferrar. 1600. f°.

Caſſerius. Julii Caſſerii Placentini Pentaeſtheſeion, hoc eſt, de quinque Senſibus liber. Venet. 1609. f°.

Coiter. Obſervationum anatomicarum chirurgicarumque miſcellanea varia. Exſtant in Externarum & internarum principalium humani corporis partium tabulis, auctore Volchero Coiter. Noriberg. 1573. f°.

Columbus. Realdi Columbi de re anatomica libri xv. Venet. 1559. f°.

Cowper. Myotomia Reformata: by William Cowper. London, 1694. 8°. Et Myotomia reformata: by the late Mr. William Cowper. Lond. 1724. f°.

Cowper. An abſtract of an Account of Five pair of Muſcles, &c. By M. Dupre, &c. With Remarks by William Cowper. Philoſophical Tranſactions, Vol. xx. For the Year 1698. N°. 251. vi. pag. 130. London, 1699. 4°. Et Deſcriptio quinque parium muſculorum, &c. à Dn. Dupré edita, & in Tranſactis Philoſophicis Anglicanis, à Guilielmo Cowper cum Epicriſi recenſita. Acta Eruditorum ann. 1699. Septemb.

Cowper. Glandularum quarundam, ductuumque earum excretoriorum Deſcriptio, à Gulielmo Cowper. Lond. 1702. 4°.

De Diemerbroek. Isbrandi de Diemerbroek Anatome corporis humani. Ultraject. 1672. 4°. & in Operibus omnibus Anatomicis & medicis. Ultraj. 1685. f°.

De Graaf. R. de Graaf de Virorum organis Generationi inſervientibus. Lugd. Bat. & Roterod. 1668. 8°.

De Graaf. Regneri de Graaf de Mulierum organis Generationi inſervientibus Tractatus novus. Lugd. Bat. 1672. 8°.

Dionis. L'Anatomie de l'homme, par Mr. Dionis. A Paris, 1706. 8°.

Dodart. Memoire ſur les cauſes de la voix de l'Homme, & de ſes differens tons. Par Mr. Dodart. Hiſt. de l'Acad. Roy. des Sciences, ann. 1700. a Paris, 1703. 4°.

Douglas. Myographiae comparatae Specimen: or a comparative deſcription of all the Muſcles in a Man and in a Quadruped, by James Douglas. Lond. 1707. 8°.

Drake. Anthropologia nova, by James Drake. London, 1707. 8°.

Dupré. An Abſtract of an Account of Five pair of Muſcles, which

ſerve for different Motions of the Head, on the firſt and ſecond Vertebra of the Neck, &c. By M. Dupre, &c. Philoſophical Tranſactions, Vol. xx. For the Year 1698. N°. 251. VI. pag. 130. London, 1699. 4°. Et Deſcriptio quinque parium muſculorum, diverſis capitis motibus ſuper primam & ſecundam cervicis vertebram inſervientium, &c. à Dn. Dupré edita, &c. Acta Eruditorum ann. 1699. Menſis Septembris.

Du Verney. Traité de l'organe de l'ouïe, par M. Du Verney. à Paris, 1683. 8°.

Euſtachius. Bartholomaei Euſtachii opuſcula anatomica. Venet. 1563. 4°. Lugdun. Bat. 1707. 8°. Delphis, 1726. 8°.

Fabricius. Hieronymi Fabricii ab Aquapendente de Viſione Voce Auditu. Venet. 1600. f°. Et in operibus omnibus Anatomicis & Phyſiologicis. Lipſ. 1687. f°.

Fabricius. Hieronymi Fabricii ab Aquapendente de Reſpiratione & ejus inſtrumentis libri duo. Pat. 1615. 4°. Et in Operibus omnibus Anatomicis & Phyſiologicis. Lipſ. 1687. f°.

Falloppius. Gabrielis Falloppii obſervationes anatomicae. Venet. 1561. 8°. Paris. 1562. 8°. & in Veſalii Operibus omnibus. Lugd. Bat. 1725. f°.

Folius. Caecilii Folii Epiſtola ad Th. Bartholinum. 1644. Exſtat in Thomae Bartholini Epiſtolarum medicinalium Centuria I. & II. Hafn. 1663. 8°.

Habicot. Semaine Anatomique, &c. par Nicolas Habicot. De Anatomycke weecke, getrokken uyt de boeken van M^r. Nicolaes Habicot, ende verduytſch door Caſparum Nollens: in 's Gravenhage, 1629. 8°.

Heiſter. Laurentii Heiſteri Compendium Anatomicum, Altorf. & Norimb. 1719. 8°. & 1727. 8°.

Highmorus. Corporis humani Diſquiſitio anatomica, Nathanaelis Highmori. Hagae Com. 1651. f°.

Hunauld. Obſervations ſur la ſtructure & l'action de quelques muſcles des doigts, par M^r. Hunauld. Hiſtoire de l'Acad. Roy. des Scienc. ann. 1729. a Paris, 1731. 4°.

Laurentius. Hiſtoria Anatomica humani corporis, & ſingularum ejus partium, multis controverſiis & obſervationibus novis illuſtrata. Paris. 1600. f°. Et in operibus omnibus Anatomicis & Medicis. Francof. 1627. f°.

Littre. S'il y a du danger de donner par le Nes des Bouillons, de la Boiſſon, ou tout autre liquide; par M^r. Littre. Hiſtoir. de l'Acad. Roy. des Sciences, ann. 1718. a Paris, 1719. 4°.

Littre. Deſcription de l'Urethre de l'homme, demontré à l'Academie le troiſieme Juillet 1700. Par M. de Littre: Hiſtoir. de l'Acad. Roy. des Sciences, ann. 1700. à Paris, 1703. 4°.

Lower. Richardi Lower Tractatus de Corde. Amſtelod. 1669. 8°. Et Lugd. Batav. 1708. 8°. aliiſque annis.

Marchetis. Dominici de Marchetis Anatomia. Patav. 1652. 4°. Lugd. Bat. 1688. 12°.

Maſſa.

Massa. Nicolai Massae Anatomiae liber introductorius. Venet. 1559. 4°.

Molinettus. Antonii Molinetti Dissertationes Anatomicae & Pathologicae de Sensibus & eorum Organis. Patav. 1669. 4o.

Monro. Remarks on the Articulation, Muscles and Luxation of the Lower Jaw, by Alexander Monro. Medical Essays and Observations, revised and published by a Society in Edinbourgh. Edinb. 1733. & seq. 8o.

Morgagnus. Joannis Baptistae Morgagni Adversaria anatomica omnia. Patav. 1719. 4°.

Morgagnus. Joannis Baptistae Morgagni Epistolae anatomicae duae Lugd. Batav. 1728. 4°.

Pauli. Praefatio in Johannis van Horne Opuscula anatomico-chirurgica, studio & opera Johannis Guilielmi Pauli. Lips. 1707. 8°.

Pecquet. Joannis Pecqueti Dissertatio anatomica. Exstat in Experimentis novis anatomicis. Hardervic. 1651. 12°. Paris. 1654. 4°. Amstelod. 1661. 12°.

Riolanus. Joannis Riolani Anthropographia, Paris. 1618. 8°. & 1626. 4°. & in Operibus anatomicis. Lutet. Par. 1649. f°.

Riolanus. Animadversiones in opus Anatomicum *Andreae Laurentii.* In Theatrum anatomicum *Caspari Bauhini.* In Caspari Bartholini Institutiones anatomicas. In Syntagma anatomicum Joannis Veslingii. Exstant in Operibus anatomicis. Lutet. Paris. 1649. f°.

Santorini. Observationes anatomicae Jo. Dominici Santorini. Venet. 1724. 4°.

Schelhamerus. Guntheri Christophori Schelhameri de Auditu liber unus. Lugd. Bat. 1684. 8°.

Senac. Memoire sur le Diaphragma, par M^r. Senac. Histoire de l'Acad. Roy. des Sciences, ann. 1729. a Paris. 1731. 4°.

Spigelius. De humani corporis fabrica libri decem. Venet. 1627. f°. Et in Adriani Spigelii Operibus omnibus, ex recensione Joh. Antonidae vander Linden. Amsterd. 1645. f°.

Stenonis. Nicolai Stenonis de Musculis & Glandulis observationum specimen. Hafn. 1664. 4°.

Stenonis. Nicolai Stenonis Elementorum Myologiae Specimen: seu Musculi descriptio Geometrica. Amstelod. 1669. 8°.

Stephanus. De Dissectione partium corporis humani libri tres, à Carolo Stephano editi. Paris. 1545. f°.

Sylvius. In Hippocratis & Galeni physiologiae partem anatomicam Isagoge, à Jacobo Sylvio conscripta. Exstat in Jacobi Sylvii Operibus medicis. Genev. 1635. f°.

Valsalva. De Aure humana tractatus, auctore Antonio Maria Valsalva. Bonon. 1704. 4°.

Valverda. Anatomia del corpo humano composta per M. Giovan. Valverde. In Roma, 1560. f°. Anatome Corporis Humani, Auctore Joanne

Valverdo : à Michaele Columbo latine reddita. Venet. 1607. f°.

Verheyen. Corporis humani anatomia, authore Philippo Verheyen. Lovan. 1693. 4°. Et Bruxell. 1710. 4°.

Vesalius. Andreae Vesalii de Humani corporis fabrica Libri septem. Basil. 1543. f°. & 1555. f°. & in Operibus omnibus Anatomicis & Chirurgicis. Lugd. Bat. 1725. f°.

Vesalius. Andreae Vesalii anatomicarum Gabrielis Falloppii observationum examen. Venet. 1564. 4°. & in Operibus omnibus Anatomicis & Chirurgicis. Lugd. Bat. 1725. f°.

Vesslingius. Joannis Vesslingii Syntagma anatomicum. Patav. 1641. 8°. Auctum & emendatum. Patav. 1647. 4°. Amstelod. 1666. 4°. Traject. ad Rhen. 1696. 4°.

Vieussens. Traité nouveau de la structure de l'Oreille, par M. Raymond Vieussens. A Toulouse, 1714. 4°.

Winslow. Observations sur les muscles de l'omoplate, par M^r. Winslow. Hist. de l'Acad. Roy. des Sciences, ann. 1719. a Paris, 1721. 4°.

Winslow. De l'action des muscles en general, & de l'usage de plusieurs en particulier, par M^r. Winslow. Hist. de l'Acad. Roy. des Sciences, ann. 1720. a Paris, 1722. 4°.

Winslow. Observations sur la Mecanique des Muscles obliques de l'Oeil, sur l'Iris, & sur la porosité de la Cornée transparente, &c. par M^r. Winslow. Hist. de l'Acad. Roy. des Sciences, ann. 1721. a Paris, 1723. 4°.

Winslow. Exposition anatomique de la structure du Corps humain, par Jacques-Benigne Winslow. à Paris, 1732. 4°.

INDEX MUSCULORUM

Numerus major librum, minor paginam notat.

Abductor brevis pollicis manus II. 116
III. 496
IV. 660

Abductor digiti auricularis II. 117. 119
III. 504
IV. 659

Abductor digiti minimi pedis II. 129
III. 609
IV. 665

Abductor indicis II. 119
III. 515
IV. 659

Abductor longus pollicis manus
II. 111
III. 460
IV. 660

Abductor pollicis pedis II. 128. 129
III. 606
IV. 664

Accelerator II. 95
III. 320
IV. 678

Adductor brevis femoris II. 122
III. 552
IV. 661

Adductor longus femoris II. 122
III. 549
IV. 661

Adductor magnus femoris II. 123
III. 554
IV. 661

Adductor ossis metacarpi digiti auricularis II. 117. 119
III. 507
IV. 661

Adductor pollicis manus II. 117. 119
III. 502
IV. 660

Adductor pollicis pedis II. 131
III. 615
IV. 664

Anconeus II. 111
III. 457
IV. 657

Anterior auriculae II. 77
III. 143
IV. 667

Antitragicus II. 81
III. 184
IV. 668

Arytaenoïdeus obliquus II. 89
III. 254
IV. 674

Arytaenoïdeus transversus II. 89
III. 256
IV. 674

Attollens auriculam II. 77
III. 142
IV. 667

Azygus uvulae II. 89
III. 248
IV. 675

Basiogloſſus II. 86
III. 221
IV. 673

Biceps brachii II. 107
III 432
IV. 657. 658

Biceps cruris II. 120
III. 530
IV. 663

Biventer cervicis II. 99
III. 357
IV. 652

Biventer maxillae II. 84
III. 207
IV. 655
Brachialis internus II. 108
III. 437
IV. 657
Buccinator II. 79
III. 162
IV. 671
Ceratogloſſus II. 86
III. 219
IV. 673
Cervicalis deſcendens II. 99. 100
III. 367
IV. 651
Chondrogloſſus II. 86
III. 222
IV. 673
Circumflexus palati mollis II. 88. 89
III. 245
IV. 675. 676
Cleidomaſtoïdeus II. 83
III. 197
IV. 652
Coccygeus II. 96. 97
III. 335
IV. 654
Complexus II. 99
III. 360
IV. 653
Compreſſor naris II. 78
III. 150
IV. 669
Compreſſor proſtatae II. 97
III. 337
IV. 678
Conſtrictor cunni II. 95
III. 324
IV. 678
Conſtrictor inferior pharyngis II. 87
III. 226
IV. 675
Conſtrictor iſthmi faucium II. 88
III. 241
IV. 675
Conſtrictor medius pharyngis II. 87
III. 230
IV. 674
Conſtrictor ſuperior pharyngis II. 87
III. 232
IV. 674
Coracobrachialis II. 108
III. 435
IV. 657
Coracohyoïdeus II. 83
III. 199
IV. 672
Corrugator ſupercilii II. 78
III. 148
IV. 666
Cremaſter II. 93
III. 294
IV. 677
Cricoarytaenoïdeus lateralis II. 89
III. 257
IV. 674
Cricoarytaenoïdeus poſticus II. 89
III. 252
IV. 673
Cricothyreoïdeus II. 89
III. 249
IV. 673
Cruralis II. 122
III. 546
IV. 663
Cucullaris II. 97
III. 338
IV. 655
Curvator coccygis II. 97
III. 336
IV. 654
Deltoïdes II. 106
III. 420
IV. 656

De-

Depressor alae nasi II. 79
III. 166
IV. 669
Depressor anguli oris II. 79
III. 158
IV. 671
Depressor labii inferioris II. 79
III. 160
IV. 671
Diaphragma II. 93
III. 256
IV. 654. 676
Epicranius II. 77
III. 138
IV. 666
Erector clitoridis II. 95
III. 325
IV. 678
Erector *penis* II. 95
III. 323
IV. 677
Extensor brevis digitorum pedis
II. 128
III. 600
IV. 664
Extensor communis digitorum manus
II. 110
III. 449
IV. 658
Extensor longus digitorum pedis
II. 126. 128
III. 588
IV. 665
Extensor major pollicis manus
II. 112
III. 465
IV. 660
Extensor minor pollicis manus
II. 111. 112
III. 463
IV. 660
Extensor proprius digiti auricularis
II. 110. 111
III. 454
IV. 659
Extensor proprius pollicis pedis
II. 126. 128
III. 597
IV. 664
Externus mallei II. 82
III. 187
IV. 668
Flexor brevis digiti minimi pedis
II. 129. 132
III. 618
IV. 665
Flexor brevis digitorum pedis II. 129
III. 603
IV. 665
Flexor brevis pollicis manus
II. 116. 119
III. 499
IV. 660
Flexor brevis pollicis pedis
II. 129. 131
III. 613
IV. 664
Flexor longus digitorum pedis
II. 125. 129. 130
III. 566
IV. 665
Flexor longus pollicis manus
II. 114. 116
III. 488
IV. 660
Flexor longus pollicis pedis II. 125. 130
III. 571
IV. 664
Flexor parvus digiti auricularis II. 117
III. 506
IV. 659
Gemellus II. 124
III. 557
IV. 663

Gemini II. 120
III. 526
IV. 662
Geniogloſſus II. 86
III. 222
IV. 673
Geniohyoïdeus II. 86
III. 218
IV. 673
Gluteus magnus II. 119
III. 517
IV. 662
Gluteus medius II. 119
III. 521
IV. 662
Gluteus minor II. 119
III. 523
IV. 662
Gracilis II. 122
III. 550
IV. 663
Hyothyreoïdeus II. 84
III. 205
IV. 673
Iliacus internus II. 94
III. 318
IV. 661
Indicator II. 112
III. 467
IV. 659
Infraſpinatus II. 106
III. 425
IV. 656
Intercoſtales externi II. 102
III. 369
IV. 654
Intercoſtales interni II. 102
III. 401
IV. 654
Interoſſei digitorum manus II. 117. 119
Interoſſei digitorum pedis II. 129. 132
Interoſſei externi digitorum manus III. 512
Interoſſei externi digitorum pedis III. 622
Interoſſei interni digitorum manus III. 508
Interoſſei interni digitorum pedis III. 620
Interoſſei poſteriores digitorum manus IV. 659
Interoſſei primi digitorum pedis IV. 665
Interoſſei priores digitorum manus IV. 659
Interoſſei ſecundi digitorum pedis IV. 665
Interſpinales colli II. 101
III. 383
IV. 651
Interſpinales dorſi II. 101
III. 395
IV. 651
Interſpinales lumborum II. 101
III. 394
IV. 650
Intertranſverſarii dorſi II. 102
III. 396
IV. 651
Intertranſverſarii lumborum II. 101
III. 395
IV. 650
Intertranſverſarii poſteriores colli II. 105
III. 418
IV. 652
Intertranſverſarii priores colli II. 105
III. 416
IV. 652
Latiſſimus colli II. 82
III. 192
IV. 672

La-

Latiſſimus dorſi II. 97
III. 341
IV. 656
Laxator tympani II. 82
III. 188
IV. 668
Levator anguli oris II. 78
III. 155
IV. 670
Levator ani II. 96
III. 331
IV. 676
Levatores breviores coſtarum
II. 102
III. 396
IV. 654
Levatores longiores coſtarum II. 102
III. 398
IV. 654
Levator labii ſuperioris II. 78
III. 153
IV. 670
Levator labii ſuperioris alaeque naſi
II. 78
III. 151
IV. 669. 670
Levator menti II. 80
III. 168
IV. 671
Levator palati mollis II. 88. 89
III. 242
IV. 675
Levator palpebrae ſuperioris
II. 80
III. 173
IV. 666
Levator ſcapulae II. 98
III. 352
IV. 652. 655
Lingualis II. 87
III. 225
IV. 673
Longiſſimus dorſi II. 100
III. 369
IV. 650
Longus colli II. 105
III. 411
IV. 651
Lumbricales manus II. 116
III. 493
IV. 659
Lumbricales pedis II. 130
III. 611
IV. 665
Major helicis II. 82
III. 184
IV. 668
Maſſeter II. 80
III. 169
IV. 658
Minor helicis II. 82
III. 185
IV. 668
Multifidus ſpinae II. 101
III. 389
IV. 650
Mylohyoïdeus II. 85
III. 216
IV. 672
Naſalis labii ſuperioris II. 79
III. 161
IV. 671
Obliquus externus abdominis
II. 91
III. 275
IV. 676
Obliquus inferior capitis II. 101
III. 387
IV. 653
Obliquus inferior oculi II. 81
III. 181
IV. 667

Obliquus internus abdominis II. 92
III. 280
IV. 676
Obliquus superior capitis II. 101
III. 388
IV. 653
Obliquus superior oculi II. 81
III. 175
IV. 667
Obturator externus II. 123
III. 553
IV. 662
Obturator internus II. 120
III. 527
IV. 662
Opponens pollicis manus II. 116
III. 497
IV. 660
Orbicularis oris II. 79
III. 163
IV. 671
Orbicularis palpebrarum II. 77
III. 145
IV. 666
Palatopharyngeus II. 87. 88. 89
III. 236
IV. 675. bis
Palmaris brevis II. 117
III. 503
IV. 661
Palmaris longus II. 113
III. 472
IV. 661
Pectineus II. 122
III. 547
IV. 661
Pectoralis II. 90
III. 264
IV. 657
Peroneus brevis II. 126. 128
III. 585
IV. 664
Peroneus longus II. 126. 128. 133
III. 579
IV. 664
Peroneus tertius II. 126. 128
III. 592
IV. 663
Plantaris II. 124
III. 559
IV. 663
Popliteus II. 125
III. 564
IV. 663
Profundus II. 114
III. 483
IV. 659
Pronator quadratus II. 115
III. 491
IV. 658
Pronator teres II. 113
III. 477
IV. 658
Psoas magnus II. 94. 95
III. 314
IV. 661
Psoas parvus II. 94
III. 312
IV. 650
Pterygoïdeus externus II. 90
III. 263
IV. 655
Pterygoïdeus internus II. 90
III. 261
IV. 655
Pyramidalis II. 93
III. 292
IV. 676
Pyriformis II. 120
III. 524
IV. 662

Quadratus femoris II. 120
III. 529
IV. 662
Quadratus lumborum II. 95
III. 316
IV. 650
Radialis externus brevior II. 110
III. 446
IV. 658
Radialis externus longior II. 110
III. 446
IV 657
Radialis internus II. 113
III. 475
IV. 658
Recti oculi II 81
III. 177
IV. 667
Rectus abdominis II. 93
III. 289
IV. 676
Rectus cruris II. 121
III. 538
IV. 662
Rectus internus major capitis
II. 104
III. 408
IV. 653
Rectus internus minor capitis II. 105
III. 414
IV. 653
Rectus lateralis capitis II. 105
III. 415
IV. 653
Rectus posticus major capitis II. 101
III. 385
IV. 653
Rectus posticus minor capitis II. 101
III. 386
IV. 653
Retrahentes auriculae II. 77
III. 144
IV. 668
Rhomboïdeus major II. 97
III. 345
IV. 656
Rhomboïdeus minor II. 97
III. 346
IV. 656
Sacrolumbalis II. 100
III. 369
IV. 650
Salpingopharyngeus II. 87. 88
III. 235
IV. 675
Sartorius II. 121
III. 541
IV. 663
Scalenus lateralis II. 103. 104
III. 404
IV. 651
Scalenus medius II. 103. 104
III. 405
IV. 651
Scalenus minimus II. 103
III. 404
IV. 652
Scalenus posticus II. 103. 104
III. 407
IV. 651
Scalenus prior II. 103
III 403
IV. 652
Semimembranosus II. 121
III. 535
IV. 663
Semispinalis dorsi II. 100
III. 379
IV. 650
Semitendinosus II. 120
III. 533
IV. 663
Serratus anticus II. 90
III. 268
IV. 656

Serratus magnus II. 91
III. 271
IV. 656

Serratus posticus inferior II. 98
III. 349
IV. 654

Serratus posticus superior II. 98
III. 348
IV. 654

Soleus II. 124
III. 561
IV. 663

Sphincter ani externus II. 96
III. 326
IV. 677

Sphincter ani internus II. 97
III. 336
IV. 677

Spinalis cervicis II. 100
III. 381
IV. 651

Spinalis dorsi II. 100
III. 377
IV. 650

Splenius capitis II. 98
III. 354
IV. 652

Splenius colli II. 98. 99
III. 356
IV. 651

Stapedius II. 82
III. 191
IV. 669

Sternohyoïdeus II. 83
III. 201
IV. 672

Sternomastoïdeus II. 83
III. 196
IV. 652

Sternothyreoïdeus II. 84
III. 203
IV. 673

Styloglossus II. 85
III. 213
IV. 673

Stylohyoïdeus II. 84
III. 210
IV. 672

Stylohyoïdeus alter II. 85
III. 212
IV. 672

Stylopharyngeus II. 85. 88
III. 215
IV. 673. 675

Subclavius II. 90
III. 270
IV. 655

Sublimis II. 114
III. 479
IV. 658

Subscapularis II. 107
III. 430
IV. 657

Supinator brevis II. 111
III. 458
IV. 658

Supinator longus II. 109
III. 444
IV. 658

Supraspinatus II. 106
III. 423
IV. 656

Temporalis II. 80
III. 171
IV. 655

Tensor tympani II. 82
III. 189
IV. 669

Tensor vaginae femoris II. 121
III. 537
IV. 662. bis

Teres major II. 106
III. 428
IV. 656

Teres minor II. 106
III. 426
IV. 656

Thyreoarytaenoïdeus II. 89
III. 259
IV. 674

Tibialis anticus II. 126. 127
III. 594
IV. 663

Tibialis posticus II. 125. 127
III. 575
IV. 664

Trachelomastoïdeus II. 99
III. 362
IV. 653

Tragicus II. 81
III. 183
IV. 668

Transversalis cervicis II. 99
III. 364
IV. 651

Transversus abdominis II. 92
III. 284
IV. 676

Transversus auriculae II. 82
III. 186
IV. 668

Transversus pedis II. 131
III. 617
IV. 664

Transversus perinaei II. 96
III. 329
IV. 677

Transversus perinaei alter II. 96
III. 330
IV. 677

Triangularis sterni II. 94
III. 309
IV. 654

Triceps brachii II. 108
III. 439
IV. 657

Vastus externus II. 121
III. 542
IV. 663

Vastus internus II. 121
III. 544
IV. 663

Ulnaris externus II. 111
III. 455
IV. 658

Ulnaris internus II. 113
III. 469
IV. 658

Zygomaticus major II. 78
III. 157
IV. 671

Zygomaticus minor II. 78
III. 155
IV. 670

Retrahens auriculae imperfectior; in Retrahentibus auriculae. 145.
Pergracilis portio, secedens ab Orbiculari palpebrarum; in Orbiculari. 147.
Anomalus, in facie; in Depressore alae nasi. 167.
Gracillimus oculi; in Obliquo superiore oculi. 176.
Pars ad Latissimum colli pertinens in mala; in Latissimo colli. 194.
Pars ad Latissimum colli pertinens, auriculae inserta; in Latissimo colli. 194.
Pars à Sternohyoïdeo aberrans; in Sternohyoïdeo. 202.
Pars accessoria ad Sternothyreoïdeum; in Sternothyreoïdeo. 204.
Ligamentum, quo os hyoïdes alligatum Styliformi, in carnem abeuns; in Genioglosso. 223.

Fasciculus ad epiglottidem pertinens; in Genioglosso. 224.
Cricothyreoïdeus alter; in Cricothyreoïdeo. 250.
Fasciculus tenuis ad Thyreoarytaenoïdeum accedens; in Thyreoarytaenoïdeo. 260.
Recti per pectus continuatio quaedam; in Recto abdominis. 291.
Portio ab Iliaco interno aberrans; in Iliaco interno. 319.
Interspinales cervicis supernumerarii; in Interspinalibus cervicis. 384.
Rectus capitis posticus major alter; in Recto capitis postico majore. 385.
Portiones, quae Multifido spinae accensitae; in Multifido spinae. 392.
Musculus singularis in collo; in Recto capitis interno majore. 409.
Rectus lateralis capitis alter; in Recto laterali. 415.
Portio ad Deltoïdem accedens; in Deltoïde. 422.

BURSAE SUBJECTAE MUSCULIS,

maxime *tendinibus eorum*, ad faciliorem mobilitatem.

In Iliaco interno 319
Latissimo dorsi 343
Deltoïde 422
Terete majore 429
Bicipite brachii 434
Gluteo magno 520
Gluteo medio 522
Gluteo minore 524
In Geminis 527
Bicipite cruris 532
Semimembranoso 536
Crurali 547
Gracili 551
Gemello 559
Soleo 563
Tibiali antico 596

INDEX PARTIUM AD QUAS MUSCULI PERTINENT.

Spina dorsi, id est, lumbi dorsumque & cervix pag. 650
Lumbi 650
Lumbi & dorsum 650
Dorsum 650
Collum 651
Caput & collum 652
Caput 653
Coccyx 654
Thorax 654
Maxilla inferior 655
Humerus, ex scapula & clavicula constans 655
Clavicula 655

Sca-

Scapula 656
Os humeri 656
Cubitus 657
Manus 657
Manus digiti quatuor 658
Index manus 659
Digitus minimus manus 659
Pollex manus 660
Metacarpus manus 661
Vola 661
Femur 661
Vagina tendinea femoris 662
Crus 662
Pes extremus 663
Pollex pedis 664
Pollex pedis & digiti proximi tres 664
Digiti pedis minores 665
Digitus minimus pedis 665
Cutis capitis, frons, supercilia, dorsum nasi 666
Supercilium 666
Palpebrae & ambitus oculi 666
Palpebra superior 666
Globus oculi 667
Auricula 667
Malleus & membrana tympani 668
Stapes 669
Nasus 669
Os & labia; itemque genae, buccae, loca quae sunt à menti lateribus 670
Mentum 671
Os, labium inferius, vicina mala, auricula, cutis colli quae est infra malam, usque in pectus & humerum 672
Hyoïdes 672
Lingua 673
Larynx 673
Glottis 673
Pharynx 674
Palatum molle 675
Uvula 675
Tuba Eustachiana 676
Abdomen 676
Extremum intestinum rectum & anus 676
Testis 677
Penis 677
Urethra virilis & bulbus ejus 678
Urethra virilis & prostata 678
Cunnus 678
Clitoris 678

MEMORABILIA PRAETER MUSCULOS.

Deglutitio; in Palatopharyngeo. 218.
& in Levatore palati mollis. 243.
Modi, quibus via, quae ex ore & faucibus in nasum est, clauditur; in Levatore palati mollis. 243.
Glottis, Glottidis rimula, Glottidis rima interna; in Cricoarytaenoïdeo postico. 252.
Aponeuroses plantae; in Flexore brevi digitorum pedis. 603.
Vaginae tendineae artuum. 625.

FINIS.

Emendanda.

Pag. 26.	*lin.* 3.	*pro* quoad *l.* quod ad	
26.	22.	*Abductores* l. *Adductores*	
119.	10.	*Abductoris metacarpi* l. *Adductoris metacarpi*	
217.	2.	inferiore *l.* interiore	
281.	18.	quae *l.* qui	
459.	7.	ducto *l.* ductu	
505.	3.	interioris *l.* interioris c	
515.	15.	1724. *l.* 1720.	
602.	20.	*post* eorum *adde*, praeter pollicis ultimum	

In indice iconum,

Pag. 79.	*col.* 1.	*lin.* 6. *pro* Tab. 1 1. *l.* Tab. 1.	
172.	2.	2. *ante* Caſſer. *adde*, Bucret. Tab. inter	
452.	2.	1. *pro* gr. *l.* u.	
566.	2.	2. *dele* I.	
567.	1.	3. *& 6. poſt* LXXXIV. *dele* I.	

In explanatione iconum,

Pag. 642	lin. 5.	pro *ſecundi* l. *primi*	
	11.	*tertii* l. *ſecundi*	

Bibliopego.

Locos, quibus icones inſerendae, indicant numeri ipſis inſcripti, deſignantes paginam: itaque icones lineares ex adverſo ſuae quaeque iconis collocanda.

Aan den Boekbinder.

De plaats van ieder figuur werd aangeweeſen door het getal *op deſelve* geſteld, beduydende de pagie, die met die van den letterdruk vervolgen: en komt dus ieder omtrek-figuur, op welke de letters geplaatſt ſyn, te ſtaan tegenoover de figuur tot haar behoorende.

Au Relieur.

Les nombres, dont les planches ſont marquées, forment avec ceux des pages la ſuite naturelle: il faut ranger les planches dans les lieux, que leur nombres demandent. Alors les deux planches, qui contiennent les memes figures, ſe trouveront toujours l'une vis à vis de l'autre.

EXCUDEBAT

JOANNES WILHELMUS DE GROOT.

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA

BIBLIOTEKA W TORUNIU